Accepta tibi ſint q̄s dñe munera noſtra: que et expiando nos tua gratia dignos efficiant et ad ſempiterna promiſſa perducāt. Per dominū. Cōmunio Ecce virgo concipiet et pariet filiū et vocabitur nomē eius emanuel. Poſtcō.

Salutaris tui dñe munere ſaciati ſupplices te dep̄camur vt cuius letamur guſtu: renouemur effectu. Per dominū. ¶ Fer.v.de in do.ferialiter. Feria.vi. Officiū.

Prope eſto domine ⁊ oēs vie tue veritas initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in eternū tu es. Ps Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Oratio.

Excita dñe q̄s potentiam tuā et veni: vt hi qui in tua pietate confidunt ab omni citius aduerſitate liberentur. Qui viuis.

¶ Memo. de ſancta maria ⁊ de oībus ſanctis. Lctō yſaie pphete.xi.

Hec dicit dñs deus. Egredietur virga de radice ieſſe: et flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eū ſpiritus dñi ſpiritus ſapientie et intellectus. ſpūs conſilij et fortitudinis. ſpūs ſcientie ⁊ pietatis. et replebit eū ſpūs timoris dñi. Nō ſcd̄m viſionē oculorū iudicabit: neq; ſcd̄m auditū aurium arguet. Sed iudicabit in iuſticia pauperes: et arguet in equitate pro manſuetis terre. Et percutiet terrā virga oris ſui: et ſpiritu labiorū ſuoꝝ interficiet impiū. Et erit iuſticia cingulū lūboꝝ eiꝰ: ⁊ fides cinctoriū renū eius. Gradale.

Oſtende nobis dñe mīam tuā et ſalutare tuū da nobis. ℣ Benedixiſti dñe terram tuā: auertiſti captiuitatē iacob. Repetatur. Gradale

¶ Secundum lucam.primo.

In illo tēpore. Exurgens maria: abijt in montana cum feſtinatione in ciuitatē iuda et intrauit in domū zacharie: et ſalutauit elizabeth. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem marie elizabet:

exultauit in gaudio infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſctō eliſabet: ⁊ exclamauit voce magna et dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictꝰ fructꝰ vētris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater dn̄i mei ad me? Ecce ei vt facta eſt vox ſalutatiōis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans ī vtero meo Et beata que credidiſti: quoniā perficiētur ea que dicta ſūt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat anima mea dominū Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo. Offerto Deus tu conuertens viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. oſtende nobis domine miſericordiam tuam. et ſalutare tuum da nobis. Secreta.

Muneribus noſtris queſumꝰ domine precibuſq; ſuſceptis: et celeſtibus nos mūda myſterijs: ⁊ clemēter exaudi. Per dominū. Cōio. Ecce dn̄s veniet ⁊ oēs ſcti eiꝰ cū eo et erit ī die illa lux magna. Poſtcō.

Tui nos dn̄e ſacramenti libatio ſctā reſtauret: ⁊ a vetuſtate purgatos ī myſterij ſalutaris faciat tranſire conſortiū. Per dn̄m.

¶ Notādū vero ꝙ ſi vig. ſcti tho. vel alicuius alteriꝰ apli ī dn̄ica cōtigerit: miſſa de vig. dicetur ī cap. ſcꝫ ad altare capi. Si vero aliqua alia fer. eue. magna miſ. erit de vig. Et ſi vig. et. iiij. tē. cōcurrāt prima miſ. erit de vig. ⁊. ij. de. iiij. tē. vtraq; eque ſolēniter ad magnū altare. ⁊ ad miſ. de vig. erit ſcđa oīo Deꝰ q̄ caritatꝫ. ⁊. iij. oīo erit Deꝰ a quo ſancta. Et ad miſ. de. iiij. tēporum erit. ij. oīo de ſctā maria. ⁊. iij. de oībus ſctis. In mioribꝰ vo eccl. vbi tantū habet vnꝰ capellanꝰ: dicat miſ. de. iiij. tēporibꝰ ⁊ poſt miſ. fiat memo. cum toto officio miſſe de vigilia. Et ſi feſ. iij. lec. in aliqua fer. iiij. tēporū eue. fiat memo. tantum de eodē. Oīo vo pertinēs ad feriā iiij. tēporū dicetur tantū ad miſſā et ad matuti. et ad alias horas dicitur oratio de dn̄ica niſi in aduentu dn̄i. vbi dicetur oratio ad miſſam que ad matuti. Quando vero feſtū dupl. vel. ix. lec. in aliqua feria iiij. tēporum euene. fiat ſicut ſcribitur de feſto ſancti thome apoſtoli excepta memoria de ſancta maria que non dicetur in feſtis dupl. ſiue. ix. lec. extra aduen. niſi ad placitum. Quādo vero in feſt. ix. lec. fit mentio de miſſa in capi. alia miſſa pro maiori habetur Et ſi contingat in huiuſmodi. feſt. ꝙ vna tantum celebretur miſ. totum ſeruitium fiat de feſ. ix. lec. et poſt miſ. fiat memo. cum toto officio miſſe de ieiunio. In rogationibus vero ſi ita contingat. proceſ. fiat pertinens ad ieiunium. Et ſi feſtum ſancti thome apoſtoli in aliqua feria. quattuor tēporum. euene. miſſa de ieiunio dicetur poſt tertiā cum memoria de ſancta maria et de omnibꝰ ſanctis et poſt. vi. fiat ſolenniter miſſa de anoſtolo ſine aliqua memoria.

¶ Sabbato ad miſſam. Officium.

Veni et oſtende nobis faciē tuam domine qui ſedes ſuper cherubin ⁊ ſalui erimꝰ Ps. Qui regis iſrael intende: qui deducis velut ouem ioſeph. Omnes orationes dicuntur ſine Dominus vobiſcū preter vltimā que eſt proxima ān̄te epiſtolam ſed tantū cū Oremus. ⁊ omnes lec. cū ſuis titulis legantur prima lect. a diacono legatur. cetere lctō. a vicarijs in ſubpellicijs in medio chori legantur. Oratio.

Deus qui cōſpicis quia ex noſtra prauitate affligimur: cōcede propicius: vt ex tua viſitatio ne cōſolemur. Qui viuis ⁊ regnas.

¶ Lectio yſaie prophete. xix.

IN diebꝰ illis. Clamabūt ad dn̄m a facie tribulātis: et mittet eis ſaluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoſcet dominus ab egipto: et cognoſcent egiptij dn̄m in die illa. ⁊ colēt eum in hoſtijs et muneribus: ⁊ vota vouebūt domino et ſoluent. Et percutiet dn̄s egyptum plagā: et ſanabit eam. Et reuertentur ad dn̄m et placabit eis: ⁊ ſanabit eos dn̄s deꝰ noſter. Gradale. A ſūmo celo egreſſio eius. et occurſus eius vſq; ad ſūmū eius. ℣. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuum eiꝰ annunciat firmamētū. ¶ Nullū gradale repetatur poſt verſum. Oratio.

COncede q̄s omn̄ps deꝰ. vt qui ſub p̄cti iugo ex vetuſta ſeruitute deprimimur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. Qui tecum viuit et regnat.

¶ Lectio yſaie prophete. xxxv.

HEc dicit dominus. Letabitur deſerta ⁊ inuia: ⁊ exultabit ſolitudo et florebit quaſi liliū. Germinās germinabit: ⁊ exultabit letabūda ⁊ laudās. Gloria libani data eſt ei. decor carmeli et ſarō. Ipſi videbunt gloriam dn̄i: et decorem dei noſtri. Confortate manus diſſolutas: ⁊ genua debilia roborate. Dicite puſillanimes: confortamini: et nolite timere. Ecce deus noſter vltionem adducet retributionis: deꝰ ip̄e veniet ⁊ ſaluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures ſurdorum patebūt. Tunc ſaliet ſicut ceruus claudus: ⁊ aperta erit lingua mutorum. Quia ſicce ſunt in deſerto aque: et torrentes in ſolitudine. Et que erat arida in ſtagnum: et ſitientes in fontes aquarū. Ait dominus omnipotens. Gradale. In ſole poſuit tabernaculum ſuū. et ip̄e tanq̄ ſponſus p̄cedēs d̄ thalamo ſuo. ℣. A ſūmo celo egreſſio eius et occurſus eius vſq; ad ſummum eius. Oratio.

INdignos nos famulos tuos q̄ſumꝰ dn̄e: quos actionis p̄prie culpa contriſtat: vnigeniti filij tui aduentu letifica. Qui tecum.

¶ Lectio yſaie prophete. xl. ca.

HEc dicit dn̄s deꝰ. Sup mōtē excelſum aſcēde tu q̄ euāgelizas ſyō: exalta in fortitudine vocē tuā q̄ euāgelizas hieruſalē. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibꝰ iude. Ecce deus veſter. Ecce dn̄s deus in fortitudine veniet: et brachiū eiꝰ dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opꝰ illius coram illo. Sicut paſtor gregē ſuū paſcet: ī brachio ſuo congregabit agnos: ⁊ in ſinu ſuo leuabit eos dominꝰ deꝰ noſter. Grada. Dn̄e deus virtutum cōuerte nos et oſtende faciem tuam ⁊ ſalui erimus. Verſus. Excita domine potentiam tuam ⁊ veni: vt ſaluos facias nos. Oratio.

PReſta queſumꝰ omnipotens deꝰ: vt filij tui ventura ſolennitas. et p̄ſentis nobis vite remedia cōferat: et p̄mia eterna cōcedat. Per eūdē. ¶ Lectio yſaie prophete. xlv.

HEc dicit dn̄s deus. Chriſto meo cyro cuiꝰ apprehēdi dexteram: vt ſubijciā āte faciē eius gētes et dorſa regum vertam. Et aperiā corā eo ianuas. ⁊ porte nō claudent. Ego ante te ibo: ⁊ glorioſos terre humiliabo. Portas ereas cōterā: et vectes ferreos cōfringā. Et dabo tibi theſauros abſcōditos: ⁊ archana ſecretorū: vt ſcias qꝛ ego dn̄s q̄ voco nomē tuū deꝰ iſrl̄. Propter ſeruum meum iacob: et iſrael electū meum. Et vocaui te nomine tuo: aſſimilaui te ⁊ non cognouiſti me Ego dn̄s et nō eſt aliꝰ .extra me nō eſt deꝰ. Accīxi te: ⁊ nō cognouiſti me. Ut ſciāt hi q̄ ab ortu ſolis ⁊ q̄ ab occidēte: q̄m abſq; me nō eſt deꝰ. Ego dn̄s: ⁊ nō eſt alt̄ Formās lucē. et creās tenebras Faciēs pacē et creās malū Ego dn̄s faciens oīa hec. Rorate celi deſuꝑ ⁊ nubes pluāt iuſtū aperiat̄ terra et germinet ſaluatorē. Et iuſticia oriat̄ ſimul: ego dn̄s creaui eū. Gr̄. Excita dn̄e potētiā tuā ⁊ vēi vt ſaluos facias nos ℣. Qui regis iſrl̄ itēde. q̄ deducis velut ouē ioſeph. q̄ ſedes ſuꝑ cherubī. appare corā effrapm beniamī ⁊ manaſſe. Sequit̄ orō cū. Oremus tm̄.

PReces populi tui queſumus domine clementer exaudi: vt q̄ iuſte pro peccatis noſtris affligimur, pietatis tue viſitatione cōſolemur. Qui viuis et regnas. Hec lec. ſequens legat̄ ī medio chori ab aliquo vicario ſeniori in ſuperpellicio et capa rubea ſerica. ¶ Lctō. danielis prophete. tercio.

IN diebus illis. Angelus domini deſcendit cum azaria et ſocijs eius in fornacem: et excuſſit flammam ignis de fornace. et fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem. Flāma autem diffuſa eſt ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: et incēdit quos repperit iuxta fornacem de caldeis miniſtros regis qui eā incendebant. Illos autem oīno nō tetigit ignis neq; contriſtauit: nec quicꝙ̄ moleſtie intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore hymnum dicebant et glorificabant deum in fornace dicentes ¶ Sequat̄ ī medio chori a duobus vicarijs: in capis ſericis ſcd̄m diſpoſitionem cantoris Tractus.

BEnedictus es domine deꝰ patrū nr̄oꝝ ⁊ laudabilis ⁊ glorioſus ī ſcl̄a. repetat̄. ℣. Et bn̄dictū nomen glorie tue q̄d eſt ſanctū. ℣. Et laudabile ⁊ glorioſū in ſcl̄a. ℣. Bn̄dictꝰ es in tēplo ſctō glorie tue. Et laudabilis et glorioſꝰ. ℣. Bn̄dictꝰ es ſr̄ thronū ſctm̄ regni tui. Et laudabilis. ℣. Bn̄dictꝰ es q̄ ſedes ſuꝑ cherubī. intuēs abyſſos. Et laudabilis. ℣. Bn̄dictꝰ es q̄ ſedes ſuꝑ ſceptrū diuinitatis tue. Et laudabilis. ℣. Benedictꝰ es qui ābulas ſuꝑ pēnas vētorū Et laudabilis. ℣. Bn̄dicāt te oēs angeli et ſcti tui. ℣. Et laudēt te et glificēt te ī ſcl̄a. ℣. Bn̄dicāt te celi et terra mare ⁊ oīa q̄ in eis ſunt. Et laudēt. ℣. Glīa pr̄i ⁊ filio et ſpūi ſctō. Et laus et honor et ptās ⁊ īperiū. ℣. Sicut erat in principio et nūc et ſemper ⁊ in ſcl̄a ſeculorū. Amē. Et laus. ℣. reincipiatur Tractus Bn̄dictꝰ es. ℣. Et laudabilis et glioſus. Dn̄s vobiſcū. Or̄.

DEus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dominū. ¶ Memoria de ſancta maria et de omnibus ſanctis. Ad theſſalonicēſes. ſecūda ſecūdo.

FRatres. Rogamus vos per aduentū domini noſtri ieſu chriſti: et noſtre congregatiōis in ipſum: vt nō cito moueamini a veſtro ſenſu. Neq; terreamini neq; ꝑ ſpiritum neq; per ſermonē neq; per epiſtolā tanꝙ̄ per nos miſſam: quaſi inſtet dies domini. Ne quis vos ſeducat vllo modo. Quoniam niſi venerit diſceſſio primum. ⁊ reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis qui aduerſatur et extollit̄ ſuper omne quod dicitur deus. aut quod colit̄: ita vt ī tēplo dei ſedeat oſtēdēs ſe tāꝙ̄ ſit deꝰ. Non retinetis ꝙ cū adhuc eſſem apud vos. hec dicebam vobis? Et nūc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tp̄e.

Nam myſteriũ iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc teneat donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquꝰ: quẽ dñs ieſꝰ iterficiet: ſpũ oris ſui. Et deſtruet: illuſtratiõe aduẽtꝰ ſui. Tractꝰ.

Qui regis iſrael intẽde. qui deducis velut ouem ioſephꝰ. Qui ſedes ſuper cherubin. appare corã effraym beniamin ⁊ manaſſe. ℣. Excita domine potentiã tuam et veni vt ſaluos facias nos.

¶ Secundum lucam. iii.

Anno quintodecimo imperij tiberij ceſaris: procurãte põtio pilato iudeam. tetrarcha autẽ galilee herode. philippo autem fratre eius tetrarcha iturie ⁊ traconitidis regionis. ⁊ liſania abiline tetrarcha. ſub principibus ſacerdotũ anna et cayppha: factũ eſt verbũ domini ſuper iohannem zacharie filiũ in deſerto. Et venit in omnẽ regionem iordanis: predicans baptiſmũ penitentie in remiſſionem peccatorum ſicut ſcriptum eſt in libro ſermonũ yſaie prophete. Vox clamantis in deſerto: parate viam domino. rectas facite ſemitas eiꝰ. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur: et erunt praua in directa. et aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro ſalutare dei. Offertoriũ. Exulta ſatis filia ſyon predica filia hieruſalem ecce rex tuꝰ venit tibi ſanctus et ſaluator. Secreta.

Sacrificijs preſentibus queſumus domine placatus intende: vt et deuotioni noſtre proficiãt et ſaluti. Per dominũ. Comunio. Exultauit vt gygas ad currẽdã viã a ſũmo celo egreſſio eiꝰ. et occurſꝰ eius vſqꝫ ad ſummũ eiꝰ. Poſtcõio.

Queſumꝰ domine deus noſter vt ſacroſancta myſteria que pro reparatiõis noſtre munimine contuliſti: et preſens nobis remediũ eſſe facias et futurũ. Per dñm.

¶ Dñica. iiii. aduẽtus dñi officiũ.

Memẽto noſtri dñe ĩ bñplacito ppli tui. viſita nos in ſalutari tuo. ad videndũ in bonitate electorꝝ tuorũ / in leticia gẽtis tue. vt lauderis cũ hereditate tua. Ps. Confitemini dño qm̃ bonus: qm̃ in ſcłm mĩa eiꝰ. Or.

Excita domine potentiã tuã ⁊ veni: et magna nobis virtute ſuccurre: vt auxilium gratie tue quod noſtra peccata prepediunt: indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui viuis et regnas cum deo patre. Ad philippenſes. iiij.

Fratres. Gaudete ĩ domino ſemper: iterũ dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibꝰ hominibus: dñs prope eſt. Nichil ſolliciti ſitis: ſed in omni oratione et obſecratione cũ gratiarũ actione petitiões veſtre ĩnoteſcãt apud deũ. Et pax dei que exſuperat oẽm ſenſum: cuſtodiat corda veſtra ⁊ intelligẽtias veſtras. In chriſto ieſu dño noſtro. Gradale. Prope eſt dominus oĩbus inuocãtibus eũ. omnibus qui inuocant eum in veritate. ℣. Laudem dñi loquẽ os meũ ⁊ bñdicat oĩs caro nomen ſctm̃ eius. Alla. ℣. Veni dñe ⁊ noli tardare relaxa facinora plebi tue. Sequẽtia.

Iubilemus oẽs vna. Deo noſtro qui creauit omnia. Per quẽ cuncta condita ſunt ſecula. Celum quod plurima luce choruſcat. et diuerſa ſunt ſydera. Sol mundi ſcema. noctium decꝰ luna. ceteraqꝫ ſplendentia. Mare ſolũ alta plana et profunda flumina. Aeris ampla ſpacia. quo diſcurrunt aues venti atqꝫ pluuia. Hec ſimul cuncta tibi ſoli deo patri militant. Nunc et in euū. ſine fine per ſecla laus eorum tua gloria. Qui pro ſalute noſtra prolem vnicam. Pati in terra miſiſti ſine culpa ſed ob noſtra delicta. Te trinitas precamur. vt corpora noſtra et corda. regas et protegas et dones peccatorum veniam.

¶ Secundum iohannem primo.

IN illo tēpore. Miſerunt iudei ab hieroſolimis ſacerdotes et leuitas ad iohanuē: vt interrogarēt eum. tu quis es? Et cōfeſſꝰ eſt: et nō negauit. Et confeſſus eſt quia non ſum ego chriſtꝰ Quid ergo? Helyas es tu? Et dixit Non ſū Propheta es tu? Et reſpōdit Nō. Dixerūt ergo ei. Quis es vt reſpōſum demus his qui miſerunt nos? Quid dicis de teipſo? Ait. Ego vox clamātis in deſerto dirigite viam domini ſicut dixit yſaias propheta. Et qui miſſi fuerant erāt ex phariſeis. Et interrogauerūt eū: ⁊ dixerunt ei Quid ergo baptiſas ſi tu non es chriſtus neqꝫ helias neqꝫ ꝓpheta? Reſpōdit eis iohannes: dicens. Ego baptiſo in aqua: mediꝰ autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis. Ipſe eſt qui poſt me venturꝰ eſt qui ante me factus eſt: cuiꝰ ego non ſum dignus: vt ſoluā eius corrigiā calciamēti. Hec in bethania facta ſunt trāſiordanē: vbi erat iohānes baptiſans. Offertoriū. Aue maria gratia plena dominꝰ tecū: benedicta tu in mulieribus ⁊ benedictus fructꝰ vētris tui. Secreta.

SAcrificijs preſentibus domine placatus intende: vt et deuotioni noſtre proficiant ⁊ ſaluti. Per dominū. Cōmunio. Ecce virgo concipiet et pariet filium ⁊ vocabit nomē eius emanuel. Poſtcō.

SUmptis muneribus ſacris q̄ſumus domine: vt cū frequētatione myſterij creſcat noſtre ſalutis effectus Per dominū noſtrū.

¶ Feria. ij. vt in dn̄ica ferialiter.

Feria. iiii. Lctō yſaie ꝓphete. xvi.

HEc dicit dominꝰ deus. Emitte agnum domine dominatorem terre de petra deſerti ad montem filie ſyon. et erit ſicut auis fugiens: et pulli de nido aduolantes Sic erunt filie moab: in trāſcenſu arnō. Ini conſilium coge conſiliū pone quaſi noctē vmbrā tuā in meridie. Abſconde fugiētes et vagos ne prodas. Habitabūt apud te profugi mei: moab eſto latibulum eorum a facie vaſtatoris. Finitus eſt puluis: conſummatus eſt miſer defecit qui conculcabat terrā. Et preparabitur in miſericordia ſolium eius: et ſedebit ſuper illud in veritate in tabernaculo dauid. Iudicans et querens iudicium: et velociter reddens quod iuſtum eſt. Ait dn̄s: op̄s. ¶ Secundū matheū. iij.

IN illo tēpore. Videns iohannes multos phariſeorū et ſaduceorum venientes ad baptiſmū ſuum: dixit eis. Progenies viperarum. quis demonſtrauit vobis fugere a futura ira? Facite ergo fructum dignum penitentie. Et ne velitꝫ dicere inter vos: patrem habemus abraham Dico eī vobꝫ: qm̄ potens eſt deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios abrahe. Iam enim ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Omnis ergo arbor que non facit fructū bonum: excidetur et in ignem mittetur. Ego quidē baptiſo vos in aqua in penitentiam: qui autē poſt me venturus eſt fortior me eſt: cuius nō ſum dignus calciamenta portare. Ipſe vos baptiſabit ī ſpū ſancto et igne. ¶ Feria ſexta.

Lectio yſaie prophete. xxviij.

HEc dicit dn̄s deꝰ Ecce ego mittam ī fundamētis ſyō lapidē probatum angularem precioſum in fundamento fundatum. Et omnis qui credit in eum: nō turbabitur. Feſtinet vt ponat iudicium in pondere et iuſticiā in menſura. Et ſubuertet grando ſpem mendacij: & in protectionē aque fundabunt. Hoc enim a domino deo exercituum: vt mirabile faceret iudiciū et magnificaret iuſticiam. Propterea expectat dominus vt miſereatur noſtri et ideo exaltabitur parcens nobis Quia deus iudicij dominus: beati omnes qui expectant eum.

¶ Secundum iohannem primo.

In illo tēpore. Iohannes teſtimonium perhibebat de domino: & clamabat dicens. Hic erat quē dixi vobis: qui poſt me venturus eſt ante me fact⁹ eſt quia prior me erat. Et de plenitudine ei⁹ nos omnes accepimus: et gratiam pro gratia. Quia lex per moyſen data eſt: gratia & veritas per ieſum chriſtum facta eſt. Deum nemo vidit vnq̄: niſi vnigenitus qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrabit oīa. ¶ In vigilia natiuitatis dñi. Officium.

Hodie ſcietis qꝛ veniet dominus et ſaluabit vos: et mane videbitis gloriā ei⁹. Ps. Domini eſt terra et plenitudo eius: orbis terrarum et vniuerſi qui habitant in eo. Gloria patri. Hodie ſcietis. Oratio.

Deus qui nos redemptionis noſtre annua expectatione letificas. preſta: vt vnigenitum tuum quem redemptorem leti ſuſcipim⁹ venientem quoqꝫ iudicem ſecuri videamus dominū noſtrū ieſum chriſtū filiū tuū. Qui tecū. ¶ Memo. nō dicitur. Lectō yſaie ꝓphete. lxij.

Hec dicit dominus. Propter ſyon non tacebo: et propter hieruſalem non quieſcam: donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius et ſaluator eius vt lampas accēdatur. Et videbunt gentes iuſtum tuum: et cuncti reges inclitum tuū. Et vocabitur tibi nomen nouum: qđ os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini et diadema regni ī manu dei tui. Nō vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabitur amplius deſolata. Sed vocaberis volūtas mea in ea: et terra tua inhabitabitur quia complacuit domino in te.

¶ Ad romanos primo.

Fratres. Paulus ſeruus ieſu chriſti vocatus apoſtolus. ſegregatus in euangelium dei quod ante promiſerat per prophetas ſuos ī ſcripturis ſanctis de filio ſuo: qui factus eſt ei ex ſemine dauid ſecundum carnem. Qui predeſtinatus eſt filius dei in virtute: ſecundum ſpiritum ſanctificationis ex reſurrectiōe mortuorum ieſu chriſti domini noſtri. Per quem accepimus gratiam et apoſtolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius In quibus eſtis et vos vocati: ieſu chriſti domini noſtri. Gradale. Hodie ſcietis quia veniet dominus et ſaluabit vos. & mane videbitis gloriam eius. V⁹. Qui regis iſraeli intende qui deducis velut ouem ioſeph: qui ſedes ſuper cherubin appare coram effraym beniamyn & manaſſe. Gradale. repetitur ſi ſit dominica Alleluya. V⁹. Craſtina die delebitur iniquitas terre. & regnabit ſuper vos ſaluator mundi.

¶ Secundum matheum. primo.

In illo tempore. Cum eſſet deſponſata mater ieſu maria ioſeph: anteq̄ conuenirent inuenta eſt in vtero habens de ſpiritu ſancto. Ioſeph autem vir eius cū eſſet iuſtus et nollet eam traducere: voluit occulte dimittere eam. Hec autem eo cogitante: ecce angelus domini in ſomnis apparuit ei dicens Ioſeph fili dauid: noli timere accipere mariā coniugem tuā Quod enim in ea natum eſt: de ſpiritu ſancto eſt. Pariet autem filium: et vocabis nomē eius ieſum. Ipſe enim ſaluum faciet populū ſuum: a peccatis eorum. Offertorium. Tollite portas principes veſtras et eleuamini porte eternales et introibit rex glorie. Secreta.

DA nobis queſumus omnipotens deus: vt ſicut ad adorāda filij tui natalicia preuenimꝰ ſic eius munera capiamus ſempiterna gaudentes. Per eundem dominum. Cōmunio. Reuelabitur gloria domini: et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſtcōmunio.

DA nobis domine queſumus vnigēiti filij tui recēſita natiuitate reſpirare: cuius celeſti miſterio paſcimur et potamur. Per dominū. ¶ Si hec vigilia in dñica euenerit miſſa dominicalis dicatur poſt primā ad altare capituli. Officium. Memento noſtri. ⁊c. vt in illa dominica notatur. excepto ꝙ non repetatur officiū ante. Gloria patri. nec. Gradale poſt verſuꝫ nec dicetur ſequentia. Et fiet memoria de ſancta maria et de omnibus ſanctis. et legatur epyſtola in medio chori. Gradale ab vno ceroferario et. Alleluya. ab alio ceroferario viciſſim in medio chori cantentur: et dicetur. Credo. cetera de dominica dicātur. Poſtea fiat proceſ. dominicalis vt in proceſſionali continetur: et ſequatur magna miſſa de vigilia ad maiꝰ altare more ſimplicis feſti. ix. lectio. officiū. Hodie ſcietis. ⁊c. vt ſ̄ notatur vna tantū oratio dicitur. Deus qui nos. ⁊c. lectio ab vno de maioribꝰ perſonis eccleſie legatur in pulpito. ſimiliter epyſtola et euangeliū in eodem loco dicuntur et. Gradale a duobus pueris et. Alleluya. a duobus rectoribus in eodem loco cantentur. et dicatur ſequentia. Iubilemus. vt in eadem dominica notatur. et dicit̄. Credo. ⁊ prefatio cōmunis. cetera de vigilia. ¶ Ad miſſam in gallicantu. Officium.

DOminus dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu ego hodie genui te. Pſalmꝰ. Quare fremuerunt gentes et populi meditati ſunt inania. Oratio.

DEus qui hāc ſacratiſſimam noctem veri luminis feciſti illuſtratione clareſcere. da nobis queſumus: vt cuius lucis myſteria in terra cognouimus: eius quoqꝫ gaudijs in celis perfruamur. Per eundem dominum noſtrum.

¶ Lectio yſaie prophete. ix.

HEc dicit dominus. Populus gentium qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnā. Habitantibus in regione vmbre mortis: lux orta eſt eis. Paruulus enī natus eſt nobis: et filius datus eſt nobis. Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: et vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius deus fortis pater futuri ſeculi princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium: et pacis non erit finis. Super ſolium dauid et ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud et corroboret in iudicio ⁊ iuſticia. A modo: et vſqꝫ in ſempiternū. Finita lec. ſine interuallo legatur ibidem epiſtola. Ad tituꝫ. ij.

CAriſſime. Apparuit grā dei ſaluatoris noſtri omnibꝰ hominibꝰ erudiēs nos: vt abnegātes impietatē et ſecularia deſideria. ſobrie et iuſte et pie viuamus in hoc ſeculo. Expectantes beatā ſpē: et aduentum glorie magni dei et ſaluatoris noſtri ieſu chriſti. Qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: et mundaret ſibi pplm acceptabilē: ſectatorē bonorum operū. Hec loquere et exhortare In chriſto ieſu domino noſtro. Grada. Tecū principiū in die virtutis tue: in ſplēdoribꝰ ſanctorum ex vtero ante luciferū genui te. V. Dixit dn̄s domino meo ſede a dextris meis donec ponam inimicos tuos ſcabellū pedum tuorū. Gradale repetatur. Alleluya. Vꝰ. Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Sequētia.

Nato canūt omnia dn̄o pie agmina. Sillabatim pneumata perſtringendo organica. Hac die ſacrata in qua noua ſunt gaudia. mundo plene reddita. Hac nocte precelſa itonuit et gloria in voce angelica. Fulſerunt et imania nocte media paſtoribꝰ lumina. Dū fouent ſua pecora. ſubito diua percipiunt monita. Natū alma virgine qui extat ante ſecula. Eſt imēſa in celo gloria pax et ī terra. Sic ergo celi caterua altiſſime iubilat. Et tanto canore crepat. alta poli machina. Sonet et per oīa hac in die gloria voce clara reddita. Humana concrepent cuncta. deū natū in terra. Confracta ſunt ꝙ imperia hoſtis crudeliſſima. Pax in terra reddita. nunc letantur oīa nati per exordia. Solꝰ qui condidit omnia. Solꝰ qui tuetur omnia. Ipſe ſua pietate ſoluat omnia peccata noſtra. Euāgeliū a diacono iuxta altare legatur. ¶ Scd̄m lucam. ij.

In illo tēpore. Exiit edictum a ceſare auguſto vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hec deſcriptio prima: facta eſt a preſide ſirie cyrino. Et ibant omnes: vt profiterentur ſinguli in ſuā ciuitatē. Aſcendit autē et ioſeph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid que vocatur bethleē: eo qđ eſſet de domo et familia dauid: vt profiteretur cum maria deſponſata ſibi vxore pregnāte. Factum eſt autē cum eſſent ibi īpleti ſunt dies marie vt pareret. et peperit filium ſuum primogenitū. Et pannis eū inuoluit: et reclinauit eū in preſepio quia nō erat ei locus in diuerſorio Et paſtores erant in regione eadem vigilantes et cuſtodientes vigilias noctis ſuper gregem ſuū. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos: et claritas dei circumfulſit illos: ꝛ timuerūt timore magno Et dixit illis angelꝰ. Nolite timere. Ecce euangelizo vobis gaudiū magnū quod erit omni populo: qꝛ natus eſt vobis hodie ſaluator qui eſt chriſtus dominꝰ in ciuitate dauid. Et hoc vobis ſignum. Inuenietis infantem pannis inuolutū et poſitū in preſepio. Et ſubito facta eſt cum angelo multitudo militie celeſtis: laudantiū deū et dicentiū. Gloria in altiſſimis deo et in terra pax hominibus ī bone voluntatis. Credo. Offertoriū. Letentur celi et exultet terra ante faciem domini quoniam venit. Secreta.

Accepta tibi ſit q̄s domine hodierne feſtiuitatꝫ oblatio vt tua gratia largiente. per hec ſacroſancta cōmercia in illius inueniamur forma ī quo tecū eſt noſtra ſubſtantia ieſus chriſtus filius tuꝰ dominus noſter. Qui tecū Prefacio. Qr per incarnati. Cōmunicātes et noctē. Cōio. In ſplēdoribꝰ ſctōꝝ ex vtero āte luciferū genui te. Poſtcō.

DA nobis queſumus domine deus noſter: vt qui natiuitatē domini noſtri ieſu chriſti nos frequentare gaudemꝰ: dignis cōuerſationibꝰ ad eiꝰ mereamur ꝑuenire conſortiū. Qui tecū viuit ⁊ reg.

¶Ad miſſam in aurora Officium.

LVx fulgebit hodie ſuꝑ nos quia natus eſt nobis dominus ⁊ vocabitur admirabilis deus princeps pacis pater futuri ſeculi. cuius regni nō erit finis. ps. Dominꝰ regnauit decorē induit: induit dominꝰ fortitudinē et precinxit ſe v̄tute. Oratio.

DA nobis queſumus omnipotēs deus: vt q̄ noua incarnati verbi tui luce perfundimur: hoc in noſtro replendeat opere. quod ꝑ fidem fulget ĩ mente. Memoria. de ſancta anaſtaſia ſub vna ꝯcl. orō.

DA queſumus op̄s deus: vt q̄ beate anaſtaſie martiris tue ſolennia colimus eius apud te patrocinia ſentiamus. Per dominū.

¶Iſte due orationes ſimul finientur ſub vna ꝯcluſione. De ꝯcluſione duarum vel triū orōm Qñcūqꝫ enī due orōnes debent dici ad miſ. ſub vna terminatione concludantur qꝛ quaſi ꝑ vna orōne debēt fieri Et ſi ꝯtingat vt ĩ feſto ſāctorum fabiani et ſebaſtiani qđ vna tantū fiat memo. l. de ſancta maria vel aliqua alia: omēs orationes ſub vna terminatione concludantur.

¶Lectio yſaie prophete. lxi.

HEc dicit dñs. Spūs dñi ſuper me eo qđ vnxerit me: euāgelizare pauperibꝰ miſit me Ad annūciādū māſuetis miſit me: vt mederer cōtritos corde ⁊ p̄dicarē captiuis indulgētiā ⁊ clauſis apertionē Vt p̄dicarē annū placabilē dño: et diē vltionis deo noſtro Vt cōſolarer oēs lugētes: et ponerē fortitudinē lugētibus ſyō. Et darem eis coronā pro cinere: oleū gaudij ꝓ luctu. palliū laudis pro ſpū meroris. Et vocabūtur ĩ ea fortes iuſticie: plātatio dñi ad glorificādū Ecce dñs auditū fecit ĩ extremis terre. Dicite filie ſyon: ecce ſaluator tuus venit. Et merces eiꝰ cū eo: et opꝰ illius corā illo Et vocabūt eos ppls̄ ſanctꝰ redēpti a dño. Ad titum. iij.

CArißime. Apparuit benignitas et humanitas ſaluatoris noſtri dei. Nō ex operibus iuſticie que fecimus nos: ſed ſecūdū ſuā mīam ſaluos nos fecit. Per lauacrū regeneratiōis et renouationis ſpiritꝰ ſctī: quē effudit ĩ nos abūde. per ieſū chriſtū ſaluatorē noſtrū Vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſimus ſecūdū ſpē vite eterne In xp̄o ieſu: dño noſtro. Gradale. Benedictꝰ q̄ venit in noīe dñi. deꝰ dñs ⁊ illuxit nobꝫ. V. A dño fctm̄ eſt et eſt mirabile ĩ oculis noſtris. Alleluya. V. Dñs regnauit decorē induit induit dñs fortitudinē et precinxit ſe virtute. ¶Sequentia.

LEtabūdꝰ exultet fidelis chorꝰ allā. Regē regū. intacte profudit thorꝰ res mirāda. Angelꝰ ꝯſilij natꝰ eſt de v̄gine ſol de ſtella. Sol occaſū neſciēs. ſtella ſēꝑ rutilās. ſēper clara. Sicut ſydꝰ radiū profert virgo filiū pari forma. Neqꝫ ſydꝰ radio neqꝫ mater filio fit corrupta Cedrus alta libani conformatur yſopo: valle noſtra. Verbum ens altiſſimi. corporali paſſū eſt carne ſūpta. yſaias precinit/ ſinagoga meminit nūq̄ tamen deſinit eſſe ceca. Si non ſuis vatibꝰ credat vel gētilibus ſibilinis verſibꝰ hec p̄dicta. Infelix ꝓpera/ crede vel vetera/ cur dānaberis gēs miſera. Quē docet littera natū cōſidera/ ipſum genuit puerpera. ¶Scd̄m lucam. ij.

IN illo tempore. Paſtores loquebantur ad inuicē. Trāſeamus vſq; bethleē: et videamus hoc verbū quod factum eſt: quod fecit dñs et oſtendit nobis. Et venerūt feſtinātes: et inuenerunt mariā et ioſeph: et infantē poſitum in preſepio. Vidētes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierūt mirati ſūt: et de his que dicta erāt a paſtoribus ad ipſos. Maria autē conſeruabat omnia verba hec: cōferens in corde ſuo. Et reuerſi ſunt paſtores glorificantes et laudātes deum: in omnibus que audierant et viderant: ſicut dictū eſt ad illos Credo. Offertoriū. Deus enim firmauit orbem terre qui non cōmouebitur parata ſedes tua deus ex tunc a ſeculo tu es. Secreta.

MUnera noſtra queſumus domine natiuitatis hodierne myſterijs apta proueniāt: vt ſicut homo genitus idē refulſit deus ſic nobis hec terrena ſubſtātia conferat quod diuinum eſt. Alia ſecreta.

ACcipe queſumus dñe munera dignāter oblata: & anaſtaſie martyris tue ſuffragantibꝰ meritis: ad noſtre ſalutis auxiliū prouenire cōcede. Per dñm. Prefatio. Quia per incarna. Cōmunicātes et diē ſacra. Cōio. Exulta filia ſyō lauda filia hieruſalē ecce rex tuꝰ venit ſctūs et ſaluator mūdi. Poſtcōio.

HUius nos dñe q̄s ſacramēti ſēp nouitas natalis iſtauret cuiꝰ natiuitas ſingularꝫ hūanā repulit vetuſtatē. Aliā ſub vna ꝯclu.

SAtiaſti domine familiā tuam muneribus ſacris: eius queſumus interuētione nos refoue cuius ſolēnia celebramus. Per dominū. ¶ In die natiuitatis domini. Ad magnam miſſam. Officium.

PUer natus eſt nobis & filiꝰ datus eſt nobis cuius imperium ſuper humerū eiꝰ: et vocabit̄ nomen eius magni conſilij angelus. Ps. Cantate domino cāticum nouum: quia mirabilia fecit. Oratio.

COncede q̄s omnipotēs deꝰ: vt nos vnigeniti tui noua ꝑ carnē natiuitas liberet. quos ſub peccati iugo vetuſta ſeruitꝰ tenet. Qui tecum viuit & regnat ī vnita.

¶ Lectio yſaie prophete. lij.

HEc dicit dominus. Propter hoc ſciet ppl̄s meꝰ nomē meū in die illa: qꝛ ego ipſe q̄ loq̄bar ecce aſſum Quā pulchri ſuper mōtes pedes ānūciātis et p̄dicātis pacē: annūciātis bonū predicātis ſalutē dicentis. Syō: regnabit deꝰ tuꝰ Vox ſpeculatorū tuorū leuauerūt vocē ſimul laudabūt: qꝛ oculo ad oculū videbūt. cū conuerterit dñs ſyon. Gaudete et laudate ſimul deſerta hieruſalē: quia conſolatus eſt dñs populū ſuum. redemit hieruſalem. Parauit dñs brachiū ſanctum ſuū in oculis omniū gentium. Et videbunt omnes fines terre: ſalutare dei noſtri. ¶ Ad hebreos primo.

FRatres. Multipharie multiſq; modis olim deꝰ loquēs patribꝰ i ꝓphetis: nouiſſime diebꝰ iſtis locutꝰ eſt nobis in filio quē cōſtituit heredē vniuerſorū: ꝑ quē fecit et ſecula. Qui cū ſit ſplēdor glorie & figura ſubſtātie eiꝰ portanſq; oīa verbo virtutis ſue purgationē peccatorū faciens: ſedet ad dexterā maieſtatis i excelſis Tanto melior angelis effectꝰ: quāto differentius pre illis nomē hereditauit. Cui enī dixit aliquando angelorum filius meus es tu. ego hodie genui te? Et rurſum Ego illi ero in patrem: et ipſe erit michi in filium. Et cum iterum introducit pꝛimogenitum in oꝛbē terre: dicit. Et adoꝛent eū omnes angeli dei. Et ad angelos quidē dicit. Qui facit angelos ſuos ſpiritus: ⁊ miniſtros ſuos flammã ignis. Ad filium autem. Thꝛonus tuus deus in ſeculū ſeculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexiſti iuſticiam et odiſti iniquitatē propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis: pꝛe participibꝰ tuis Et tu in pꝛincipio domine terram fundaſti: ⁊ opera manuū tuarum ſunt celi. Ipſi peribunt tu autem permanes: et omnes vt veſtimentum veteraſcēt. Et velut amictum mutabis eos: ⁊ mutabūtur. Tu autem idem ipſe es: et anni tui non deficient. Gradale. Viderunt oēs fines terre ſalutare dei noſtri iubilate deo omnis terra. ℣. Notū fecit dominus ſalutare ſuum. ante cōſpectū gentiū reuelauit iuſticiã ſuam. Alleluya. Vſꝰ. Dies ſanctificatus illuxit nobꝫ. venite gētes et adoꝛate dominū quia hodie deſcēdit lux magna ſup trã. Sequentia.

Chriſti hodierna celebꝛemus natalicia Celica reſonēt clare camenas agmina. Nunc regis celebꝛando gratulantur nuptias. Lux noua iã terras illuſtrat veteres pellens tenebꝛas. Reſerat ſupna gratia diu clauſa palatia. Felix mater et ſola intacta eterna puerpera. Cum nato ſtas grauida. cum viri ſis cubilis neſcia. Omnis caterua noſtra te rogat domina Soluas quo noſtra cūcta peccaminum vincula virgo ſempiterna beata. Digna fuiſti ſola tollentem crimina. Intra vteri clauſtra poꝛtare q̄ gubernat oīa ſupera infera. Hunc ſua laudant facta. gaudēter bona qua viuunt ſuper eſſētia. Nos humillima turba demus debita poſcētes eius clementiã. Ut noſtra pꝛeſtans tp̄a nunc quieta. det placita frui vita vtilia donando famulis munera. Ac inter nos diſcrimina ſeua ſoluens poſt funera derelicta ſedē ducat moꝛtis ac maloꝛū ignaram. Qui ad dexterã patris almã. ſedens cōregnat coeternus ꝑ omnia. Potenter cuncta diſponendo cum eo ſecla pꝛeſentia et futura. Beata iuſtis donans omnibꝰ pꝛemia. Pꝛeclara qua lux vera micat. que eſt ſalꝰ eterna et noſtra gloꝛia.

¶ Initium ſancti euangelij Secundum iohannem. i.

IN pꝛincipio erat verbum Et verbum erat apud deum. Et deus erat verbum. Hoc erat in pꝛincipio: apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: et ſine ipſo factum eſt nichil. Quod factum eſt: in ipſo vita erat Et vita erat lux hominum Et lux in tenebꝛis lucet: et tenebꝛe eam non compꝛehenderunt. Fuit homo miſſus a deo: cui nomē erat iohãnes. Hic venit in teſtimoniū: vt teſtimoniū perhiberet de lumine: vt oēs crederēt per illū. Nō erat ille lux: ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Erat lux vera: que illuminat omnē hominē venientem in hunc mundū. In mundo erat: ⁊ mūdus per ipſum factus eſt et mundus eum non cognouit. In pꝛopꝛia venit: et ſui eū non receperunt. Quotquot aūt receperūt eū dedit eis poteſtatē filios dei fieri: his qui credūt ĩ noīe eius. Qui nō ex ſanguinibus neq̄ ex voluntate carnis. neq̄ ex volūtate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbū caro factū eſt: ⁊ habitauit ĩ nobis. Et vidimꝰ gliam eiꝰ gliam quaſi vnigeniti a pr̄e. plenū gr̄e: et veritatis. Credo. Dicat̄ per octa. ſiue dicat̄ de nati. ſiue de feſ. aliquo. ex. lctõ nū. Offr.

Tui ſunt celi et tua eſt terra: orbē terrarum et plenitudinem eius tu fundaſti iuſticia et iudicium preparatio ſedis tue. Secreta.

Oblata dñe munera noua vnigeniti tui natiuitate ſctifica: noſq; a peccatorum noſtrorū maculis emūda. Per eundē dñm. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicantes. Cōmunio. Viderunt oēs fines terre ſalutare dei noſtri. Poſtcōio.

Preſta q̃s omnipotēs deus: vt natus hodie ſaluator mundi. ſicut diuine nobis generationis eſt auctor ita et imortalitatis ſit ipſe largitor. Qui tecum. Finita miſſa dicitur aña et oro̅ de ſancta maria ad placitum et poſtea euange. ſecū dū lucā. Miſſus eſt. loco euāgelij. In principio. quod dictum eſt ad miſſam. ¶ In die ſcti ſtephani miſſa capitularis de natiuita. dicitur eodē ordine vt in vigi. natalis dñi cū in dominica euenerit. Officiū. Puer natus. ps. Cantate. ỽ Gloria patri. Puer natus. kyrie eleyſon. Gloria in excelſis. Sāctus. ꝛc. Agnꝰ. vt in cōmemo. ſancti vbili. Oratio. Concede queſumꝰ. Epla. Multipharie. Gradale. Viderunt Alleluya. vſ. Dies ſanctificatus. Nulla dicitur ſequētia. euāgeliū. In pricipio. et dicatur. Credo. ꝛc. oīa ſicut in die ad magnā miſſam. Finita miſſa dicit̄. añ. et oratio de ſancta maria cum euangelio. Miſſus eſt. Hec miſſa dicatur quotidie vſq; ad circun. dñi preterq̄ in. vi. a na. dñi: vbi dr totū ſeruitiū de na. cū memo. cōgruētibꝰ vt iſta notāt ꝛc. In die ſancti ſtephani Officiū.

Etenī ſederunt principes et aduerſum me loquebantur ꝛ iniqui perſecuti ſunt me: adiuua me dñe deus meus/ qz ſeruꝰ tuꝰ exercebat in tuis iuſtificatiōibꝰ. ps. Btī imaculatī ī via: qui ambulāt in lege domini. Oro.

Da nobis queſumus domine imitari quod colimus vt diſcamus et inimicos diligere: quia eius natalicia celebramus: qui nouit etiam pro perſecutoribus exorare dñm noſtrū ieſum xp̄m filium tuū. Qui tecū. Vbi nō fuerit miſſa capitularis dicta: dicetur memo. de natiuitate cum oratione. Concede queſumus. et ſic per octa. ¶ Lectio actuum apoſtolorum. ſexto.

In diebꝰ illis. Stephanꝰ plenus gratia ꝛ fortitudine: faciebat prodigia et ſigna magna in populo. Surrexerūt autē quidā de ſynagoga que appellabatur libertinorum et cirenenſiū et alexandrinorum: ꝛ eorū qui erant a cilicia ꝛ aſia: diſputantes cū ſtephano. Et non poterant reſiſtere ſapientie: ꝛ ſpiritui qui loquebatur. Audiētes autem hec diſſecabantur cordibus ſuis: et ſtridebāt dentibus in eum. Cū autē eſſet ſtephanus plenꝰ ſpū ſctō: intēdēs in celū vidit gloriam dei ieſū et ſtantē a dextris virtutis dei: et ait. Ecce video celos aptos et filium hominis ſtantē a dextris virtutis dei. Exclamātes autē voce magna cōtinuerunt aures ſuas: et impetū fecerūt vnanimiter ī eū. Et eijciētes eū extra ciuitatē: lapidabāt. Et teſtes depoſuerunt veſtimenta ſua ſecus pedes adoleſcētis qui vocabatur ſaulꝰ Et lapidabāt ſtephanū inuocantē ꝛ dicētē. Dñe ieſu ſuſcipe ſpiritū meum. Poſitis autem genibus: clamauit voce magna dicēs Dñe: ne ſtatuas illis hoc peccatū. Et cū hoc dixiſſet: obdormiuit in dño. Gradale. Sederunt pricipes et aduerſum me loq̄bātur et iniqui ꝑſecuti ſunt me. ỽ. Adiuua me dñe deus meus: ſaluum me fac propter miſam tuam. Allã. vſꝰ. Uideo celos aptos ⁊ ieſū ſtātē a dextris virtutis dei. ¶ Sequentia.

Magnus deus in vniuerſa terra. Magna ſūt eiꝰ vbiqꝫ oīa in celo atqꝫ in terra opera. Qui eſt rex regū dn̄s olīm a patre genitꝰ ante ſcła. Cuiꝰ caritas vera celo ſubleuat ſtephanum de terra. Atqꝫ perenni vita ornat candida digniter corona. Plenus etenim ſtephanus deitate atqꝫ gratia magna dabat veritate ꝓdigia. docēs veriſſima dogmata. Cū autē ꝓdicaret iā preſētia Noſtre redēptiōis noua gaudia. Intento in ſupna celi patet ianua. Dixitqꝫ circūſtāti plebi voce publica ſacra plenus gratia. Ecce dei video admirabilē gloriam. claritate fulgida. Atqꝫ ieſū ſtantē in virtutis dei dextera. Et cū hoc audiſſet ipia gēs iudaica. Dans fremitū concita quaſſat lapidibus ſtephani membra Sed ſtat fortiter patiēs martyr ⁊ orat ne eis xp̄e noxā ſtatuas ſed iam accipe ſpiritū meū Et cum hoc dixiſſet ī dn̄o obdormiuit pace eterna. Tu nobis martyr. o ſtephane ſempiterna ipetra gaudia. ¶ Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorum: et principibus ſacerdotū. Ecce ego mitto ad vos prophetas et ſapientes et ſcribas: ⁊ ex illis occidetis et crucifigetis. ⁊ ex eis flagellabitꝫ in ſynagogis veſtris. Et perſequimini de ciuitate ī ciuitatē vt veniat ſuper vos oīs ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrā. A ſanguine abel iuſti: vſqꝫ ad ſanguinem zacharie filij barachie quem occidiſtis inter templū ⁊ altare. Amen dico vobꝫ venient hec omnia ſuper gn̄ationē iſtam. Hieruſalem hieruſalē q̄ occidis prophetas et lapidas eos q̄ ad te miſſi ſūt: quotiēs volui cōgregare filios tuos. quēadmodū gallina congregat pullos ſuos ſub alas et noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico enim vobis: non me videbitis amodo: donec dicatis Benedictꝰ q̄ venit: ī nomine dn̄i. Credo. Offerto. In ꝟtute tua dn̄e letabit iuſtus et ſuꝑ ſalutare tuū exultabit vehemēt deſideriū aīe eius tribuiſti ei. Sec.

Suſcipe dn̄e munera pro cōmemoratiōe prothomartyrꝫ tui ſtephani: vt ſicut illū paſſio efficit glorioſū. ſic nos deuotio reddat innocuos. Per dominum. Prefatio. Quia per incarnati Cōmunicates. Cōio Uideo celos aptos/ ⁊ ieſū ſtātē a dextris virtutꝫ dei. dn̄e ieſu accipe ſpm̄ meū. et ne ſtatuas illꝫ hoc pctm̄. q2 neſciūt q̄d faciūt. Poſtcō.

Auxilient nobis domine ſumpta myſteria: et intercedente beato ſtephano prothomartyre tuo: ſempiterna protectione confirment Per dn̄m ¶ Sancti iohānis apl̄i ⁊ euangeliſte. Officium.

In medio eccleſie aperuit os eius. ⁊ impleuit eum dominus ſpiritu ſapientie et intellectus. ſtola glorie induit eū. Ps. Iocūditatē ⁊ exultationē: theſaurizabit ſuꝑ eū. Oro.

Eccleſiam tuā queſumus domine benignꝰ illuſtra: vt beati iohannis apoſtoli tui ⁊ euangeliſte illuminata doctrinis. ad dona perueniat ſempiterna. Per dn̄m. ¶ Lectio libri ſapiētie. prouer. v.

Qui timet deū: faciet bona Et qui cōtinēs eſt iuſticie apprehēdet illā: et obuiabit illi quaſi mater honorificata Cibabit illū pane vite et ītellectꝰ: et aqua ſapientie ſalutaris potabit illū. Et firmabitur in illo et nō flectet: et continebit illum et nō cōfundetur. et exaltabit illum apud proximos ſuos. In medio eccleſie aperiet os eius: et implebit eum dominus ſpiritu ſapientie et itellectus. et ſtola glorie induet eum. Jocunditatē ⁊ exultationem: theſaurizabit ſup eū. Et nomine eterno: hereditabit illum: dominꝰ deꝰ noſter. Gradale. Exiit ſermo iter fratres ꝙ diſcipulus ille non moritur. ꝟ. Sed ſic eū volo manere donec veniam/tu me ſequere. Alleluya. ꝟ. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his: et ſcimꝰ quia verum eſt teſtimonium eius. ¶ Sequentia.

Johannes ieſu chriſto multū dilecte virgo Tu eius amore carnalem in naui parentē liquiſti Tu leue coniugis pectus reſpuiſti meſſiam ſecutus. Ut eius pectoris ſacra meruiſſes fluēta potare. Tuqꝫ in terra poſitus gloriam conſpexiſti filij dei. Que ſolum ſanctis in vita creditur cōtuenda eſſe perēni Te chriſtus in cruce triūphās matri ſue dedit cuſtodē. Ut virgo virginem ſeruares atqꝫ curam ſuppeditares. Tu te carcere flagriſqꝫ fractus teſtimonio pro chriſti es gauiſus. Idem mortuos ſuſcitas inqꝫ ieſu nomine venenum forte vincis Tibi ſūmus tacitum ceteris verbum ſuū pater reuelat. Tu nos omnes precibꝰ ſedulis: apud deū ſemper commēda, Johānes chriſti care. ¶ Secundum iohannem. xxi.

In illo tempore. Dixit ieſus petro. Sequere me. Conuerſus petrꝰ: vidit illum diſcipulum quem diligebat ieſus ſequentem: qui et recubuit in cena ſuper pectꝰ eius: et dixit. Domine quis eſt qui tradet te? Hunc ergo cum vidiſſet petrus: dixit ieſu. Domine: hic autem quid? Dixit ei ieſus. Sic eum volo manere: donec veniam Quid ad te? Tu me ſequere Exiit ergo ſermo iſte inter fratres: quia diſcipulus ille non moritur. Et non dixit ei ieſus quia non moritur: ſed ſic eum volo manere: donec veniam. quid ad te. Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimonium perhibet de his: et ſcripſit hec. Et ſcimus quia verum eſt: teſtimonium eius. Credo. Offertorium. Juſtus vt palma florebit ſicut cedrus que in libano eſt multiplicabitur. Secreta.

Suſcipe domine queſumꝰ munera que in eius ſolennitate deferimus: cuius nos confidimus patrocinio liberari. Per dominū. Prefatio. Quia per incarnati. Cōmunicantes. Cōmunio. Exiit ſermo inter fratres quod diſcipulus ille non moritur et non dixit ieſus non moritur ſed ſic eum volo manere donec veniam Poſtcōmunio.

Refecti cibo potuqꝫ celeſti deus noſter te ſupplices deprecamur vt in cuius hec cōmemoratione percepimꝰ: eius muniamur et precibus. Per dominum. ¶ In feſto ſanctorum innocētiū. Officiū.

Ex ore infantium deus ⁊ lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos. Ps. Domine dominus noſter: q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Si ſit dominica. Gloria in excelſis. Oratio.

Deus cuius hodierna die preconium innocentes martyres non loquendo ſed moriendo cōfeſſi ſunt: omnia in nobis viciorū mala mortifica: vt fidem tuā quā lingua noſtra loquitur etiam moribꝰ vita fateat̄. Per do. ¶ Lectō libri apocalip. btī iohannis aplī xiiij.

In diebus illis. Vidi ſupra montem ſyon agnum ſtantē et cum eo centumquadꝛagitaquatuoꝛ milia habentes nomen eius ⁊ nomen patris eiꝰ ſcriptum in frontibus ſuis. Et audiui vocem de celo tanꝙ vocem aquarum multarū ⁊ tanꝙ vocem tonitrui magni. Et vocem quam audiui: ſicut cythare doꝛū cytharizantiū in citharis ſuis. Et cantabant quaſi canticū nouū ante ſedem dei: et ante quatuoꝛ animalia et ſenioꝛes. Et nemo poterat dicere canticū niſi illa centū quadꝛagitaquatuoꝛ milia ꝗ empti ſunt de terra. Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati: virgines eni ſunt. Hi ſequūtur agnū quocūqꝫ ierit. Hi empti ſunt ex omnibus pꝛimitie deo et agno: et ī oꝛe eoꝛum non eſt inuentum mendacium Sine macula ſunt: ante thꝛonum dei. Gradale. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venātium. ℣. Laqueus cōtritus eſt et nos liberati ſumus. adiutoꝛiū noſtrū in nōie dñi. qui fecit celū et terrā. Laus tibi chꝛiſte. ℣. Te martyrum candidatus laudat exercitus domine. Si ſit dominica. Alleluya vꝰ. Te martyꝛum. ¶ Sequentia.

CElſa pueri concrepent melodia Eya innocentum colentes tripudia. Quos īfans chꝛiſtus hodie vexit ad aſtra. Quos trucidauit frendens inſania. Herodiāe fraudis ob nulla crimina In bethleem ipſius cuncta ⁊ per confinia. A bimatu et infra iuxta naſcendi tempoꝛa. Herodes rex chꝛiſti nati verens infelix imperia. Infremit totus et erigit arma ſuperba dextera. Querit lucis et celi regem cum mente turbida. Ut extinguat qui vitā pꝛeſtat ꝑ ſua iacula Dum non valet intueri lucem ſplendidam nebuloſa querentis pectoꝛa. Ira feruet fraudes auget herodes ſenus vt ꝑdat pioꝛum agmina. Caſtra militum dux iniquꝰ aggregat Ferrum figit ī membꝛa tenera. Inter vbera lac effudit. anteꝙ ſanguinis fierēt coagula. Hoſtis nature natos euiſcerat atqꝫ iugulat. Ante ꝓſternit ꝙ etas paruula ſumat roboꝛa. Quā beata ſūt innocentū ab herode ceſa coꝛpuſcula. Quan felices exiſtunt matres que ſuderunt talia pignoꝛa. O dulces inocētum acies. o pia lactāctiū ꝓ xp̄o certamina. Paruuloꝛum trucidantur milia. membꝛis ex teneris manāt lactis flumina. Ciues āgelici veniunt ī obuiā Mira victoꝛia vite captat pꝛemia turba cādidiſſima. Te chꝛiſte petimus mēte deuotiſſima. Noſtra qui veniſti refoꝛmare ſecula innocentū gloꝛia ꝑfrui nos concedas ꝑ eterna. Scdꝫ matheum. ij.

IN illo tempoꝛe. Angelus dñi apparuit in ſomnis ioſeph dicēs. Surge et accipe puerum ⁊ matrem eius. et fuge in egyptū et eſto ibi vſqꝫ dum dicam tibi. Futurum eſt eni: vt herodes querat puerum ad perdendū eum. Qui cōſurgēs / accepit puerum et matrem eiꝰ nocte et ſeceſſit ī egyptū: et erat ibi vſqꝫ ad obitū herodis. vt adimpleretur qđ dictū eſt a dño. ꝑ ꝓphetam dicentē. Ex egypto vocaui filium meū. Tūc herodes vidēs quoniā illuſus eſſet a magis: iratꝰ eſt valde Et mittēs occidit oēs pueros qui erant in bethleem ⁊ in omnibus finibus eiꝰ a bimatu et infra: ſecundum tēpus quod exquiſierat a magis. Tunc adimpletum eſt quod dictum eſt ꝑ hieremiam pꝛophetam dicentem. Vox in rama audita eſt ploꝛatus et vlulatus multus rachel ploꝛās filios ſuos. Et noluit conſolari: quia non ſunt. Credo. Offertoꝛiū. Aīa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venãtiū. laqueus cõtritꝰ eſt: ⁊ nos liberati ſumꝰ. Sec.

SAnctorū tuorū innocentium nobis dñe pia non deſit oratio: que et munera noſtra tibi cõciliet et tuā nobis īdulgētiā ſemꝑ obtineat. Per dñm. Prefatio. Quia per incarna. Cõmunicãtes. Cõio. Vox in rama audita eſt ploratus ⁊ vlulatꝰ rachel plorãs filios ſuos. noluit ꝯſolari qꝛ nõ ſunt. Poſtcõ.

VOtiua domine dona percepimus que ſanctorum tuorꝫ nobis precibꝰ et preſentis vite que ſumus pariter et eterne tribue conferre ſubſidium. Per dominum.

¶ ~~In natali ſancti thome marty~~ris. Officium. Letabitur iuſtus in domino. Oratio.

DEus pro cuius eccleſia glorioſus martyr et põtifex thomas gladijs impiorum occubuit. preſta qs: vt omnes qui eius implorant auxiliū. petitionis ſue ſalutarem conſequantur effectū. Per dominum. Epiſtola. Iuſtꝰ ſi morte. Grada. Poſuiſti. Alleluya. ℣. Gloria et honore coro. ¶ Sequentia.

SPe mercedis et corone ſtetit thomas in agone ad mortem obediens. Morte chriſtū imitatus fide firmus ſed firmatꝰ firmo greſſu gradiēs. Furit furor militaris vt vir ſacra ſortis aris immoletur hoſtia. Quos occidūt et ſcientes introducūt neſciētes ad eterna gaudia. Chriſti fortis hic athleta. qui ſubire mente leta mortem non abhorruit. Vt ſit ſalus infirmorū et medela languidorū. gratiam ꝓmeruit. Ceci ſurdi claudi muti ſunt ad vſum reſtituti diuina clementia. Non eſt morbus quē non curet dū morboſum non obduret tãta diligentia. Hoſtes chriſti xp̃o cedunt. ſigna ſignis dū ſuccedūt argumenta fidei. Ergo martyr īuocetur vt per eū nobis detur. ad ſuperna prouehi. Euangeliū. Ego ſum paſtor bonus. Quere in dominica ſecunda poſt paſcha. Credo. Offertoriū. Gloria et honore coro. Secreta.

MVneribus noſtris queſumꝰ domine precibuſqꝫ ſuſceptis ⁊ celeſtibus nos munda myſterijs: et intercedente beato thoma martyre tuo atqꝫ pontifice clemēter exaudi. Per do. Prefatio. Qui per incarnati. Cõmunicãtes. Cõmunio. Magna eſt gloria. Poſtcõmunio.

DA nobis qs dñe deus noſter: vt ſicut beati thome martyris tui atqꝫ pontificis cõmemoratione tēporali gratulamur officio ita perpetuo letemur aſpectu. Per do.

¶ Sexta die a natiui. domini miſſa capitularis non dicatur. Dñica infra octa. natiuitatis. Officium.

DVm mediū ſilētiū tenerēt oīa et nox in ſuo curſu mediū iter haberet oīpotens ſermo tuꝰ dñe de celis a regalibus ſedibus venit. Ps. Dñs regnauit decorem induit: īduit dñs fortitudinē et precinxit ſe virtute. repetatur offi. ante Gloria patri. ⁊ gradale poſt verſum. Oratio.

DEus qui ſalutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi premia preſtitiſti. tribue qs: vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus: per quā meruimus auctorē vite ſuſcipere dñz noſtrū ieſum xp̄m filiū tuum. Qui tecum viuit. ¶ Ad galathas. iiij.

FRatres. Quãto tempore heres paruulus eſt: nichil differt a ſeruo cū ſit dominus omniū. Sed ſub tutoribus ⁊ auctoribꝰ eſt vſqꝫ ad prefinitū tempus a patre. Ita et nos cum eſſemus paruuli: ſub elementis mundi eramus ſernientes. At vbi venit plenitudo tēporis: miſit de⁹ filium ſuum factū ex muliere factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt redimeret: vt adoptionē filiorū reciperemus. Quoniā aūt eſtis filij dei: miſit deus ſpiritū filij ſui in corda veſtra clamātem abba pater. Itaqꝫ iam non eſt ſeruus ſed filius. Quod ſi filius: ⁊ heres per deū. Gradale. Specioſ⁹ forma pre filijs hominū diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℣. Eructauit cor meū verbū bonū: dico ego opera mea regi lingua mea calamus ſcribe velociter ſcribētis. Alleluya ℣. Dominus regnauit decorem induit: induit dominus fortitudinē et precinxit ſe virtute. Sequentia.

Celeſte organū hodie ſonuit in terra. Ad partū virginis ſuperum cecinit caterua. Quid facis humana turba cur non gaudes cum ſupera. Vigilat paſtorū cura vox auditur angelica. Cantabant inclita carmina plena pace et gloria. Ad xp̄m referūt propria nobis canūt ex gratia. Nec cūctorū ſunt hec dona ſed mens quoꝝ erit bona Nō ſunt abſolute data: differēter ſunt prolata. Affect⁹ deſerat vicia: et ſic nobis pax eſt illa quia bonis eſt ꝓmiſſa. Iunguntur ſuperis terrea ob hoc qđ laus eſt iūcta: ſed decenter fit diuiſa. Gaude homo cū perpendis talia. Gaude caro facta verbi ſocia. Nūciant eius ortū ſydera. lucis per indicia. Ineunt duces gregū lumina vſqꝫ bethleē preuia. Inuenitur rex celoꝝ inter alalia. Arto iacet ī preſepe rex qui cingit oīa. Stella maris quē tu paris colit hec ecclia. Ip̄i noſtra ꝓ te pia placeāt ſeruitia. Reſonēt cūcta redēpta. In die ſcti ſiluestri. Sequētia. Organicis. vt ī chi. In circunciſione dñi ſequētia. Letabundus. vt in nati. dñi. In octa. ſanctorum ſtephani iohānis et innocētiū ſi in dñica contigerint dicatur ſequētia vt ſ̄ in eorum feſtis. In vigilia epyphanie ſi in dñica euene. ſequētia. Letabundus. vt ſ̄. In die epyphanie/dñica/et in octa. tota per cātetur ſequentia Ephlaz. ceteris vero diebus infra oct. quādo de ipſis fit ſeruitiū. per tres die particulariter diuiſa. videlicet primo die. Epyphaniam. vſqꝫ. Balaam. ſcđo die Balaā. vſqꝫ Magi. tercio die. Magi. vſqꝫ finē. ⁊ ſic alijs diebus infra oct. ¶ Secundum lucam. ij.

In illo tempore. Erat ioſeph et maria mater ieſu mirantes: ſuper his que dicebantur de illo. Et bñdixit illis ſymeon: ⁊ dixit ad mariam matrem eius. Ecce poſitus eſt hic ī ruinam et in reſurrectionem multorum ī iſrael: ⁊ in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius: vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat āna prophetiſſa filia phanuel. de tribu aſer: hec ꝓceſſerat in diebus multis et vixerat cum viro ſuo annis ſeptem a ꝟginitate ſua. Et hec vidua erat vſqꝫ ad annos octoginta quatuor: que non diſcedebat de templo. ieiunijs ⁊ orationib⁹ ſeruiēs deo. nocte ac die Et hec ip̄a hora ſuperueniens cōfitebatur domino: et loquebatur de illo omnibus qui expectabāt redemptionem iſrael. Et vt perfecerunt omnia ſecundū legem domini: reuerſi ſunt in galileam in ciuitatem ſuam nazareth. Puer autem creſcebat et confortabatur: plenus ſapientia Et gratia dei: erat in illo Credo. Offertoriū. Deus enim firmauit orbem terre q̄ nō cōmouebit: parata ſedes tua deus extūc a ſeculo tu es. Secreta.

Munerib⁹ noſtris q̄ſum⁹ dn̄e precib⁹ ꝗ ſuſceptis et celeſtib⁹ nos mūda miſterijs ꝑ itercedēte beata dei genitrice maria clemēter exaudi. Per eūdem dominū. Cōio. Tolle puerum et matrem ei⁹ et vade i terram iude defūcti ſūt ei q̄ q̄rebāt animam pueri. Poſtcōmunio.

Hec nos cōmunio dn̄e purget a crimine et itercedēte beata dei genitrice maria celeſtis remedij faciat eſſe cōſortes. Per eūdem.

¶ In circūciſiōe dn̄i. Offiū. Puer nat⁹. vt i die natiuitatis. Oratio.

Deus q̄ nobis nati ſaluatoris diem celebrare cōcedis octauū: fac nos q̄ſum⁹ eius ꝑpetua diuinitate muniri cui⁹ ſum⁹ carnali cōmercio reparati. Qui tecū viuit et re. Nulla memo. Epl'a. Apparuit gr̄a. Grad. Viderūt. Allā. ỽ. Dies ſanctificatus. vt ſupra. Sequentia. Letabundus. quere i natali domini. ¶ Secundū lucam. ij.

In illo tēpore. Poſtq̄ conſummati ſūt dies octo vt circūcideret puer: vocatū eſt nomē ei⁹ ieſ⁹. Quod vocatū eſt ab angelo: priuſq̄ i vtero cōciperet. Credo. Offertorium. Tui ſunt celi. Secreta.

Preſta q̄ſum⁹ dn̄e vt ꝑ hec munera q̄ domini noſtri ieſu xp̄i archane diuinitatis miſterio gerimus: purificate mentis intelligētia conſequamur. Per eūd. Prefatio Qr per icarnati. Cōmunicātes. Cōio Viderūt oēs. Poſtcōmunio

Preſta queſumus omp̄s de⁹: vt quod ſaluatoris noſtri iterata ſolemnitate percepimus: perpetue nobis ſaluationis conferat medicinam. Per eūdē. In oct. ſcti ſtephani. Ad miſſam. Offi. Etenī ſederūt. Oratio Da nobis queſum⁹. Epl'a. Grad: ⁊ cetera. vt s. Graduale non repetatur. Offertorium. Elegerūt apoſtoli ſtephanū leuitā plenū fide ⁊ ſpiritu ſctō quē lapidauerunt iudei orantem et dicentem dn̄e ieſu accipe ſpiritū meum. alleluya. In his octa. ſancti ſtephani et ſctōꝝ innocentiū. non dicit̃ prefatio niſi cōmunis. etiā ſi dn̄ica fuerit. Cōio. Video celos. Si dn̄ica ſit. Grad. poſt verſū repetat̃. Notandū q̄ i his trib⁹ oct. ad miſſā. Offi. ante Gloria patri. non repetat̃ nec grad. poſt v̄ſum nec dr̄ ſeq̄ntia. nec Credo. niſi in dn̄ica eedē octa. eue.

¶ In octa. ſcti iohannis apoſtoli. Officiū. In medio. Oro epl'a. Graduale. ⁊c. vt ſupra in die eo tn̄ modo quo ſupra in oct. ſcti ſtephani. ꝑter prefatio. erit. Et te dn̄e ſuppliciter exo. In octa. innocentiū. Officiū. Ex ore infantiū. Epl'a. Vidi ſupra. Grad. Ala noſtra. Allā. ỽ. Te martyrum. in fine miſſe. Ite miſſa eſt. ⁊c. ſicut in die.

¶ In vigilia epyphanie dn̄i. Officiū. Lux fulge. Si ſit dn̄ica Gloria in excelſis. Oro.

Corda noſtra queſum⁹ domine venture feſtiuitatis ſplēdor illuſtret: quo mundi huius tenebris carere valeamus: et perueniamus ad patriam claritatis eterne. Per do. Nulla fiet mem. Epl'a. Apparuit benignitas Grad. Benedict⁹ q̄ venit. Allā. ỽ. Dn̄s regnauit. ſi ſit dn̄ica. ſequētia Letabundus. vt s. ¶ Secundum matheum. ij.

In illo tempore. Defuncto herode: ecce angel⁹ domini apparuit in ſomnis ioſeph in egypto dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et vade in terram iſrael. Defuncti ſunt enim: qui querebant animā pueri. Qui conſurgens accepit puerū et matrē eius: et venit in terrā iſrael. Audiēs autē quod archelaus regnaret i iudea ꝓ herode patre ſuo: timuit illo ire.

Et āmonitus in ſomnis: ſeceſſit in partes galilee. Et veniens habitauit in ciuitate que vocatur nazareth vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetas: quoniam nazareꝰ vocabit. Si ſit dominica. Credo. Offertoriū. Deus enī fir. Secreta.

Tribue queſumus domine vtrum preſentibus imolemus ſacrificijs et ſumamus: quem venture ſolennitatis pia munera preloquuntur dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Prefatio communis, ſed ſi ſit dominica. Prefatio Quia per incarnati. Cōmunio. Tolle pue. Poſtcōmunio.

Illumina queſumus domine populum tuum: et ſplendore gratie tue cor eius ſemper accende vt ſaluatoris mundi ſtella famulāte manifeſtata natiuitas mentibꝰ eorum ſemper reueletur et creſcat. Per eundem dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per oīa ſecula.

¶ In die epyphanie. Officium.

Ecce aduenit domīator dominus et regnum in manu eius et poteſtas et imperium. Pſalmꝰ. Deus iudicium tuum regi da: et iuſticiam tuam filio regis. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitū tuum gentibus ſtella duce reuelaſti: cōcede propicius vt qui iā te ex fide cognouimus: vſqꝫ ad contemplandam ſpeciem tue celſitudinis perducamur. Per eundem do.

¶ Lectio yſaie prophete. lxvij.

Surge illuminare hieruſalem quia venit lumen tuū et gloria domini ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos Super te autem orietur dominus: et gloria eius in te videbitur. Et ambulabūt gentes in lumine tuo: et reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et vide: omnes iſti congregati ſunt venerunt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere ſurgent. Tunc videbis et afflues et mirabitur et dilatabitur cor tuū quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madiā et effa. Omnes de ſaba venient: aurum et thus deferentes: et laudem domino annunciantes. Gradale. Omnes de ſaba venient aurum et thus deferentes et laudem domino annunciantes. ℣. Surge et illuminare hieruſalem. quia gloria domini ſuper te orta eſt. Alleluya. ℣. Vidimus ſtellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. ¶ Sequentia.

Epiphaniā domino canamus glorioſam. Qua prolem dei veram magi adorant. Immenſam caldei cuius perſeqꝫ venerantur potentiā Quem cūcti prophete cecinere venturum gentes ad ſaluandas. Cuiꝰ maieſtas ita eſt inclinata: vt aſſumeret ſerui formā. Ante ſecula qui deus et tēpora homo factꝰ eſt i maria. ij. die. Balaā de quo vaticinās exibit ex iacob rutilans inquit ſtella. Et cōfringet ducum agmina regionis moab maxima potentia. Huic magi munera deferunt preclara. aurum ſimul thus et mirrā. Thure deū predicant: auro regem magnū hominem mortalem mirra In ſomnis hos monet angelus ne redeant ad regem commotum propter regna. Pauebat enim nimium regem natum verens amittere regni iura. iij. die. Magi ſibi ſtella micante preuia. Pergunt alacres itinera patriam que eos ducebant ad propriam līquētes herodis mādata. Qui percuſſus corde nimia pre ira. Extimplo mandat infantium agmina inquiri bethleem per confinia. & mox priuari eos vita. Plſ nunc caterua tinulum iungat laudibus organi neuma. Miſtice offerens regi regum chriſto munera precioſa. Poſcens vt per orbem regna omnia protegat in ſecula ſempiterna. ¶ In depoſitiõe ſancti edwardi regis & confeſſoris. Sequentia. Organicis. In tranſlatione ſcti willermi eborack. Sequētia. Plaudat chorus. require .ij. die infra octa. l alio feſto. Dominica prima poſt octauas epy. Sequentia. Celeſte organū. vt ſupra. ſexto die a natiuitate dñi. Dominica .ij. iij. & iiij. Sequentia. Letabundus. vt ſupra in die natiui. dñi. In dñicis vero poſt purificationē. vſq; ad ſeptuageſimam et dominica quinta poſt octauas epypha. dicitur. Sequentia. Vocs iubilantes magna. Regi. require l dominicis per eſtatem. A dominica. lxx. vſq; ad paſcha. nulla dicit̄ ſequentia ſiue fiat ſeruicium. de temporali. ſiue de feſtis ſctorū. ¶ Secundū matheū. ij.

Cum natus eſſet ieſus i bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente venerunt hieroſolimā dicentes. Ubi eſt qui natus eſt rex iudeorum? Vidimus enim ſtellam eius in oriente & venimus adorare eum. Audiēs autem herodes rex turbatꝰ eſt: et omnis hieroſolima cum illo. Et congregās oēs principes ſacerdotū et ſcribas populi: ſciſcitabat̄ ab eis vbi xp̄s naſceretur. At illi dixerūt ei. In bethleem iude. Sic enī ſcriptū eſt per prophetā. Et tu bethleē terra iuda: nequaꝙ minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populū meū iſrael. Tūc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tēpus ſtelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleē: dixit. Ite et interrogate diligēter de puero. Et cū inveneritis renūciate michi: vt et ego veniēs adorē eū. Qui cū audiſſent regē abierūt. Et ecce ſtella quā viderant in oriēte antecedebat eos: vſq; dū veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videntes autem ſtellam: gauiſi ſunt gaudio magno valde. Et intrantes domū: inuenerunt puerum cum maria matre eius Et procidentes: adorauerunt eum. Et apertis theſauris ſuis obtulerūt ei munera. Aurum/thus. et mirram. Et reſponſo accepto in ſomnis ne redirēt ad herodem. per aliam viā: reuerſi ſunt in regionem ſuā. Credo. Offertoriū. Reges tharſis & inſule munera offerent: reges arabū et ſabba dona adducent et adorabunt eū omnes reges terre omnes gentes ſeruient ei. Secreta.

Eccleſie tue queſumus domine dona propiciꝰ intuere: quibus iā non aurū thus et mirra profertur. ſed quod eiſdē muneribꝰ declaratur imolatur et ſumitur ieſꝰ chriſtus dominꝰ noſter. Qui tecū. Prefatio. Qui cū vnige. Quotidie dicitur per oct. et. Communicantes. Similiter etiam ſi de ſanctis dicit̄ ſiue de cōmemorationibus. Communio. Vidimus ſtellā eius in oriente & venimus cū muneribus adorare dominum. Poſtcommunio.

Preſta queſumus omnipotēs deus: vt quod ſolēni celebramus officio: purificate mentis intelligētia conſequamur Per dñm. ¶ Scti edwardi regis & confeſſoris. Officiū. Os iuſti medi. Oro.

Omnipotēs ſempiterne deus q̄ beatiſſimum regē edvvardū confeſſorem tuum eternitatis gloria et honore coronaſti: fac nos q̄ſumus ita eū venerari ī terris: vt cū eo regnare poſſim⁹ in celis. Per dn̄m. Mem̄. de epyphania. ⁊ de do. Ep̄la. Dilect⁹ a deo. Gr. Dn̄e preueniſti. Alla. ℣ Inueni dauid. Sequētia. Organicis. vt ī cōi. Euā. Nemo lucernā. Offr̄. Deſideriū aīe. Secre.

Sacrificiū p̄ſentis oblationem queſumus dn̄e beati regis edvvardi cōfeſſoris tui pia cōmēdet īterceſſio: vt ī cui⁹ veneratione ſuſcipiē: ipſo īteruenīēte: ad gaudia eterna ſuſcipi mereamur. Per dn̄m Coīo. Fidelis ſer. Poſtcōmunio.

Pign⁹ perpetue ſalutis ſumētes clementiā tuā om̄ps deus īploram⁹: vt btō rege edvvardo cōfeſſore tuo īteruenīēte. celeſtis vite p̄mia cōſequi mereamur. p d. Dn̄ica infra oct. epypha. Officiū. Ecce aduenit. ⁊c. vt ī die pret epy. et euāge. que ſequitur. Ad romanos. iij.

Fratres. Scimus quoniam quecūq; lex loquitur. his qui in lege ſunt loquitur: vt omne os obſtruatur et ſubditus fiat omnis mundus deo. Quia ex operibus legis: nō iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim: agnitio eſt peccati Nūc enim ſine lege iuſticia dei manifeſtata eſt: teſtificata lege et prophetis. Iuſticia autem dei per fidem ieſu chriſti in omnes et ſuper omnes qui credunt in eum. Non enim eſt diſtinctio iudei et greci. Omnes eī peccauerunt: ⁊ egent gratia dei. Iuſtificati gratis p gratiā ipſius: per redemptionem que eſt in chriſto ieſu Quem p̄poſuit de⁹ p̄piciationem per fidē in ſanguine ipſius: ad oſtēſionem iuſticie ſue. Propter remiſſionē precedentiū delictorū: ī ſuſtitationē fidei: ad oſtēſionē iuſticie ei⁹ ī hoc tp̄e. Vt ſit ip̄e iuſt⁹: ⁊ iuſtificans eū qui eſt ex fide: ieſu xp̄i dn̄i noſtri. ¶ Secundum matheū. iij.

In illo tp̄e. Venit ieſ⁹ a galilea ī iordanē ad iohānē: vt baptiſaretē ab eo. Iohānes aūt: prohibebat eū dicēs. Ego a te debeo baptiſari: ⁊ tu venis ad me? Rn̄dens aūt ieſ⁹: dixit ei Sine: mō Sic eī decet nos īplere omnē iuſticiā. Tunc dimiſit eū Baptizatus autē ieſus: cōfeſtim aſcendit de aqua. Et ecce aperti ſunt ei celi ⁊ vidit ſpm̄ dei deſcendentē ſicut columbā: et manētē ſup ſe. Et ecce vox de celo dicēs. Hic eſt filius me⁹ dilectus: in quo michi cōplacui. Credo. ⁊ cetera ſicut ī die. Infra oct. ad miſſā. Officiū. Ecce aduenit. p̄s De⁹ iudiciū Gloria patri. Ecce aduenit. Orō. Deus qui hodierna die. Epiſtola. Surge illuminare. Grad. Om̄s de ſaba. ℣⁹ Surge. Gradale poſt verſū nō repetatē. Alleluya. ℣ Vidim⁹. ⁊ cetera. ſicut ī die. ¶ In trāſlatione ſancti vvilli. archiepī eboracēſis. Officium. Statuit ei. Oratio.

Omnipotēs et miſericors deus qui glorioſi cōfeſſoris tui atq; pōtificis vvilli: corpus in p̄mo reconditum dignū ſublimatione mōſtraſti: concede nobis eius tranſlationē celebrātibus: ab hac valle miſerie ad celeſtia regna trāſferri Per. Memo. de epy. et de do. Ep̄la. Dedit dn̄s cō. Grada. Ecce ſacerdos. Alla. ℣ Inueni dauid. Sequētia. Plaudat chor⁹. vt ī alio fe. ij. die īfra oct. eiuſdē. Euā. Nolite timere puſillus grex. vſq; ad. cor noſtrum erit. Offr̄. Veritas mea. Secreta.

Munera dn̄e maieſtati tue oblata ī tranſlatione ſcti vvilli benign⁹ aſſume: ⁊ ad altarū noſtra eſt ſalutē proficere facias ſempiternam. Per. Prefatio, et Communicantes, ſicut i die epp. ſi īfra oct eiꝰ venit. Cōio. Beatꝰ ſer. Poſtcōio.

Queſumus domine deꝰ noſter vt hec ſacramenta que ſumpſimꝰ beati vuilli cōfeſſoris tui atq̧ pōtificis īterceſſione nos adiuuēt que i eiuſdē trāſlatione tue obtulimus maieſtati. Per dn̄. In oct. epp. Offm̄. Ecce aduenit dn̄ator. Oro.

Deus cuius vnigenitꝰ in ſubſtantia noſtre carnis apparuit: preſta queſumus: vt per eum quem ſimilem nobis foris agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecū. Memoria de dn̄ica et de confeſſoribus: hilario et remigio.

¶ Lectō yſaie prophē. xxii. ⁊ xxix.

Domine deus meus honorificabo te: laudē tribuam nomini tuo: qui facis mirabiles res. Conſilium tuum antiquū: verum fiat. Dn̄e excelſū eſt brachiū tuum: deus ſabaoth corona ſpei q̄ ornata eſt glīa. Exultet deſertū: ⁊ exultēt ſolitudines iordanis. Et ppl's meꝰ videbit altitudinē dn̄i: et maieſtatem dei. Et erit cōgregatus ⁊ redēptus per deū: et veniet i ſyon cum leticia: et leticia ſempiterna ſup caput eiꝰ laus ⁊ exultatio. Et aperiā in montibꝰ flumina: in medijs cāpis fōtes dirūpā: ⁊ terrā ſitientē ſine aqua confundā. Ecce puer meꝰ exaltabitur et eleuabitur: et ſublimis erit valde. Haurietis aquas i gaudio de fontibꝰ ſaluatoris: ⁊ dicetis in illa die: cōfitemini dn̄o/et inuocate nomen eius. Notas facite in populis adīuētiones eius: cātate dn̄o q͛ mirabilia fecit. Annunciate hoc: in vniuerſa terra. Gr. Omnes de ſaba. All'a. ꝟ. Vidimꝰ. Sequētia. Epiphaniā, vt ſupra, tota dicat. ¶ Scōm iohannem, p̄io.

In illo tempore. Vidit iohānes ieſum venientem ad ſe: ⁊ ait. Ecce agnꝰ dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hic eſt de quo dixi. Poſt me venit vir/qui ante me factꝰ eſt: q͛ prior me erat. Et ego neſciebā eū: ſed vt manifeſtaretur i iſrael: ꝓpterea veni ego in aqua baptiſās. Et teſtimoniū ꝑhibuit iohānes dicēs: q͛ vidi ſpiritū deſcēdētē ſicut colūbam de celo: et manſit ſup eū. Et ego neſciebā eū: ſed q̄ miſit me baptiſare i aqua ille michi dixit. Sup quē videris ſpiritū deſcendētem et manentem ſup eū: hic eſt q̄ baptiſat i ſpiritu ſācto. Et ego vidi/et teſtimoniū perhibui: q͛ hic eſt filius dei. Credo. Offer. Reges tharſis. ⁊c. Secreta.

Hoſtias tibi domine pro nati filij tui apparitione deferimus ſupplicitē exorātes: vt ſicut ipſe noſtrorū auctor eſt munerū: ita ipſe ſit miſericors ⁊ ſuſceptor dn̄s nr̄ ieſus xp̄s. Qui tecū. Prefatio. Qr cū vnigeni. Communicantes. Cōio. Vidimus ſtellā. Poſtcommunio.

Celeſti lumine q̄s dn̄e ſemp̄ hic et vbiq̧ nos p̄ueni: vt myſteriū cuiꝰ nos participes eſſe voluiſti et puro cernamꝰ intuitu: ⁊ digno percipiamꝰ effectu. Per dn̄m.

¶ Dn̄ica prima pꝰ oct. epp. Offm̄.

In excelſo throno vidi ſedere virum quem adorat multitudo angelorū pſallentes in vnū: ecce cuius īperij nomē eſt ēternū. ꝟ. Iubilate deo oīs t̄ra ſeruite dn̄o i leticia. Or.

Vota q̄s dn̄e ſupplicantis populi celeſti pietate proſeq̄re: vt et q̄ agēda ſūt videant: et adimplenda que viderit conualeſcant. Per dominū. ¶ Ad romanos. xij.

Fratres. Obſecro vos ꝑ miſericordiā dei: vt exhibeatis cor poꝛa vr̄a deo hoſtiā viuentē ſctām deo placentē: rationabile obſequiū vr̄m. Et nolite ꝯformari huic ſclo ſed reformamini ī nouitate ſenſus vr̄i: vt ꝓbetis q̄ ſit volūtas dei bōa et bn̄placens et ꝑfecta. Dico enī ꝑ grām q̄ data eſt michi oīb⁹ q̄ ſūt inter nos: nō pl⁹ ſape q̄ȝ oportet ſapere. Sȝ ſape ad ſobrietatē. Et vnicuiq; ſicut de⁹ diuiſit mēſurā fidei Sicut enī ī vno corꝑe multa mēbra hēm⁹: oīa aūt mēbra nō eūdē actū habēt: ita multi vnū corp⁹ ſum⁹ in xp̄o. Singuli aūt alter alteri⁹ membra. In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. Grada. Benedict⁹ dn̄s deus iſrael: q̄ facis mirabilia magna ſol⁹ a ſclo. ℣. Suſcipiāt mōtes pacē pplo tuo et colles iuſticiā. Alla. ℣⁹. Jubilate deo omnis terra ſeruite dn̄o in leticia. Sequētia. Celeſte organū ꝛc. Seq̄ntia. Letabūd⁹. dr̄ altnati ī dn̄icis vſq; ad purificationē ꝛc. vt ī miſſa ī gallicātu et aurora. Scd̄m lucā. ij.

Cum fact⁹ eſſet ieſus annorū duodecim: aſcēdētibus illis hieroſolimā ſcd̄m ꝯſuetudinē diei feſti: ꝯſūmatiſq; dieb⁹ cū redirēt: remāſit puer ieſ⁹ in hierlm: ꝛ nō cognouerūt parētes ei⁹. Exiſtimātes aūt illū eſſe in comitatu: venerunt iter diei: et requirebant eū inter cognatos et notos. Et nō iueniētes: regreſſi ſunt in hieruſalē requirentes eum Et factū eſt poſt triduum: inuenerunt illū in templo ſedentē in medio doctorū audientē illos: ꝛ interrogātem. Stupebant autem oēs qui eū audiebant: ſuper prudētia et reſponſis eius. Et videntes: admirati ſunt. Et dixit mater eius ad illū. Fili q̄d feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus et ego: dolētes q̄rebam⁹ te. Et ait ad illos. Quid eſt q̄ me q̄rebatis? Neſciebatis q2 ī his q̄ patris mei ſunt oportet me eſſe? Et ipſi nō itellexerūt vbū: q̄d locutus eſt ad illos Et deſcēdit cū eis ꝛ venit nazareth: ꝛ erat ſubdit⁹ illis Et mat̄ ei⁹ ꝯſeruabat oīa hec verba cōferēs ī corde ſuo. Et ieſus ꝓficiebat ſapiētia etate et grā: apud deū ꝛ hoīes. Credo. Offer. Jubilate deo omīs terra iubilate deo omnis terra ſeruite dn̄o in leticia: intrate in cōſpectu eius in exultatione q2 dn̄s ipſe eſt deus. Secreta.

Oblatū tibi dn̄e ſacrificiū viuificet nos ſemꝑ ꝛ muniat Per dn̄m. Prefatio. Nr̄ ꝑ icarnati Cōio. Fili q̄d feciſti nobis ſic: ego et pr̄ tu⁹ dolētes querebam⁹ te: et q̄d eſt q̄ me q̄rebatis neſciebatis q2 ī his q̄ pr̄is mei ſunt oportet me eſſe Poſtcōio.

Supplices te rogam⁹ oīps de⁹ vt quos tuis reficis ſacramētis: tibi etiam placitis moribus dignāter deſeruire cōcedas. Per dominū. ¶ Fe. iiij. ad thimotheū. ij.

Cariſſime Obſecro primū oīȝ fieri obſecratiōes orationes poſtulatiōes grārū actiones: ꝑ oībus hoīb⁹. Pro regib⁹ et oīb⁹ q̄ in ſublimitate ſūt vt q̄etā ꝛ trāq̄llā vitā agam⁹ in oī pietate et caſtitate. Hoc eſt eī bonū ꝛ acceptū: corā deo ſaluatore nr̄o. Qui vult oēs hoīes ſaluos fieri: ꝛ ad agnitionē veritatis venire. Vn⁹ eī eſt de⁹: vn⁹ ꝛ mediator dei et hoīm: hō chriſt⁹ ieſus Qui dedit ſemetipm̄ redemptionē ꝓ nobis: teſtimoniū tēporib⁹ ſuis: in quo poſit⁹ ſum ego predicator ꝛ apoſtol⁹ Veritatē dico nō mētior: doctor gentium: in fide ꝛ veritate.

¶ Secundum matheum. xxi.

In illo tēpore. Dixit ieſ⁹ turbis iudeorum. Homo quidā habebat duos filios: et accedēs ad primū: dixit. Fili: vade operare ī vineam meā. Ille autē reſpondēs: ait. Nolo. Poſtea autē penitētia motus abijt. Accedens aũt ad alterum: dixit ſimiliter. At ille reſpondens ait. Eo domine Et non iuit. Quis ex eis voluntatẽ patris fecit? Dicunt. Primus. Dicit eis ieſus. Amen dico vobis: quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei Venit ad vos iohannes in via iuſticie: ꝛ nõ crediditis ei. Publicani aũt ꝛ meretrices crediderũt ei. Vos aũt videntes ꝛ audientes: nec penitentiã habuiſtis poſt ut crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Feria ſexta. Lectio epiſtole beati petri apoſtoli ſecũdo. ij.

Cariſſimi. Non enĩ cõmenticias fabulas ſecuti notã fecimus dñi nr̃i ieſu xp̃i virtutẽ ꝛ preſcientiã: ſed ſpeculatores facti illiꝰ magnitudinis. Accepit enim a deo patre honorẽ et gloriã: voce lapſa ad eũ huiuſcemodi a magnifica glĩa. Hic eſt filius meꝰ dilectꝰ ĩ quo michi cõplacui. Et hãc vocẽ nos audiuimꝰ de celo allatã: cũ eſſemꝰ cũ eo ĩ mõte ſctõ. Et habemꝰ firmiorẽ ꝓpheticũ ſermonẽ: cui bñfacitis attendentes quaſi lucerne lucẽti in caliginoſo loco: donec dies illuceſcat: et lucifer oriatur ĩ cordibꝰ veſtris. Hoc primũ intelligẽtes: ꝙ omnis ꝓphetia vel ſcriptura ꝓpria interpretatione nõ fit. Nõ enĩ voluntate humana allata eſt aliquãdo ꝓphetia: ſed ſpũ ſancto locuti ſunt: ſancti dei homines. ¶ Scdm lucã. iiij.

In illo tẽpore. Cum audiſſet ieſus quod iohãnes traditus eſſet: receſſit ĩ galileam. Et relicta ciuitate nazareth: venit ꝛ habitauit in capharnaum maritima in finibus zabulõ et neptalim. Et cepit ieſus predicare ꝛ dicere. Penitentiã agite: appropinquabit enim regnũ celorũ. ¶ Dominica ſecunda poſt octauas epyphanie. Officium.

Omnis terra adoret te deꝰ ꝛ pſallat tibi pſalmum dicat nomini tuo altiſſime. Ps. Iubilate deo omnis terra pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius. Oratio.

Omnipotẽs ſempiterne deꝰ qui celeſtia ſimul et terrena moderaris: ſupplicatiões ppl'i tui clemẽter exaudi: ꝛ pacẽ tuã nr̃is cõcede tẽporibus. Per dñ. ¶ Ad romanos. xij.

Fratres. Habentes donationes: ſcdm gratiã que data eſt nobis differẽtes. Siue ꝓphetiã ſecũdũ rationẽ fidei: ſiue miniſteriũ in miniſtrãdo: ſiue q̃ docet ĩ doctrina. Qui exhortatur in exhortatione: qui tribuit ĩ ſimplicitate. Qui preeſt ĩ ſollicitudine: qui miſeretur ĩ hilaritate Dilectio: ſine ſimulatione. Odiẽtes malũ: adherẽtes bono Caritatẽ fraternitatis: inuicẽ diligẽtes. Honore inuicẽ preuenientes ſollicitudine nõ pigri. Spiritu feruentes: dño ſeruiẽtes. Spe gaudẽtes: in tribulatione patiẽtes. Orationi inſtãtes: neceſſitatibꝰ ſanctorum cõmunicãtes. Hoſpitalitatẽ ſectantes. Benedicite perſequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudẽtibus flere cum flentibus. Idipſum inuicẽ ſentientes. Non alta ſapientes: ſed humilibꝰ cõſentientes. Grad.

Miſit dñs verbũ ſuum et ſanauit eos: et eripuit eos de interitu eorũ. Vꝰ. Confiteãtur domino mĩe eius: et mirabilia eius filijs hominum. Alleluya. V. Laudate deũ oẽs angeli eius: laudate eũ omnes virtutes eius. ¶ Secundum iohannem. ij.

In illo tp̃e Nuptie facte ſunt ĩ chana galilee: et erat mater ieſu ibi. Vocatus eſt aũt ieſus ꝛ diſcipuli eiꝰ: ad nuptias Et deficiẽte vino: dicit mater ieſu ad eũ. Vinũ non habent. Et dicit ei ieſꝰ. Quid michi et tibi mulier? Nōdū venit hoꝛa mea. Dicit mater eius miſtrꝫ Quodcunqꝫ dixerit vobis facite. Erant autē ibi lapidee ydꝛie ſex poſite: ſecūdū purificationem iudeorum: capientes ſigule metretas binas vel tnas. Dicit eis ieſꝰ Implete ydꝛias aqua Et impleuerūt eas vſqꝫ ad ſummum. Et dicit eis ieſꝰ. Haurite nūc: ⁊ ferte architriclino Et tulerunt. Ut autem guſtauit architriclinus aquā factū vinum et nō ſciebat vnde eſſet miniſtri autē ſciebant qui hauſerāt aquā: vocat ſponſum architriclinus ⁊ dicit ei. Oīs homo pꝛimū bonū vinum ponit: ⁊ cū inebꝛiati fuerit: tūc id qđ deteriꝰ eſt. Tu autē ſeruaſti bonū vinū vſqꝫ adhuc. Hoc fecit initiū ſignoꝝ ieſꝰ in chana galilee: ⁊ manifeſtauit glīā ſuā. Et crediderunt in eū diſcipuli eius. Offer. Iubilate deo vniuerſa terra: iubilate deo vniuerſa terra pſalmum dicite noī eius venite et audite ⁊ narrabo vobis oēs qui timetis deum: quanta fecit dñs anime mee. alľ. Secreta.

Oblata dñe munera ſanctifica noſqꝫ a peccatoꝛum noſtroꝛū maculis emūda. Per do. Prefatio. Qꝛ per incar. Cōio. Dicit dñs implete ydꝛias aqua: et ferte architriclino. Dū guſtaſſet architriclinus aquā vinum factum: dicit ſponſo: ſeruaſti vinū bonum vſqꝫ adhuc: hoc ſignum fecit ieſus pꝛimum corā diſcipulis ſuis. Poſtcōmunio.

Augeatur in nobꝫ dñe queſumus tue virtutis operatio: vt dignis vegetati ſacramentis: ad eoꝛū pꝛomiſſa capienda: tuo munere pꝛeparemur. Per dominum.

¶ Feria quarta. Ad collocēſes. iiij

Fratres. Audiſtis: diſpenſationē dei q̄ data eſt michi in vobis: vt impleam verbū dei. Myſteriū quod abſconditū fuit a ſeculis: ⁊ generationibꝰ. Nūc autē manifeſtatū eſt ſāctis eius quibꝰ dñs voluit notas facere diuitias glīe ſacramēti huiꝰ ī gētibus: quod eſt xp̄s in vobis ſpes glīe: quē nos annūciamꝰ. Coꝛripiētes oēm hoiem et docentes oēm hoiem in oī ſapiētia: vt exhibeamus oēm hoiem perfectū. In chꝛiſto ieſu: dño noſtro.

¶ Secundum matheum. iiij

In illo tēpoꝛe. Circuibat ieſꝰ totā galileam docēs in ſynagoga eoꝝ: ⁊ pꝛedicans euāgeliū regni: ⁊ ſanans omnem languoꝛē et omnē infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius ī totā ſyriam. Et obtulerūt ei omnes male habētes varijs languoꝛibus et toꝛmētis cōpꝛehenſos et qui demonia habebāt et lunaticos ⁊ paraliticos et curauit eos. Et ſecute ſūt eū turbe multe. ¶ Feria ſexta. Ad thimotheū. i

Cariſſime. Fidelis ſermo ⁊ oī acceptione dignꝰ qꝛ xp̄s ieſꝰ venit in hūc mundū peccatoꝛes ſaluos facere: quoꝛū pꝛimꝰ ego ſum. Sed ideo miām conſecutꝰ ſū: vt in me pꝛimū oſtēderet xp̄s ieſus oēm patientiā ad infoꝛmationē eoꝛum q̄ credituri ſūt illi ī vitam eternā. Regi autē ſeculoꝛū immoꝛtali inuiſibili ſoli deo honoꝛ et glīa. in ſecula ſeculoꝝ amē. ¶ Scdm lucā. iiij.

In illo tempoꝛe. Deſcēdit ieſus in capharnaū ciuitatem galilee: ibiqꝫ docebat illos ſabbatꝭ Et ſtupebāt in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et ī ſynagoga erat homo habēs demonium immundum: et exclamauit voce magna dicēs. Sine: quid nobis ⁊ tibi ieſu nazarene? Veniſti pdere nos? Scio te quia ſis ſāctꝰ dei Et increpauit illū ieſus dicēs Obc muteſce: ⁊ exi ab illo. Et cū ꝓieciſſet illud demoniū in medium: exijt ab illo nichilq; eum nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus: et colloquebātur adinuicē dicētes. Quid eſt hoc verbum quia ī poteſtate et virtute imperat īmūdis ſpiritibꝰ et exeūt? Et diuulgabatur fama de illo: ī oēm locū regiōis.

¶ Dñica tercia poſt oct. epyphanie. Officiū.

Adorate deum omēs angeli eiꝰ. audiuit et letata eſt ſyō: et exultauerunt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra: letentur inſule multe. Or.

Omīps ſēpiterne deꝰ īfirmitatē noſtrā ꝓpiciꝰ reſpice: atq; ad protegēdū nos dexterā tue maieſtatis extēde. Per dñ. Ad romanū. xij.

Fratres Nolite eſſe prudētes apud voſmetipſos: nulli malū ꝓ malo reddētes Prouidētes bona nō tātū corā deo: ſed etiā corā oībꝰ hoībꝰ. Si fieri pōt qđ ex vobis eſt: cū oībꝰ hoībꝰ pacē habētes. Non voſmetipſos defendētes cariſſimi: ſed date locū ire. Scriptū eſt enim. Michi vīdictā: ⁊ ego retribuā: dicit dñs. Sed ſi eſurierit īimicꝰ tuꝰ: ciba illū Si ſitit potum da illi Hec ei faciēs: carbones ignꝭ ꝯgeres ſup caput eius. Noli vinci a malo: ſed vince ī bono malū. Gr. Timebūt gētes nomē tuū dñe ⁊ oēs reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus ſyon: et videbitur ī maieſtate ſua. Alleluya. ℣. Dñs regnauit exultet tra: letēt̄ iſule multe.

¶ Secundum matheū. octauo.

In illo tempore. Cum deſcendiſſet ieſꝰ de mōte ſecute ſunt eū turbe multe. Et ecce leproſꝰ veniēs adorabat eū dicēs. Dñe: ſi vis potes me mundare. Et extendēs ieſus manū: tetigit eū dicens. Volo. Mūdare. Et ꝯfeſtim mūdata eſt lepra eius. Et ait illi ieſꝰ Vide nemini dixeris: ſed vade oſtēde te ſacerdoti: et offer munꝰ qđ p̄cepit moyſes ī teſtimoniū illis. Cū autē īntroiſſet capharnaū: acceſſit ad eū cēturio rogās eū et dicēs. Dñe puer meus iacet in domo paraliticꝰ et male torqtur. Et ait illi ieſus. Ego veniam: et curabo eū. Et reſpōdēs cēturio: ait. Dñe: nō ſum dignus vt intres ſub tectū meū: ſed tantū dic v̄bo: et ſanabitur puer meus. Nā et ego homo ſū ſub poteſtate cōſtitutꝰ: habēs ſub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit. Et alio veni: et venit. Et ſeruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiens autē ieſꝰ miratꝰ eſt: ⁊ ſequētibus ſe dixit. Amen dico vobis: non inueni tantā fidē ī iſrael. Dico autē vobis: qđ multi ab oriēte et occidēte veniēt et recūbēt cū abrahā ⁊ yſaac ⁊ iacob ī regno celorum. Filij autē regni eijciētur ī tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ: et ſtridor dētium. Et dixit ieſꝰ centurioni. Vade/ ⁊ ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanatꝰ eſt puer: ī illa hora. Offr. Dextera dñi fecit v̄tutē dextera dñi exaltauit me: non moriar ſed viuā et narrabo opa dñi. Secre.

Hec hoſtia dñe queſumꝰ emūdet noſtra delicta: et ad ſacrificium celebrādum ſubditorū tibi corpora/ menteſq; ſctificet. Per dñm noſtrum. Prefatio. Quia per īcarnati. Cōio. Mirabātur oēs de his q̄ ꝓcedebāt de ore dei. Poſtcō.

Quos tantis domine largiris vti miſterijs: queſumus vt effectibus nos eorū veraciter aptare digneris. Per dñm noſtrum.

¶ Feria quarta. Ad hebreos. iij.

Fratres: Cōſiderate apoſtolum et pontificem confeſſionis noſtre ieſum: q̄ fidelis eſt ei q̄ fecit illum: ſicut et moyſes ī oī domo illius. Amplioris eñ glorie iſte pre moyſe dignus habitus eſt: quãto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanqꝫ domus fabricata eſt ab aliquo. Qui autem omnia creauit: deus eſt. Et moyſes quidem fidelis erat in tota domo eiꝰ: tanꝙ famulus in teſtimonium eorum: que dicenda erant. Chriſtus vero tanꝙ filius in domo ſua: que domus ſumus nos: ſi fiduciam et gloriã ſpei vſqꝫ in finem: firmam teneamus.

¶ Secundum marcum. tercio.

IN illo tẽpore. Exeuntes phariſei cum herodianis cõſiliũ faciebant aduerſus ieſum: quomodo eũ perderent. Ieſꝰ autẽ cũ diſcipulis ſuis: ſeceſſit ad mare. Et multa turba a galilea & iudea ſecuta eſt eũ: et ab hieroſolimis & ab ydumea et trãs iordanem. Et q̃ circa tyrũ & ſydonẽ multitudo magna audientes q̃ faciebat: venerũt ad eũ. Et dixit diſcipulis ſuis: vt i nauicula ſibi deſeruirent: propter turbã ne cõprimerent eũ. Multos enim ſanabat: ita vt irruerẽt in eum vt illum tangerent. Quotquot autem habebãt plagas et ſpũs imũdos: cũ illũ videbant ꝓcidebãt ei/ et clamabãt dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer cõminabat̃ eis: ne manifeſtarẽt illũ. Et aſcẽdẽs i mõtẽ vocauit ad ſe quos voluit ipſe & venerũt ad eum. Et fecit vt eſſent duodeci cũ illo: et vt mitteret eos ꝑdicare. Et dedit illis poteſtatẽ curãdi infirmitates & eyciẽdi demonia.

¶ Fer. vi. Lectio ep̃le b̃ti iohãnis apl̃i. ij.

CArissimi. Qui dicit ſe in luce eſſe: & fratrẽ ſuũ odit in tenebris eſt vſqꝫ adhuc. Qui diligit fratrẽ ſuũ in lumine manet: & ſcãdalũ in eo nõ eſt. Qui autẽ odit fratrem ſuũ i tenebris ẽ & i tenebris ãbulat et neſcit quo eat qm̃ tenebre obcecauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli: qm̃ remittũtur vobis pctã: ꝓpter nomẽ eiꝰ. Scribo vobis patres qꝛ cognouiſtis eũ q̃ ab ĩitio eſt. Scribo vobꝫ adoleſcẽtes qꝛ fortes eſtis: & verbũ dei in vobꝫ manet et viciſtis malignũ.

Scd̃m lucam. v.

IN illo tp̃e. Cum eſſet ieſus i vna ciuitatũ: ecce vir plenꝰ lepra vidẽs eũ & procidẽs i faciẽ: rogauit eum dicẽs. Dñe: ſi vis potes me mundare. Extẽdẽs manũ: tetigit eũ dicẽs. Volo. Mũdare. Et cõfeſtim lepra diſceſſit ab eo. Et ipſe p̃cepit illi vt nemini diceret: ſed vade oſtẽde te ſacerdoti: & offer munꝰ ꝓ emũdatione tua: ſicut p̃cepit moyſes i teſtimoniũ illꝫ. Perãbulabat aũt magis ſermo de illo: & cõueniebant turbe multe vt audirent eum & curarẽtur ab infirmitatibꝰ ſuis.

¶ Dñica. iiij. poſt oct. epyphanie.

Officium Adorate deum. Oratio.

DEus qui nos in tãtis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate nõ poſſe ſubſiſtere: da nobis ſalutem mentis et corporis: vt ea que pro peccatis noſtris patimur: te adiuuante vincamus. Per dñm nr̃m.

Ad romanos. xiij.

FRatres. Nemini quicꝙ debeatis: niſi vt inuicẽ diligatis. Qui enĩ diligit ꝓximũ: legẽ impleuit. Nã nõ adulterabis nõ occides/ nõ furaberꝫ/ nõ falſũ teſtimoniũ dices/ nõ concupiſces rẽ ꝓximi tui: & ſi quod eſt aliud mandatũ in hoc verbo inſtauratur: diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergo legis: eſt dilectio. Gr̃. Timebunt gentes. Alla. vꝰ. Dñs regnauit.

¶ Secũdũ matheũ. viij

IN illo tp̃e. Aſcẽdẽte ieſu i nauiculã: ſecuti ſũt eũ diſcipuli eius. Et ecce motꝰ magnꝰ factꝰ eſt ĩ mari: ita vt nauicula operiretur fluctibꝰ. Erat autẽ illis ventꝰ ꝯtrariꝰ. Ille v̄o dormiebat. Et acceſſerunt: et ſuſcitauerũt eum dicentes Dñe: ſalua nos: perimus. Et dicit eis. Quid timidi eſtis modice fidei Tunc ſurgẽs imperauit ventis et mari: ⁊ facta eſt tranquillitas magna. Porro hoĩes mirati ſũt: dicẽtes. Quis eſt hic? Qr vẽti et mare: obediũt ei. Offer. Dextra dñi. Secr.

Concede q̃s op̄s deus: vt huius ſacrificij munus oblatũ fragilitatẽ noſtram ab omni malo purget ſemper ⁊ muniat. Per dñm Prefatio. Quia per incarnati. Cõmunio. Mirabant. Poſtcõmunio.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant: et celeſtibꝰ nos ſemꝑ inſtruãt alimentis. Per dominum noſtrũ.

¶ Feria quarta. Ad romanos. v.

Fratres. Sicut per vnum hominẽ in hũc mundũ peccatũ intrauit et ꝑ pctm̃ mors: ita in oẽs hoĩes mors pertrãſijt ĩ quo oẽs peccauerũt. Vſqꝫ ad legẽ enĩ: peccatũ erat in mũdo. Peccatum autẽ non ĩputabatur: cũ lex non eſſet Sed regnauit mors ab adam vſqꝫ ad moyſem etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinẽ preuaricationis ade: qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum: ita ⁊ donũ. Si enĩ vniꝰ delicto multi mortui ſunt multomagis gr̃a dei et donum vnius hoĩs ieſu chriſti in plures abundauit. Et nõ ſicut per vnũ peccatũ ita ⁊ donũ. Si enim vnius delicto in cõdemnationem: gratia autẽ ex multis delictis in iuſtificationem.

¶ Secundum marcum. ſexto.

In illo tẽpore. Egreſſꝰ ieſus venit in patriã ſuam: ⁊ ſequebãtur eũ diſcipuli eiꝰ. Et cepit ſabbato in ſynagoga docere: et multi audiẽtes admirabãtur ĩ doctrina eiꝰ: dicẽtes. Unde huic hec oĩa? Et q̃ eſt ſapiẽtia q̃ data eſt illi: et tales virtutes que per manus eius efficiuntur Nõne hic eſt fabri filiꝰ ⁊ marie frater iacobi ⁊ ioſeph ⁊ iude ⁊ ſymonis? Nõne et ſorores eiꝰ hic nobiſcũ ſunt? Et ſcãdalizabãtur in illo. Et dicebat illis ieſus. Qr nõ eſt ꝓpheta ſine honore: niſi in patria ſua: ⁊ in cognatione ſua ⁊ in domo ſua. Et nõ poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos ĩfirmos impoſitis manibus curauit. Et mirabatur: ꝓpter incredulitatẽ illorũ.

¶ Feria. vi. Ad thimotheum. vi.

Cariſſime. Noli erubeſcere teſtimoniũ dñi nr̃i neqꝫ me vinctũ eius: ſed collabora euãgelio ſecũdũ virtutẽ dei: q̃ nos liberauit ⁊ vocauit vocatione ſancta. Non ſecundũ opera noſtra: ſed ſcd̃m ꝓpoſitũ ſuũ ⁊ gratiã: q̃ data eſt nobis ĩ xp̃o ieſu: ante tp̃a ſecularia. Manifeſtata eſt autẽ nũc: per illuminationem ſaluatoris noſtri ieſu chriſti Qui deſtruxit quidem mortem: illuminauit autem vitã ⁊ incorruptionem: per euangeliũ in quo poſitus ſum ego p̃dicator ⁊ apoſtolꝰ et magiſter gentiũ. Ob quã cauſam etiã hec patior: ſed nõ confundor. Scio enĩ cui credidi: et certꝰ ſũ qr potẽs eſt depoſitũ meũ ſeruare in illũ diẽ Formam habens ſanorum verborũ: que a me audiſti: in fide et dilectiõe. ¶ Secundum lucam. nono.

In illo tp̃e. Dixit q̃dã ad ieſũ Sequar te: quocũqꝫ ieris. Et ait illi ieſꝰ Uulpes foueas habẽt ⁊ volucres celi nidos: filiꝰ autẽ hoĩs nõ hꝫ vbi caput ſuũ reclinet. Ait autẽ ad alterũ. Seq̃re me. Ille autẽ dixit Dñe ꝑmitte me p̃mũ ire et ſepelire patrẽ meũ. Dixitqꝫ ei ieſꝰ. Sine vt.

mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu aūt vade: et ānūcia regnū dei. Et ait alt̄. Sequar te dñe: ſed primū ꝑmitte michi renūciare his qui in domo ſunt. Et ait ad illum ieſus. Nemo mittens manum ſuā in aratrum et reſpiciēs retro: apt⁹ eſt regno dei. ¶ Dñica. v. poſt octa. epyphanie. Offm. Adorate dñm. Or.

FAmiliam tuā queſumus dñe continua pietate cuſtodi: vt que ī ſola ſpe gratie celeſtis initit̄ tua ſemper protectione muniatur. Per dñm. ¶ Ad coloſenſes. tercio.

FRatres: Induite vos ſicut electi ſancti ⁊ dilecti viſcera mīe: benignitatē: humilitatē: modeſtiā: patiētiā: ſupportātes īuicē et donātes vobiſmetipſis. ſi q̄s aduerſ⁹ aliquem habet q̄relā: ſicut ⁊ dñs donauit vobꝫ: ita ⁊ vos. Sup̄ oīa aūt hec caritatē habētes: qđ eſt vinculū ꝑfectionis. Et pax xp̄i exultet ī cordib⁹ veſtris: ī qua ⁊ vocati eſtꝫ ī vno corpore. Et grati eſtote. Verbū xp̄i habitet ī vobis abūdanter: ī oī ſapiētia docētes et ꝯmonētes voſmetipſos: in pſalmis hymnis et cāticis ſpūalib⁹ in grā: cātātes in cordib⁹ vr̄is dño. Oē qđcunꝙ facitis ī verbo aut ī opere: oīa in noīe dñi ieſu facite. Grās agentes deo et p̄ri: per ieſū xp̄m: dñm nr̄m. Gr. Timebūt gētes. Allā. V. Dñs regnauit exultet t̄ra. ¶ S. lucā. iiij

IN illo tp̄e. Regreſſ⁹ eſt ieſus in virtute ſpūs ī galileā et fama exijt ꝑ vniuerſā regionē de illo. Et ipſe docebat ī ſynagogis eoꝝ et magnificabat̄ ab oībus. Et venit nazareth vbi erat nutrit⁹ ⁊ ītrauit ſcđm cōſuetudinē ſuā die ſabbati: ī ſynagogā. Et ſurrexit legere et tradit⁹ eſt ei liber yſaie ꝓphete. Et vt reuoluit librū: īuenit locū vbi ſcriptum erat. Spūs dñi ſuper me: eo ꝙ vnxerit me: euangelizare pauperib⁹ miſit me. Predicare captiuis remiſſionē ⁊ cecis viſū: dimittere cōfractos in requiē ⁊ p̄dicare ānū dñi acceptū et diē retributiōis. Et cū plicuiſſet librū reddidit miniſtro et ſedit. Et oīm ī ſynagoga oculi: ītendētes erāt ī eū. Cepit aūt dicere ad illos: q2 hodie īpleta eſt hec ſcriptura in auribus vr̄is. Et oēs teſtimoniū illi dabant: et mirabātur ī verbis gratie: q̄ procedebāt de ore ipſius. Offer. Dextera dñi. Secre.

HOſtias tibi dñe placationis offerimus: vt et delicta nr̄a miſerat⁹ abſoluas ⁊ nutātia corda tu dirigas. Per. Prefatio. Qr ꝑ incarna. Cōio. Mirabāt̄. Poſtcōio.

QUeſumus oīps deus vt illius ſalutaris capiamus effectū: cui⁹ per hec miſteria pign⁹ accepimus. Per d. ¶ Fer. iiij ⁊. vi: ep̄le et euā. vt ſ. ī dñi ¶ Dñica. ī. lxx. Offm.

CIrcundederunt me gemitus mortis dolores inferni circundederunt me ⁊ in tribulatione mea īuocaui dñm: ⁊ exaudiuit de templo ſancto ſuo vocē meam. Ps. Diligā te dñe fortitudo mea dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū ⁊ liberator me⁹. Or.

PReces populi tui q̄s dñe clementer exaudi: vt q̄ iuſte pro peccatꝫ nr̄is affligimur: pro tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per do. ¶ Ad corinthios. ix.

FRatres: Neſcitis ꝙ hi qui ī ſtadio currunt oēs q̄dē currunt. ſed vn⁹ accipit brauiū? Sic currite: vt cōprehēdatꝫ. Oīs eni q̄ ī agone ꝯtēdit: ab oīb⁹ ſe abſtinet. Et illi q̄dē vt corruptibilē coronā accipiāt: nos autē īcorruptā. Ego igit̄ ſic curro nō quaſi in īcertum. Sic pugno: nō quaſi aerem verberās. Sꝫ caſtigo corp⁹ meū et ī ſeruit tutē redigo: ne forte cū alijs ꝑdicauerī ipse reprobꝰ efficiar. Nolo eī vos ignorare fratres: qm̄ patres nr̄i oēs sub nube fuerunt / et oēs mare trāsierūt et oēs ī moyse: baptizati sūt ī nube ⁊ ī mari Et oēs eādē escā spūalē mādeucauerūt: et oēs eundē potū spūalē biberūt. Bibebāt autē oēs de spūali consequēti eos petra. Petra aūt: erat xp̄s. Gr. Adiutor in oportunitatibus in tribulatiōe sperēt in te q̄ nouerūt te qm̄ nō derelinq̄s q̄rētes te dn̄e. V. Qm̄ nō ī finē obliuio erit pauperis patientia pauperꝝ nō ꝑibit ineternum: exurge dn̄e non ꝓualeat hō. Tractꝰ.

De ꝓfundis clamaui ad te domine dn̄e exaudi vocē meā. V. Fiant aures tue ītendētes: ī orōnē serui tui. V. Si iniq̄tates obseruaueris domine: dn̄e quis sustinebit. V. Quia apud te ꝓpiciatio est: ⁊ ꝓpter legē tuā sustinui te dn̄e. S. math.

In illo tp̄e. Dixit iesus discipulis suis parabolā hāc. Simile est regnū celoꝝ hoī prīfamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineā suam. Conuentione aūt facta cū operarijs ex denario diurno: misit eos ī vineā suam. Et egressus circa horam terciam: vidit alios stantes in foro ociosos: ⁊ illis dixit. Ite et vos in vineā meā: et qđ iustum fuerit dabo vobis. Illi aūt abierunt. Iterū aūt exijt circa sextam ⁊ nonam horam: et fecit similit̄. Circa vndecimam vero exijt: et īuenit alios stantes et dixit illis. Quid hic statis tota die ociosi? Dicunt ei. Quia nemo nos ꝯduxit. Dicit illis. Ite ⁊ vos ī vineā meā. Cū sero aūt factū esset: dicit dn̄s vinee ꝓcuratori suo. Voca operarios et redde illis mercedē: incipiens a nouissimis vsq; ad primos. Cū venissent ergo q̄ circa vndecimā horā venerāt: acceperūt singulos denarios. Venientes aūt ⁊ primi: arbitrati sūt q̄ plꝰ essent accepturi. Acceperūt aūt ⁊ ipsi: singulos denarios. Et accipiētes: murmurabāt aduersꝰ patrēfamilias dicētes. Hi nouissimi vna hora fecerūt: ⁊ pares illos nobꝫ fecisti: q̄ portauimꝰ pondꝰ diei ⁊ estꝰ? At ille respōdēs vni eoꝝ dixit Amice nō facio tibi iniuriā. Nōne ex denario cōuenisti mecū? Tolle qđ tuū est: et vade. Volo aūt ⁊ huic nouissimo dare sicut ⁊ tibi Aut nō lꝫ michi qđ volo facere: aut oculꝰ tuꝰ neq̄ est q2 ego bonꝰ sū? Sic erūt nouissimi p̄mi: et p̄mi nouissimi. Multi enī sūt vocati: pauci vero electi. Offerto. Bonum est confiteri domino et psallere nomini tuo altissime. Secreta.

Muneribus nr̄is q̄s dn̄e precibusq; susceptis: ⁊ celestibus nos munda mysterijs et clemēter exaudi. Per. Coio. Illumina faciē tuā super seruū tuū: et saluum me fac ī tua misericordia domine non confundar qm̄ īuocaui te. Postcōio.

Fideles tui deꝰ ꝑ tua dona firment: vt eadē ⁊ ꝑcipiēdo req̄rāt: ⁊ q̄rēdo sine fine ꝑcipiāt. Per.

¶ Feria quarta. Ad hebreos. lectio.

Fratres Impossibile est eos qui semel sūt illuminati gustauerūt etiā donū celeste et participes sunt facti spūs scti: gustauerūt nichilominꝰ bonū dei verbū virtutesq; vētūri seculi ⁊ p̄lapsi sūt renouari rursꝰ ad penitentiā: rursꝰ crucifigētes sibimetipsis filium dei: ⁊ ostētui habētes. Terra enī sepe venientē sup se bibens ymbrem ⁊ generans herbā oportunā illis a quibꝰ colit̄ accepit bn̄dictionē a deo. Proferens aūt spinas ac tribulos reproba est: et maledicto proxima. Cuius ꝯsummatio ī cōbustionē ve niet. Cōfidimus aūt de vobis dilectiſſimi: meliora ⁊ viciniora ſaluti In xp̄o ieſu: dn̄o nr̄o. ¶ S. marcū. ix.

IN illo tp̄e: Egreſſꝰ ieſꝰ ibat per galileā nec volebat quenquā ſcire. Docebat aūt diſcipulos ſuos: et dicebat illꝫ. Qm̄ filiꝰ hoīs tradet̄ in manꝰ hoīm ⁊ occidēt eū: et tercia die reſurget. At illi ignorabāt verbū: et timebāt eū interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cum domi eēt: interrogauit eos. Quid ī via tractabatꝫ? At illi tacebāt. Siq̄dē īter ſe in via diſputauerāt: q̄s eēt illoꝝ maior. Et reſidēs vocauit duodecī: et ait illis. Si q̄s vult primꝰ eſſe: erit oīm nouiſſimꝰ et oīm miniſter. Et aſſumēs pueꝝ: ſtatuit eū in medio eoꝝ. Quē cū cōplexꝰ eēt: ait illis. Quiſq̄s vnū ex huiuſmodi pueris receperit ī noīe meo: me recipit. Et quicūq; me ſuſceperit: nō me ſuſcepit ſed eū q̄ me miſit Qui habet aures audiēdi audiat. ¶ Feria. vi. Ad hebreos. iiij.

FRatres. Feſtinemꝰ īgredi in illā requiē: vt ne ī idipſū q̄ſ īcidat īcredulitatꝫ exēplū. Viuꝰ eſt enī ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior oī gladio ācipiti: ⁊ ptigēs vſq; ad diuiſionē aīe ac ſp̄s ꝯpagū quoq; ac medullaꝝ: ⁊ diſcretor cogitationū ⁊ ītētionū cordis: ⁊ nō eſt vlla creatura īuiſibilis: ī ꝯſpectu eiꝰ Oīa aūt nuda ⁊ apta ſūt oculis eiꝰ ad quē nobis ſermo Habētes ḡt pōtificē magnū q̄ penetrauit celos ieſū filiū dei teneamꝰ ꝯfeſſionē. Nō enī hēmꝰ pōtificē q̄ nō poſſit ꝯpati īfirmitatibꝰ nr̄is: tētatū aūt ꝑ oīa ꝓ ſimilitudine abſq; pctō. Adeamꝰ ergo cū fiducia ad thronū gr̄e: vt mīaꝫ ꝯſequamur: ⁊ gr̄aꝫ īueniamꝰ in auxilio oportuno. ¶ S. lucā. ix.

IN illo tp̄e. Factū eſt autē dū ꝯplerent dies aſſumptiōis ieſu: ⁊ ip̄e faciē ſuā firmauit vt iret ī hierl'm et miſit nūcios āte ꝯſpectū ſuū. Et eūtes īrauerūt ī ciuitatē ſamaritanoꝝ vt pararēt illi: et nō receperūt eū q̄r facies eiꝰ erat eūtꝫ ī hieruſalē. Cū vidiſſēt aūt diſcipuli eiꝰ iacobꝰ ⁊ iohānes dixerūt Domine: dicamꝰ vt ignis deſcēdat de celo ⁊ ꝯſumat illos: ſicut helias fecit. Et ꝯuerſꝰ īcrepauit eos dicēs Neſcitis cuius ſpiritꝰ eſtis. Filiꝰ hoīs non venit animas perdere: ſꝫ ſaluare. Et abierunt: in aliud caſtellū. ¶ Dominica in. lx. Officiū.

EXurge quare obdormis domine exurge ⁊ ne repellas ī finē quare faciē tuā auertis obliuiſcerꝭ tribulationē nr̄am adheſit ī terra vēter nr̄ exurge dn̄e adiuua nos ⁊ libera nos. ℣. Deꝰ auribꝰ nr̄is audiuimꝰ: p̄res noſtri annūciauerūt nobis. Orō.

DEus q̄ conſpicis q̄r ex nulla noſtra actione cōfidimꝰ: cōcede ꝓpicius: vt cōtra aduerſa oīa doctoris gentiū protectiōe muniamur. Per dn̄. ¶ Ad corinthios. xi.

FRatres. Libēter ſuffertis īſipiētes: cū ſitis ipſi ſapiētes. Suſtinetis enī: ſi q̄s vos ī ſeruitutē redigit. Si q̄s deuorat: ſi q̄s accipit ſi q̄s extollit̄ ſi q̄s ī faciē vos cedit. Scd̄m ignobilitatē dico: quaſi nos īfirmi fuerimꝰ ī hac parte. In quo q̄s audet: ī ſapiētia dico: audeo et ego. Hebrei ſūt et ego. Iſraelite ſūt: ⁊ ego. Semē abrahe ſūt: ⁊ ego. Miniſtri xp̄i ſūt: ⁊ ego Vt minꝰ ſapiēs dico: plꝰ ego. In laboribꝰ plurimis: ī carceribꝰ abūdātiꝰ: in plagis ſupra modū: ī mortibꝰ freq̄nter A iudeis q̄nq̄es quadragenas: vna minꝰ accepi. Ter virgis ceſꝰ ſū: ſemel lapidatꝰ ſū: ter naufragiū feci Nocte ac die ī ꝓfūdo maris fui. In itineribꝰ ſepe, ꝑiclis fluminū ꝑicu lis latronū. Periculꝫ ex genere: periculis ex gētib⁹. Periculꝫ ī ciuitate: p̄iculꝫ ī ſolitudīe. Periculꝫ ī mari: p̄iculis ī falſis fratrib⁹ In labore et erūna: ī vigilijs multꝫ. In fame ꝛ ſiti: ī ieiunijs multꝫ. In frigore: et nuditate. Pret̄ illa q̄ extrinſec⁹ ſūt īſtātia mea quotidiana: ſolicitudo oīm eccleſiaꝝ. Quis īfirmatur: ꝛ ego nō īfirmoꝛ? Quis ſcādalizat̄: et ego nō vroꝛ? Si gloꝛiari opoꝛtet: q̄ īfirmitatꝫ mee ſūt gloꝛiaboꝛ. De⁹ et p̄r dn̄i nr̄i ieſu xp̄i ſcit q̄ eſt bn̄dict⁹ ī ſcl'a: q̄ nō mētioꝛ. In dn̄ica legat̄ tota. Damaſci p̄poſit⁹ gētis arethe regis: cuſtodiebat ciuitatē damaſcenoꝝ vt me cōpꝛehēderet: ꝛ p̄ feneſtrā ī ſpoꝛta dimiſſ⁹ ſū p̄ murū: ꝛ ſic effugi man⁹ ei⁹ Si gl'iari opoꝛtet: nō expedit q̄dē. veniā aūt ad viſiones: ꝛ reuelationes dn̄i. Scio hoīem ī xp̄o ante annos quattuoꝛdeci ſiue ī coꝛp̄e ſiue extra coꝛp⁹ neſcio de⁹ ſcit raptū huiuſmodi vſq; ad terciū celū. Et ſcio huiuſmodi hoīem ſiue ī coꝛpoꝛe ſiue extra coꝛp⁹ neſcio de⁹ ſcit q̄m rapt⁹ eſt ī paradiſū: ꝛ audiuit archana verba q̄ nō licet hoī loqui. p̄ huiuſmodi gl'iaboꝛ: p̄ me autē nichil niſi in īfirmitatib⁹ meis. Nā et ſi voluero gloꝛiari: nō ero inſipiēs. Veritatē enim dicā. Parco aūt ne q̄s me exiſtimet ſupꝛa id q̄d videt ī me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus eſt michi ſtimul⁹ carnis mee angelus ſathane qui me colaphizet. Propter q̄d ter dn̄m rogaui vt diſcederet a me: et dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloꝛiaboꝛ ī īfirmitatib⁹ meis: vt inhabitet in me virt⁹ xp̄i. Notandū q̄ iſta ep̄la ī dn̄ica legat̄ tota: et etiā feria ſc̄da q̄n dn̄ica ferialit̄ agit̄: alias diuiſe legāt̄ aliq̄a ſti. Gr. Sciāt gētes q̄m nomē tibi de⁹ tu ſol⁹ altiſſim⁹ ſup̄ oēm t̄rā. ℣. De⁹ me⁹ pone illos vt rotā ꝛ ſicut ſtipulā ante faciem venti. Tract⁹.

Commouiſti dn̄e terrā ꝛ cōturbaſti eam. ℣ Sana cōtritiones eius quia cōmota eſt. ℣ Ut fugiant a facie arcus vt liberētur electi tui. ¶ Secundum lucam. viij.

IN illo tp̄e Cū turba plurima cōueniret ad ieſū: et de ciuitatib⁹ p̄perarēt ad eū dixit p̄ ſimilitudinē. Exijt q̄ ſeminat ſeminare ſemē ſuū. Et dū ſeminat: aliud cecidit ſecus viā ꝛ cōculcatū eſt: ꝛ volucres celi comederūt illud. Et aliud cecidit ſupꝛa petrā: ꝛ natū aruit: q2 nō habebat humoꝛē. Et aliud cecidit īter ſpinas: et ſimul exoꝛte ſpine ſuffocarūt illud Et aliud cecidit ī terrā bonā: ꝛ oꝛtū fecit fructū cētupliū Hec dicēs: clamabat. Qui habet aures audiēdi: audiat. Interrogabāt āt eū diſcipli ei⁹: q̄ eſſet hec parabola Quibus: ip̄e dixit. Uobis datū eſt noſſe myſteriū regni dei: ceterꝫ aūt ī parabolis vt vidētes nō videāt: ꝛ audiētes nō ītelligāt. Eſt aūt parabola. Semē eſt verbū dei. Qui aūt ſec⁹ viā: hi ſunt q̄ audiūt. Deide venit diabol⁹ ꝛ tollit verbū de coꝛde eoꝝ: ne credētes ſalui fiāt. Nā q̄ ſupꝛa petrā: q̄ cū audierit cū gaudio ſuſcipiūt verbū. Et hi radices non habēt q2 ad tp̄s credūt: et ī tp̄e tētatiōis recedūt. Quod aūt ī ſpinis cecidit: hi ſunt q̄ audierūt: ꝛ a ſollicitudinib⁹ ꝛ diuitijs et voluptatib⁹ vite eūtes ſuffocātur: ꝛ nō referūt fructū. Qd̄ aūt ī terrā bonā: hi ſūt q̄ ī coꝛde bono ꝛ optimo: audiētes verbū retinēt. Et fructū afferūt: ī in patiētia. Credo. Offer. Perfice greſſ⁹ meos ī ſemitis tuis vt nō moueantur veſtigia mea: inclina aurem tuā et exaudi verba mea: mirifica miſericordias tuas qui ſaluos facis ſperantes in te. Secreta.

OBlatū tibi dñe ſacrificiū viuificet nos ſemper ⁊ muniat. Per dñm noſtrū. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuuentutem meā. Poſtcōmunio.

SVpplices te rogamꝰ oṗs deꝰ: vt quos tuis reficis ſacramētis: etiam placitis moribus dignāter deſeruire concedas. Per dñm.

¶ Feria quarta. Ad hebreos. xij.

FRatres. Recogitate dñm ieſum xp̄m qui talē ſuſtinuit a pctōribꝰ aduerſꝰ ſemetip̄m ꝯtradictionē: vt ne fatigemini animis veſtris deficiētes. Nondū enī vſqꝫ ad ſanguinē reſtitiſtis aduerſꝰ pctm̄ repugnātes: ⁊ obliti eſtis ꝯſolationis q̄ vobis tanq̄ filijs loq̄tur dicēs Fili mi noli negligere diſciplinam dñi: neqꝫ fatigeris dū ab eo argueris. Quē enim diligit dñs caſtigat Flagellat autem omnē filiū quem recipit. In diſciplina ꝑſeuerate: tāq̄ filijs vobis offert ſe deus. Quis enim filius: quem non corripit pater? Quod ſi extra diſciplinā eſtis cuiꝰ ꝑticipes facti eſtis? Omnes ergo adulteri: et non filij eſtis. Deinde quidē patres carnis noſtre habuimꝰ eruditores: ⁊ reuerebamur eos. Nūc multomagis obtemperabimus patri ſpirituū: et viuemus.

¶ Secundum matheum. xij.

IN illo tēpore. Dixit ieſꝰ phariſeis. Qui nō eſt mecū: contra me eſt. Et qui nō cōgregat mecum: ſpargit. Ideo dico vobꝫ: omne peccatū et blaſphemia remittē hoībus: ſpiritꝰ aūt blaſphemie nō remittetur. Et quicūqꝫ dixerit verbū contra filiū hoīs: remittetur ei Qui aūt dixerit contra ſpiritū ſanctū: nō remittetur ei: neqꝫ in hoc ſeculo/neqꝫ ī futuro. Aut facite arborem bonā et fructū eius bonū: aut facite arborē malā ⁊ fructum eius malum. Siquidem ex fructu arbor cognoſcitur. Progenies viperarū quomodo poteſtis bona loqui: cū ſitis mali? Ex abundantia cordis: os loquitur. Bonꝰ homo de bono theſauro profert bona: et malꝰ homo de malo theſauro ꝓfert mala. Dico autē vobis ꝙ omne verbum ocioſum qđ locuti fuerint hoīes reddent rationē de eo ī die iudicij. Ex verbis enī tuis iuſtificaberis: et ex verbis tuis damnaberis.

¶ Feria ſexta. Ad hebreos. xij.

FRatres. Oīs diſciplina ī preſenti quidē videtur non eſſe gaudij: ſed merorꝫ. Poſtea aūt fructū pacatiſſimū exercitatꝫ ꝑ eā: reddet iuſticie. Propt̄ qđ remiſſas manꝰ ⁊ ſoluta genua erigite: ⁊ greſſꝰ rectos facite pedibus veſtrꝫ: vt nemo claudicās erret magis autē ſanetur. Pacē ſeq̄mini cū oībus ⁊ ſāctimoniā: ſine qua nemo videbit deū. Contēplātes ne quis deſit grē dei ne qua radix amaritudinis ſurſum germināſ impediat: et per illā inquinentur multi. Ne quis fornicator aut ꝓphanꝰ vt eſau: qui propter vnā eſcā vendidit primogenita ſua. Scitote enī: qꝛ poſtea cupiens hereditare bñdictionē reprobatus eſt. ¶ Secundum lucam. xvii.

IN illo tpē. Interrogatꝰ ieſꝰ a phariſeis qñ venit regnum dei: reſpōdit eis/⁊ dixit. Nō venit regnū dei cū obſeruatiōe neqꝫ dicēt ecce hic aut ecce illic Ecce eī regnū dei: intra vos eſt. Et ait ad diſcipulos ſuos. Veniēt dies qñ deſideretꝫ videre vnū diē filij hoīs: ⁊ nō videbitis. Et dicēt vobꝫ. Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire: neqꝫ ſectemini. Nā ſicut fulgur choruſcans deſub celo in ea q̄ ſunt ſub celo fulget: ita erit aduentus filij hoīs in die ſuo. Primū autē oportet illū multa pati: et reprobari a gn̄atiōe hac. Et ſicut factū eſt ī dieb⁹ noe: ita erit aduentus filij hoīs. Edebant et bibebant: vxores ducebāt et dabant ad nuptias vſq̄ ī diē ī qua intrauit noe ī archā: ⁊ venit diluuiū ⁊ perdidit oēs. Similiter fctm̄ eſt ī dieb⁹ loth edebāt ⁊ bibebāt emebāt ⁊ vēdebāt plātabāt ⁊ edificabāt Qua die aūt exiit loth a ſodomis: pluit ignem ⁊ ſulphur de celo: ⁊ ꝑdidit oēs Secūdū hec erit qua die filius hoīs reuelabitur In illa die q̄ fuerit ī tecto ⁊ vaſa ei⁹ in domo nō deſcēdet tollere ea: ⁊ q̄ ī agro: ſimiliter nō rediet retro. Memores eſtote vxoris loth Quicūq̄ aūt queſierit aīam ſuā ſaluā facere: perdet illam. Et qui perdiderit illam propter me: ſaluā faciet illā. Dico autē vobis: ī illa nocte erūt duo in lecto vno: vnus aſſumetur: ⁊ alter relinquetur. Due molentes in vnū: vna aſſumetur ⁊ altera relinquetur. Duo in agro: vnus aſſumetur: et alter relinquetur. Reſpōdentes: dixerunt ei. Ubi domine: Quibus ipſe dixit Ubicūq̄ fuerit corpus: illic congregabūtur et aquile. ¶ Dominica quinquageſime. **Officium.**

Eſto michi in deum protectorem et in locum refugij vt ſaluum me facias: quoniam firmamentum meum et refugium meū es tu: et propter nomen tuum dux michi eris et enutries me. Ps. In te domine ſperaui non confundar in eternum: in iuſticia tua libera me. **Oratio.**

Preces noſtras queſumus domine clementer exaudi: atq̄ a peccatorū vinculis abſolutos ab omni aduerſitate nos cuſtodi Per dn̄m noſtrū. ¶ Ad romanos. xiij.

Fratres. Si linguis hominum loquar et angelorum: caritatē autem non habeā: factus ſum velut es ſonās aut cymbalum tinniens. Et ſi habuero prophetiā et nouerim myſteria omnia: et omnē ſcientiā: ⁊ ſi habuero omnem fidem/ ita vt montes transferā: caritatem autem non habuero: nichil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperū omnes facultates meas: et ſi tradidero corpus meū ita vt ardeā caritatem autem non habuero: nichil michi prodeſt. Caritas patiēs eſt: benigna eſt. Caritas non emulatur: non agit perperā/ non inflatur/ non eſt ambitioſa/ non querit que ſua ſunt. Non irritatur nō cogitat malū: non gaudet ſuper iniquitate: congaudet autē veritati. Omnia ſuffert/ oīa credit: omnia ſperat/ oīa ſuſtinet Caritas nunq̄ excidit: ſiue prophetie euacuabuntur: ſiue lingue ceſſabunt: ſiue ſciētia deſtruetur. Ex parte enī cognoſcimus: et ex parte prophetamus. Cum aūt venerit quod perfectum eſt euacuabitur quod ex parte eſt. Cum eſſem paruulus: loquebar vt paruulus: ſapiebā vt paruulus: cogitabā vt paruulus Quādo aūt factus ſum vir: euacuaui que erant paruuli. Uidem⁹ nunc per ſpeculū in enigmate: tunc autē facie ad faciem. Nūc cognoſco ex parte: tunc cognoſcam ſicut et cognitus ſum. Nunc autem manēt fides ſpes caritas: tria hec Maior aūt horū: eſt caritas Grad. Tu es de⁹ q̄ facis mirabilia ſolus notam feciſti in gentibus virtutem tuam. V. Liberaſti in brachio tuo populum tuum: filios iſrael et ioſeph. **Tractus.**

Iubilate deo omnis terra: ſeruite dn̄o ī leticia. V. Intrate in conſpectu eius: in exultatione. ſcitote quoniã ipſe eſt deꝰ. ℣. Ipſe fecit nos et non ipſi nos: nos autẽ populus eius et oues paſcue eius.

¶ Secundum lucam. xviij.

IN illo tempoꝛe. Aſſumpſit ieſus duodecim diſcipulos ſuos: et ait illis. Ecce aſcẽdimus hieroſolimã: ⁊ conſummabuntur omnia que ſcripta ſunt per pꝛophetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus et illudetur: et flagellabitur et conſpuetur. Et poſtꝙ flagellauerint occident eum: ⁊ tertia die reſurget. Et ipſi nichil hoꝝ intellexerunt. Erat autem verbum iſtud abſconditum ab eis: et nõ intelligebant que dicebantur. Factũ eſt autem cũ appꝛopinquaret hierico: cecus quidam ſedebat ſecus viã mendicans. Et cum audiret turbam pꝛetereuntem: interrogabat quid hoc eſſet. Dixerunt autem ei: ꝙ ieſus nazarenus trãſiret. Et clamauit dicens. Ieſu fili dauid: miſerere mei. Et qui pꝛeibant increpabant eum vt taceret. Ipſe vero multomagis clamabat Fili dauid miſerere mei. Stans autem ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. Et cũ appꝛopinquaſſet interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Domine: vt videam. Et dixit illi ieſus. Reſpice. Fides tua: te ſaluum fecit. Et confeſtim vidit et ſequebatur eũ: magnificans deũ. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offertoꝛiũ. Benedictus es domine doce me iuſtificationes tuas: benedictus es dñe doce me iuſtificationes tuas in labijs meis ꝓnũciaui oĩa iudicia oꝛis tui. Secre.

HEc hoſtia queſumus domine emundet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificium celebrãdum ſubditoꝝ tibi coꝛpoꝛa menteſqꝫ ſanctificet. Per dominum. Communio. Manducauerunt et ſaturati ſunt nimis ⁊ deſideriũ eoꝝ attulit eis dñs: nõ ſunt fraudati a deſiderio ſuo. Poſtc.

QUeſumus omnipotens deus vt qui celeſtia alimenta percepimus: per hec cõtra omnia aduerſa muniamur. Per dominũ. ¶ Feria. iiij. in capite ieiunij. Poſt ſextam pꝛelatus cum miniſtris in albis ſacris indutus veſtibus ⁊ capatus ſermonem de diei pꝛopꝛietate ſcilicet qualiter rei ſe l tempoꝛe iſto contineant: in ambone ſeu in pulpito cruce erecta faciat et poſt ſermonem huiuſmodi pꝛeſente cruce et ceroferarijs ante gradum altaris benedicat cineres dicens.

Dñs vobiſcum. Oꝛemus. Oꝛatio.

DEus qui non moꝛtem ſed penitentiam deſideras peccatoꝛum: fragilitatem cõditionis humane benigniſſime reſpice et hos cineres quos cauſa pꝛoferende humilitatis atqꝫ pꝛomerẽde venie capitibus noſtris imponi decernimꝰ pꝛo tua pietate bene ✠ dicere digneris: vt qui nos cineres eſſe et ob pꝛauitatis noſtre meritum ĩpuluerem reuerſuros cognoſcimus: peccatoꝛum omnium veniam: et pꝛemia penitentibus repꝛomiſſa miſericoꝛditer cõſequi mereamur. Per xp̄m do. no. Oꝛemꝰ. Alia oꝛo.

OMnipotens ſempiterne deus qui miſereris omniũ ⁊ nichil odiſti eoꝛum que feciſti diſſimulãs peccata hominum pꝛopter penitẽtiam: qui etiam ſubuenis in neceſſitate laboꝛãtibus bene ✠ dicere ⁊ ſãctifi ✠ care hos cineres dignare quos cauſa hũilitatis et ſctẽ religionis ad emundãda delicta nr̃a ſup capita nr̃a ferre conſtituiſti moꝛe niniuitarũ: et da ꝑ inuocationẽ tui nominis: vt oẽs qui eos ad depcãdam miam tuā ſuper capita ſua tulerint: a te mereātur oīm delictoꝝ ſuoꝝ veniā accipe: ⁊ hodie ſic eoꝝ ieiunia inchoare: ita vt ī die reſurrectionis purificatis mētibꝰ ad ſanctū mereātur accedere paſcha: ⁊ in futuro ꝑpetuā accipe gloriā. Per.

¶ Poſtea aſpergat cineres bn̄dictos ⁊ thurificet poſtea ꝓlatꝰ cū miniſtris āte altare ꝓſtratꝰ īcepta. aň. Ne reminiſcaris. dicat ſeptē pſal. penitētiales: ⁊ chorꝰ ſimilr̄ pſe: cū p̄miſſa. aň. ⁊ reincepta poſt pſalmos. aň. Ne reminiſcaris. et peccata ſubiungat. Kyri eleyſon. Xp̄e eleyſon. Kyri eleyſon. et. Pater nr̄. Prelatꝰ cū capellano erectꝰ dicat. Et ne nos. Sz libera. Peccauimꝰ cū patribꝰ noſtris. Iniuſte egimꝰ. Dn̄e nō ſcd̄m pctā noſtra facias nobis. Neq̄ ſcd̄m īiq̄tates. Ne memineris dn̄e īiq̄tatū nr̄aꝝ antiquaꝝ. Cito āticipēt. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̄. Et ꝓpter. Dn̄e deꝰ v̄tutū cōuerte nos. Et oſtende faciē tuā. Dn̄e exaudi orōnē meā. Et clamor meꝰ ad te veniat. Dn̄s vobiſcū. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

Domine deus nr̄ q̄ offenſione nr̄a non vinceris: ſed ſatiſfactiōe placaris reſpice q̄s ad hos famulos tuos: q̄ ſe tibi grauiter peccaſſe cōfitētur: tuū eſt enim abſolutionē criminū dare ⁊ veniā preſtare penitētibꝰ: ⁊ q̄ dixiſti te malle penitentiā peccatoꝝ q̄ mortē: cōcede ergo dn̄e vt tibi penitētie excubias celebrēt ⁊ correctis actibꝰ ſuis: cōferri ſibi a te deo viuo et vero ſēpiterna gaudia gratulētur. Per dominū noſtrum. Oremus. Oratio.

Deꝰ q̄ iuſte iraſceris et clemēter ignoſcis: afflicti ꝑp̄li tui lachrymas reſpice ⁊ irā tue īdignationis quā iuſte meremur: ꝓpiciatus auerte. Per xp̄m dn̄z. no. Oro.

Preſta populo tuo domine q̄ſumꝰ cōſolationis auxiliū: ⁊ diuturnis calamitatibus laborantem propiciꝰ reſpirare cōcede. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Oremus. Oratio.

Exaudi dn̄e preces noſtras et cōfitentiū tibi parce peccatis vt quos cōſciētie reatꝰ accuſat: īdulgētia tue miſerationis abſoluat. Per xp̄m do. no. Oremꝰ. Oratio.

Preueniat his famulꝫ tuꝫ q̄s domie mīa tua: vt oēs iniq̄tates eoꝝ celeri īdulgētia deleāt. Per xp̄m do. no. Oremꝰ. Oratio.

Adeſto dn̄e ſupplicatiōibus noſtrꝫ nec ſit ab his famulis tuis clemētie tue lōginqua miſeratio ſana vulnera eoꝝ: ⁊ dimitte peccata: vt nullis a te iniq̄tatibꝰ ſeparati tibi dn̄o ſemper valeant adherere. Per. nō vt. Oremꝰ. Abſolutio.

Dominus ieſus xp̄s: q̄ dixit diſcipulis ſuis quecunq̄ ligaueritis ſup terrā erūt ligata et ī celis: et q̄cunq̄ ſolueritis ſup terram erūt ſoluta et ī celo: de quoꝝ numero q̄uis indignos nos eſſe voluit: ipſe vos abſoluat ✠ ꝑ miniſteriū nr̄m ab oībꝰ peccatꝫ v̄ris q̄cunq̄ cogitatione: locutiōe et operatione negligēter egiſtꝫ: ⁊ ab nexibꝰ pctōꝝ abſolutos vos ad regna celoꝝ ꝑducere dignet̄. Per do. Qui cū deo. Miſereat̄ nr̄i. Abſolutionē ⁊ remiſſionē. ¶ Deinde ꝓlatꝰ a decano vel a cātore cineres ſuſcipiat. poſtea vo ꝓlatꝰ decano ⁊ miniſtris et ceteris oībꝰ cinerē det ī capite dicēs vnicuiq̄ ſic. Memēto hō qz cinis es ⁊ ī cinerē reuerteris. Et iteri cātet. aň. Exaudi nos dn̄e qm̄ benigna eſt mīa tua ſecūdū multitudinē miſerationū tuarū reſpice nos dn̄e. ꝑ. Saluū me fac deus: qm̄ intrauerūt aque vſq̄ ad animā meā. Hec. aň. repetatur per ſingulos verſꝰ pſal. vſq̄ ad illum verſum q̄ eſt. an. Poſt datos cineres p̄latus āte gradū altarꝫ dicat. Oſtēde nobꝫ dn̄e miſericordiā tuā. Dn̄s vobiſcum. Oremus. Oratio.

DEus q̄ humili actione flecteris: et ſatiſfactione placaris aurē tue pietatꝭ īclina: ⁊ capitib⁹ ſeruoꝝ tuorum horum cineꝝ aſperſione attactꝫ: effūde ꝓpici⁹ gratiā tue bn̄dictionꝫ ✠ vt eos et ſpiritu ꝯpunctiōis repleas et q̄ iuſte poſtulauerint: efficacit̄ ꝯcedas ⁊ cōceſſa perpetua ſtabilitate manere ītacta decernas. Per dn̄m. Deinde fiat proceſſio. et ordinato p̄ſbytero ⁊ miniſtris in albis in medio chori cātor īcipiat pſalmū. Deus miſereat̄ noſtri. et cetera. cūctꝫ preter ſacerdotem ⁊ miniſtros ſe p̄ſternētibus in choro. Finito pſalmo cū Glīa pr̄i. dicatur Kyrie eleyſon. Chriſte eley Kyri eleyſon. Pater noſter. Et ne nos. Peccauim⁹ dn̄e. Iniuſte egimus. Dn̄e non ſecundum peccata noſtra facias nobis. Neq̄ ſecūdū iniquitates noſtras retribuas nobis. Dn̄s vobiſcū. Oremus. Or.

PReces populi tui q̄s dn̄e clementer exaudi: vt qui iuſte ꝓ peccatis noſtris affligimur: ꝓ tui nominꝫ gloria miſericorditer liberemur. Per xp̄m do. no. Sicq̄ ſurgentibus cūctꝫ cātetur letania. vſq̄ Om̄s ſācti. a duob⁹ rectorib⁹ chori ebdomadariis dictoq̄ Sācta maria. procedat ꝓceſſio: qua finita cātetur miſſa. ¶ Ad miſſā. Officium

MIſereris oīm domīe: et nichil odiſti eorum que feciſti: diſſimulās peccata hominū propter penitētiam et parcens illis: quia tu es dn̄s deus noſter. Ps. Miſerere mei de⁹ miſerere mei: qm̄ ī te confidit anima mea. Sacerdos dicat. Dn̄s vobiſcū. et Oremus. diaconus aūt dicat Flectamus genua leuate. Et dicatur. Flectamus genua leua. hodie ⁊ ab hac die vſq̄ ad vigiliā paſche. Exceptis dn̄icꝫ et feſtis ſanctorum cū de ſāctis dicitur: et excepta oratione. Deus qui tribus pueris. et ī die paraſceue: oratione ꝓ iudeis ⁊ excepta miſſa in cena dn̄i. Oratio.

COncede nobis queſumus domine p̄ſidia militie chriſtiane ſanctis inchoare ieiuniis: vt cōtra ſpirituales nequitias pugnaturi: cōtinentie muniamur auxiliis. Per dn̄m. Memorie. pro peccatis. Exaudi q̄ſumus dn̄e ſuppli. et alia memoria. Sācte dei genitricis. Dicantur ad miſſam his quattuor diebus. Ep̄la. Lctō iohelis ꝓphete. ii.

HEc dicit dn̄s deus. Conuertimini ad me ī toto corde veſtro: ī ieiunio ⁊ fletu et planctu: et ſcindite corda veſtra et nō veſtimēta veſtra. Et cōuertimini ad dn̄m deum veſtrū quia benignus et miſericors eſt patiēs et multū miſericors: ⁊ p̄ſtabilꝫ ſuꝑ malicia. Quis ſcit ſi cōuertatur et ignoſcat de⁹: et relinquat poſt ſe benedictionē: Sacrificiū et libamen: dn̄o deo noſtro. Canite tuba ī ſyon: ſāctificate ieiuniū: vocate cetū: congregate populū: ſāctificate eccleſiā: coadunate ſenes: cōgregate paruulos ⁊ ſugentes vbera. Egrediatur ſpōſus de cubili ſuo: ⁊ ſponſa de thalamo ſuo. Inter veſtibulū et altare plorabūt ſacerdotes miniſtri dn̄i: et dicēt. Parce dn̄e parce pp̄lo tuo: et ne des hereditatem tuā in opprobriū: vt dominentur eis nationes. Quare dicunt ī populis vbi eſt de⁹ eorū: zelatus eſt dn̄s terrā ſuam: et pepercit populo ſuo. Et reſpondit dn̄s: et dixit populo ſuo. Ecce ego mittā vobis frumētū ⁊ vinū ⁊ oleum: ⁊ replebimini ī eis Et nō dabo vos vltra opprobrium in gẽtibus dicit dñs: ops. Gradu. Miſerere mei deus miſerere mei: quoniam in te cõfidit aīa mea. ℣. Miſit de celo et liberauit me: dedit in opprobrium cõculcantes me. Tractus.

Domine nõ ſcdm pctã noſtra facias nobis: neqꝫ ſcdm iniqtates noſtras retribuas nobꝭ. ℣. Dñe ne memineris iniquitatũ noſtrarũ antiquarũ cito anticipẽt nos mīe tue: qꝛ pauperes facti ſumus nimis. ℣. Adiuua nos deus ſalutaris noſter et propter gloriã nois tui dñe libera nos: et propicius eſto pctis noſtris ꝓpter nomẽ tuũ. Tractꝰ. Dñe nõ ſcdm. qualibet fer. ij. iiij. et. vj. vſqꝫ ad feriã. iiij. poſt palmas dicatur excepta feria. iiij. quattuor tẽporum vbi propriꝰ tractꝰ habetur.

¶ Secundum matheum. ſexto.

In illo tẽpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis Cũ ieiunatꝭ: nolite fieri ſicut ypocrite triſtes. Exterminant enī facies ſuas: vt appareãt hoībus ieiunãtes. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuã. Tu aũt cũ ieiunas vnge caput tuũ et faciẽ tuam laua: ne videaris hominibꝰ ieiunans: ſed patri tuo qui eſt ī abſcõdito Et pater tuꝰ q̃ videt ī abſcõdito: reddet tibi Nolite theſaurizare vobis theſauros ī terra: vbi erugo ⁊ tinea demolitẽ ⁊ vbi fures effodiunt et furãtur. Theſaurizate aũt vobis theſauros ī celo: vbi nec erugo nec tinea demolitur: et vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enī eſt theſaurꝰ tuꝰ: ibi eſt ⁊ cor tuum. Offer. Exaltabo te dñe quoniã ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me: dñe clamaui ad te et ſanaſti me. Secreta.

Hac nos dñe q̃ſ his muneribꝰ offerendis cõuenienter aptari: quibus ipſiꝰ venerabilis ſacramenti celebramus exordium. Per. Prefatio. Qui corporali. hodie ⁊ ad hoc die vſqꝫ ad paſſionẽ dñi ſingulis diebus quadrageſime: tã dñicis q̃ alijs diebꝰ ferialibꝰ exceptis miſſis ſctõꝝ. Cõio. Qui meditabitẽ ī lege dñi die ac nocte dabit fructũ ſuum in tempore ſuo. Poſtcõmunio.

Percepta nobis dñe prebeant ſacramenta ſubſidium: vt et tibi grata ſint noſtra ieiunia: ⁊ nobis ꝓficiant ad medelã. Per dñm. Humiliate capita veſtra deo. ⁊ oratio ſup populũ hodie et ab hoc die vſqꝫ ad cenã dñi dicatẽ. niſi ī dñicis et in miſſis de ſctis et ſabbato. iiij. temporum vbi non habetur oratio ſuper populum. Super populum.

Inclinantes ſe dñe maieſtati tue ꝓpiciatus intẽde: vt q̃ diuino munere ſunt refecti: celeſtibꝰ ſemper nutriantẽ auxilijs. Per dominũ. ¶ Feria quinta. Officium.

Dum clamarẽ ad dñm exaudiuit vocẽ meã ab his qui appropinquãt michi: et humiliauit eos q̃ eſt ante ſecla et manet ineternũ: iacta cogitatũ tuũ in dño et ipſe te enutriet. Ps. Exaudi deus orationem meã et ne deſpexeris deprecationem meã: intende michi et exaudi me. Oratio.

Deus qui culpa offẽderis: penitentia placaris: preces populi tui ſupplicãtis ꝓpicius reſpice: ⁊ flagella tue iracũdie q̃ ꝓ peccatis nr̃is meremur auerte. Per d.

¶ Lectio yſaie prophete. xxxviij.

In diebꝰ illis. Egrotauit ezechias vſqꝫ ad mortẽ: et introiuit ad eũ yſaias filiꝰ amos ꝓpheta ⁊ dixit ei. Hec dicit dñs Diſpõe domui tue: qꝛ morieris tu et nõ viues Et conuertit ezechias faciem ſuã ad parietẽ: et orauit ad dñm et dixit. Obſecro dñe: memẽto q̃ſo quo modo ambulauerim corã te in veritate et in corde perfecto: ⁊ qđ bonum eſt in oculis tuis fecerim. Et fleuit ezechias fletu magno. Et factum eſt verbum dñi ad yſaiam dicẽs. Uade: et dic ezechie. Hec dicit dñs deus dauid patris tui. Audiui orationẽ tuã: et vidi lachrimã tuã Ecce ego adiiciã ſup dies tuos quindecim annos: ⁊ de manu regis aſſiriorũ eruam te et ciuitatẽ iſtã et ꝓtegã eã. Dicit dñs: oþs. Gradale. Iacta cogitatũ tuum in dño ⁊ ipſe te enutriet. Vꝰ. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocem meam ab his qui appropinquant michi.

¶ Secundum matheum. viii.

In illo tp̄e. Cũ introiſſet ieſus capharnaũ acceſſit ad eũ centurio: rogãs eũ et dicẽs. Dñe puer meus iacet ĩ domo paraliticꝰ ⁊ male torq̃tur. Et ait illi ieſus. Ego veniã: et curabo eũ. Et reſpõdẽs centurio: ait. Dñe nõ ſum dignꝰ vt intres ſub tectũ meũ: ſed tãtũ dic verbo: ⁊ ſanabit puer meꝰ. Nã et ego homo ſum ſub poteſtate cõſtitutꝰ: habẽs ſub me milites. Et dico huic vade: ⁊ vadit Et alio veni: ⁊ venit Et ſeruo meo fac hoc: ⁊ facit. Audiens autẽ ieſus miratus eſt: ⁊ ſequẽtibꝰ ſe dixit. Amẽ dico vobis: non inueni tantã fidẽ in iſrael Dico autẽ vobis ꝙ multi ab oriente et occidẽte veniẽt: et recũbent cũ abrahã ⁊ yſaac et iacob ĩ regno celoꝝ. Filii autẽ regni huius eiicient ĩ tenebras exteriores. Ibi erit fletꝰ: et ſtridor dẽtium. Et dixit ieſus centurioni. Uade: et ſicut credidiſti: fiat tibi. Et ſanatus eſt puer: in illa hora. Offertoriũ. Ad te dñe leuaui aĩam meã deus meus in te confido non erubeſcam: neqꝫ irrideant me inimici mei etenim vniuerſi qui te expectant nõ confundent. Secreta.

Sacrificiis preſentibꝰ dñe q̃s intende placatꝰ: vt et deuotioni noſtre ꝓficiant ⁊ ſaluti. Per dñm. Cõmunio. Acceptabis ſacrificium iuſticie oblationes et olocauſta ſuper altare tuũ dñe. Poſtcõmunio.

Celeſtis doni bñdictione percepta ſupplices te deꝰ omnipotens deprecamur: vt hoc idẽ nobis et ſacramẽti cauſa ſit et ſalutis Per dñm noſtrũ. ¶ Super populũ.

Parce dñe parce populo tuo: vt dignis flagellationibꝰ caſtigatꝰ: in tua miſeratiõe reſpiret. Per dñm. ¶ Feria ſexta. Officiũ.

Audiuit dñs et miſertꝰ eſt michi: dominus factꝰ eſt adiutor meus. ps. Exaltabo te domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Oratio.

Inchoata ieiunia q̃s dñe benigno fauore ꝓſequere: vt obſeruãtiã quã corporaliter exhibemꝰ: mẽtibus etiã ſinceris exercere valeamꝰ. Per. ¶ Lectõ yſaie. ꝓphe. lviii.

Hec dicit dñs deus. Clama ne ceſſes: quaſi tuba exalta vocem tuã: ⁊ annũcia populo meo ſcelera eorum ⁊ domui iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diẽ querũt: et ſcire vias meas volũt. Quaſi gens que iuſticiam fecerit: ⁊ que iudicium dei ſui non dereliquerit. Rogant me iudicia iuſticie: et appropinquare deo volũt. Quare ieiunauimꝰ et nõ aſpexiſti: humiliauimus animas noſtras ⁊ neſciſti? Ecce in die ieiunii veſtri ĩuenit voluntas veſtra: et oẽs debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites et cõtẽtiões ieiunatis: ⁊ percutitis pugno ĩpie. Nolite ieiunare ſicut vſqꝫ in hanc diẽ: vt audiatur in excelſo clamor veſter. Nunquid tale eſt ieiuniũ quod elegi: ꝑ diẽ affligere:

hominem animā ſuam? Nunquid cōtorquere quaſi circulū caput ſuum: et ſaccū et cinerē ſternere? Nunquid iſtud vocaui ieiuniū et diē acceptabilem dn̄o? Nōne hoc eſt magis ieiunium quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimētes. Dimitte eos qui cōfracti ſunt liberos: et omē onꝰ dirumpe. Frāge eſurienti panē tuū et egenos vagoſq; induc in domū tuā. Cum videris nudū operi eum et carnem tuam ne deſpexeris. Tūc erumpet quaſi mane lumen tuū: et ſanitas tua citiꝰ orietur. Et anteibit faciē tuā iuſticia tua: et gloria dn̄i colliget te. Tunc inuocabis et dn̄s exaudiet: clamabis et dicet ecce aſſum. Quia miſericors ſum: dn̄s deus tuus. Gradale. Domine refugium factus es nobis a generatione et progenie. v. Priuſq; montes fierent aut formaretur terra et orbis a ſeculo et in ſeculum tu es deus. Tractus. Domine non ſecundum. ¶ Secundum matheum. v.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Audiſtis quia dictū eſt antiquis. Diliges proximū tuū: et odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis. Diligite inimicos veſtros: benefacite his q̄ oderunt vos. Et orate ꝓ perſequētibꝰ et calūniātibus vos: vt ſitis filij patris veſtri qui in celis eſt. Qui ſolē ſuū facit oriri ſuꝑ bonos et malos: et pluit ſuꝑ iuſtos et iniuſtos. Si enī diligitis eos qui vos diligunt: quā mercedē habebitis? Nōne et publicani hoc faciūt. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantū: quid āplius facietis? Nōne et ethnici hoc faciunt. Eſtote ergo vos ꝑfecti: ſicut et pater veſter celeſtis perfectꝰ eſt. Attēdite ne faciatis corā hominibus iuſticiam veſtrā: vt videamini ab eis. Alioquin mercedē non habebitis apud patrē veſtrū qui ī celis eſt. Cum ergo facis elemoſinā noli tuba canere ante te: ſicut ypocrite faciūt in ſynagogis et in vicis vt honorificētur ab hoībus. Amen dico vobis: receperunt mercedem ſuam. Te autē faciēte elemoſinā: neſciat ſiniſtra tua: q̄d faciat dextera tua vt ſit elemoſina tua in abſcondito. Et pater tuus qui videt in abſcondito: reddet tibi. Et cū oratis: non eritis ſicut ypocrite q̄ amāt ī ſynagogis et ī angulis platearū ſtātes orare: vt videant ab hoībus. Amē dico vobis: receperūt mercedē ſuā. Tu autē cū oraueris intra in cubiculū tuū: et clauſo oſtio ora patrē tuū in abſcōdito: et pater tuus q̄ videt in abſcōdito: reddet tibi. Offer. Dn̄e viuifica me ſecundū eloquiū tuū: vt ſciā teſtimonia tua. Secre.

Sacrificium dn̄e obſeruantie quadrageſimalis offerimus. preſta queſumus: vt tibi et mentes noſtras reddat acceptas: et continentie ſalutaris nobis tribuat facultatem Per dominū. Cōmunio. Seruite dn̄o ī timore et exultate ei cū tremore apprehēdite diſciplinā ne pereatis de via iuſta. Poſtcōio.

Spiritū nobis dn̄e tue caritatis īfunde: vt quos vno pane celeſti ſatiaſti tua facias pietate cōcordes. Per do. eiuſdē. Sup ppl'm.

Tuere dn̄e ppl'z tuū et ab oībꝰ peccatis clemēter emūda: q2 nulla ei nocebit aduerſitas ſi nulla dominet̄ iniq̄tas. Per do. ¶ Sabbato ad miſſā. Offī. Audiuit dn̄s. Oro.

Obſeruationis huius ieiunij annua celebritate letātes queſumus dn̄e vt quadrageſimalibus ac cōmunibus īherētes: plenis eiꝰ effectibus gaudeamus. Per dn̄m.

¶ Lectio yſaie prophete. lviij.

Hec dicit dñs. Si abſtuleris de medio tui cathenā: ⁊ deſieris digitū tuū extēdere ⁊ loqui qđ nō ꝓdeſt: cū effuderis eſurienti animam tuā et animā afflictā repleueris: oriet̄ ī tenebrꝫ lux tua ⁊ tenebre tue erūt ſicut meridies. Et requiē tibi dabit dñs deus tu⁹ ſemper: et implebit ſplendoribus animā tuā: ⁊ oſſa tua liberabit. Et erꝫ quaſi ortus irriguus: et ſicut fons aquarū cuius nō deficiēt aque. Et edificabuntur in te deſerta ſeculorū: fūdamēta generationis et generatiōis ſuſcitabꝫ. Et vocaberis edificator ſepiū: auertēs ſemitas iniquitatū. Si auerteris a ſabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die ſācto meo: et vocaueris ſabbatum delicatum et ſanctum dñi glorioſum: et glorificaueris eum dū non facis vias tuas ⁊ nō inuenietur voluntas tua vt loquaris ſermonem: tunc delectaberis ſup dño deo tuo. Et ſuſtollā te ſuper altitudinē terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim dñi locutum eſt hec. Građ. Unā petij a dño hanc requirā vt inhabitē ī domo dñi. Ut videam voluntatem domini et protegar a templo ſancto eius.

¶ Secundum marcum. ſexto.

In illo tempore. Cum ſero factum eſſet: erat nauis in medio maris et ieſus ſolus ī terra. Et videns eos laborantes in remigando: erat enim vētus cōtrarius eis. Et circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans ſuper mare: et volebat p̄terire eos. At illi vt viderunt eum ambulantē ſup mare putauerūt fantaſma eſſe ⁊ exclamauerūt. Omnes enim eum viderunt: et conturbati ſūt. Et ſtatim locutus eſt cum eis: et dixit illis. Confidite: ego ſum nolite timere. Et aſcendit ad illos ī nauim: ⁊ ceſſauit ventus: et plus magis intra ſe ſtupebant. Nō enim ītellexerāt de panibus: erat enim cor eorū obcecatum. Et cum tranſfretaſſent: peruenerūt in terram genezareth: et applicuerunt. Cunqꝫ egreſſi eſſent de naui: ꝯtinuo cognouerunt eum. Et precurrentes vniuerſam regionem illam: ceperunt in grabatis eos qui ſe male habebant circūferre vbi audiebāt eum eſſe. Et quocunqꝫ introibat in vicos vel in villas: aut ī ciuitates: ī plateis ponebant infirmos: et deprecabātur eum vt vel fimbriam eius veſtimēti tangerēt. Et quotquot tāgebāt eum: ſalui fiebant. Offertoriū. Domine viuifica me. Secreta.

Suſcipe dñe ſacrificium cui⁹ te voluiſti dignanter immolatione placari et preſta queſum⁹: vt huius operatione mūdati beneplacitum tibi noſtre mentis offeramus affectum. Per dñm noſtrū ieſum. Cōio. Seruite dño. Poſtcōio.

Celeſtis vite munere vegetati q̄s dñe: vt quod eſt nobis ī p̄ſēti vita myſteriū: fiat eternitatis auxiliū. Per dñm. Sup p̄plm̄.

Conſerua dñe familiā tuam bonis ſēper operibus eruditam: vt ſicut preſentibus conſolaris ieiunijs: ita eā ad ſuperna p̄ducas premia propicius. Per dñm noſtrum. Dñica prima. xl. Officiū.

Inuocauit me et ego exaudiam eum eripiam eum et glorificabo eum longitudine dierū adimplebo eū. P̄s. Qui habitat ī adiutorio altiſſimi: ī protectiōe dei celi ꝯmorabit̄. Or.

Deus qui eccleſiā tuā annua quadrageſimali obſeruatione purificas p̄ſta familie tue vt qđ a te obtinere abſtinendo nitit̄: hoc bonis operibꝰ exequatur. Per dominũ noſtrũ. ¶ Ad corinthios .ij.

FRatres. Hortamur vos ne in vacuum gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tp̃e accepto exaudiui te: et ĩ die ſalutis adiuui te Ecce nunc tẽpus acceptabile: ecce nunc dies ſalutis. Nemini dãtes vllam offenſionẽ: vt nõ vituperetur miniſteriũ noſtrũ. Sed ĩ oĩbus exhibeamus noſmetipſos ſicut dei miniſtros. In multa patiẽtia: in tribulationibꝰ: in neceſſitatibus in anguſtijs: in plagis: ĩ carceribus: in ſeditionibus: in laboribus in vigilijs: in ieiunijs in caſtitate ĩ ſciẽtia in lõganimitate in ſuauitate: ĩ ſpiritu ſancto. In caritate nõ ficta: ĩ verbo veritatis in virtute dei. Per arma iuſticie a dextris ⁊ a ſiniſtris Per gloriã et ignobilitatẽ: per infamiã: et bonam famam. Ut ſeductores: et veraces. Sicut qui ignoti: et cogniti. Quaſi moriẽtes: ⁊ ecce viuimus. Ut caſtigati: ⁊ nõ mortificati. Quaſi triſtes: ſemper aũt gaudentes. Sicut egẽtes: multos autem locupletantes. Tanquam nichil habentes: et omnia poſſidẽtes. Gradale. Angelis ſuis deꝰ mãdauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. ỽ. In manibꝰ portabunt te ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum. Tractus.

QUi habitat ĩ adiutorio altiſſimi: in ꝓtectione dei celi cõmorabitur. ỽ. Dicet domino ſuſceptor meus es tu et refugium meũ: deus meꝰ ſperabo in eum. ỽ. Quoniã ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: ⁊ a verbo aſpero. ỽ. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: ⁊ ſub pẽnis eius ſperabis. ỽ. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno. ỽ. A ſagitta volante per diem a negocio perambulante in tenebris a ruina et demonio meridiano. ỽ. Cadent a latere tuo mille et decẽ milia a dextris tuis: tibi autẽ non appropinquabit. ỽ. Quoniã angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiãt te in oĩbus vijs tuis. ỽ. In manibus portabũt te: ne vnquã offendas ad lapidẽ pedẽ tuũ. ỽ. Super aſpidem et baſiliſcũ ambulabis: ⁊ conculcabis leonem et draconẽ. ỽ. Quoniã in me ſperauit: liberabo eũ: protegã eum quoniã cognouit nomẽ meũ. ỽ. Inuocauit me: et ego exaudiam eũ: cum ipſo ſum in tribulatiõe. ỽ. Eripiã eũ ⁊ glorificabo eũ: lõgitudine dierum adimplebo eũ ⁊ oſtẽdã illi ſalutare dei. ¶ Secũdum matheũ .iiij.

IN illo tp̃e. Ductus eſt ieſꝰ in deſertũ a ſpiritu: vt tentarẽt a dyabolo. Et cũ ieiunaſſet quadraginta diebꝰ ⁊ quadragita noctibꝰ: poſtea eſuriit. Et accedẽs tẽtator: dixit ei. Si filius dei es: dic vt lapides iſti panes fiãt. Qui reſpondẽs dixit. Scriptũ eſt. Nõ in ſolo pane viuit homo: ſed ĩ oĩ v̄bo qd̃ ꝓcedit de ore dei. Tũc aſſumpſit eũ dyabolus ĩ ſanctã ciuitatẽ ⁊ ſtatuit eũ ſupra pinaculũ tẽpli: et dixit ei. Si filiꝰ dei es: mitte te deorſũ. Scriptũ eſt enĩ qꝛ angelis ſuis mandauit de te: et ĩ manibꝰ tollẽt te: ne forte offẽdas ad lapidẽ pedẽ tuũ. Ait illi ieſus rurſum. Scriptũ eſt. Non tẽtabis dñm deũ tuũ. Iterũ aſſũpſit eũ dyabolꝰ in montẽ excelſũ valde: et oſtẽdit ei oĩa regna mũdi: ⁊ gloriã eiꝰ: ⁊ dixit illi Hec oĩa dabo tibi: ſi cadẽs adoraueris me. Tũc dixit ei ieſus. Uade ſathana. Scriptum eſt enim. Dñm deũ tuũ adorabis: et illi ſoli ſeruies. Tunc reliquit eũ tẽtator: et ecce ãgeli acceſſerũt: et miniſtrabãt ei. Offertoriũ. Scapulis ſuis obumbrabit tibi dominus: et ſub pennis eius ſperabis ſcuto circundabit te veritas eius Secreta.

Sacrificiū quadrageſimalis initij ſolenniter immolamus te domine deprecantes: vt cum epularum reſtrictione carnaliū/a noxijs quoqꝫ voluptatibus temperemur. Per dominum noſtrū. Cōio. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: et ſub pennis eius ſperabis ſcuto circūdabit te veritas eius. Poſtcōio.

Qui nos dñe ſacramenti libatio ſancta reſtauret: & a vetuſtate purgatos: i miſterij ſalutaris faciat tranſire conſortium Per dominum. ¶ Feria ſecūda. Officiū.

Sicut oculi ſeruorū i manibus dñorū ſuorū: ita oculi noſtri ad dñm deū noſtrū donec miſereatur noſtri: miſerere nobis domine miſerere nobis. Ps. Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Oratio.

Conuerte nos de⁹ ſalutaris noſter: et vt ieiuniū quadrageſimale nobis ꝓficiat: mētes noſtras celeſtib⁹ inſtrue diſciplinis. Per dñm nrm. Memoria pro peccatis. Oratio. Exaudi q̄ſum⁹ dñe. quotidie dicat̄ in omni miſſa feriali ab hac die vſqꝫ ad cenā dñi cū aliis memorijs ſcilicet. Sancte dei genitricis. et Omnipotens ſempiterne deus qui viuoꝝ. alternis vicib⁹ ita quod feria ſcđa quarta et ſexta erit vltima. Oratio Sancte dei genitricis. & feria quarta quīta & ſabbato. erit vltima. Oratio. Omnipotēs ſempiterne de⁹ qui viuorum ¶ Lectō ezechielis ꝓphete. xxxiiij.

Hec dicit dñs deus. Ecce ego ipſe requirā oues meas: & viſitabo illas ſicut viſitat paſtor gregē ſuum: in die quādo fuerit in medio ouiū ſuarū diſſipatarū. Sic viſitabo oues meas: et liberabo eas de oībus locis in quibus diſperſe fuerant i die nubis & caliginis Et educā eas de populis: et ꝯgregabo eas de terris: & inducā eas in terrā ſuā Et paſcam eas in mōtib⁹ iſrael: in riuis et in cūctis ſedibus terre. In paſcuis vberrimis paſcam eas: et in montib⁹ excelſis iſrael erunt paſcue earū. Ibi requieſcent i herbis virētib⁹: et in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper mōtes iſrael. Ego paſcā oues meas: et eas accubare faciā dicit dñs. Quod perierat requirā: et quod abiectum fuerat reducam: et quod fractū erat alligabo: et quod infirmū erat conſolidabo: & quod pingue & forte cuſtodiā Et paſcā illas i iudicio et iuſticia: dicit dñs: omꝑs. Grad. Protector noſter aſpice deus: et reſpice ſuper ſeruos tuos. V. Domine de⁹ virtutum exaudi preces ſeruorum tuoꝝ.

¶ Secundum matheum. xxv.

In illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cum venerit filius hominis i maieſtate ſua et omnes angeli ei⁹ cū eo: tūc ſedebit ſuper ſedē maieſtatis ſue. Et ꝯgregabuntur ante eum oēs gētes: et ſeparabit eas abinuicē: ſicut paſtor ſegregat oues ab hedis Et ſtatuet oues quidē a dextris ſuis: hedos autem a ſiniſtris. Tūc dicet his qui a dextris ei⁹ erūt. Venite bñdicti patris mei: poſſidete paratū vobis regnū: a cōſtitutione mūdi. Eſuriui ei: & dediſtis michi māducare. Sitiui: & dediſtis michi bibere Hoſpes eram: et collegiſtis me. Nudus: et cooperuiſtis me. Infirmus: & viſitaſtis me. In carcere erā: & veniſtis ad me. Tunc reſpōdebunt ei iuſti dicentes. Dñe quando te vidimus eſurientem et pauimus: ſitientē et dedimus tibi potum? Quando autem te vidimus hoſpitem et collegimus te: aut nudū ⁊ cooperuimꝰ te? Aut quādo te vidimus infirmū ⁊ in carcere ⁊ venimus ad te? Et reſpondēs rex: dicet illis. Amen dico vobis: q̄diu feciſtis vni de his fratribꝰ meis minimis: michi feciſtis Tunc dicet ⁊ his qui a ſiniſtris eiꝰ erunt Diſcedite a me maledicti: in ignem eternum: qui preparatꝰ eſt dyabolo et āgelis eiꝰ. Eſuriui enī: et non dediſtis michi manducare. Sitiui: ⁊ nō dediſtis michi bibere. Hoſpes eram: ⁊ nō collegiſtis me. Nudus: et non operuiſtis me. Infirmus et ī carcere: ⁊ nō viſitaſtis me. Tunc reſpondebunt ⁊ ipſi: dicentes. Dn̄e quando te vidimꝰ eſurientē aut ſitientem: aut hoſpitem aut nudū/aut infirmū/vel in carcere: et nō miniſtrauimꝰ tibi? Tūc reſpondebit eis: dicens. Amē dico vobis: q̄diu non feciſtis vni de minoribus meis his: nec michi feciſtis. Et ibūt hi in ſupplicium eternum. Iuſti autem: in vitam eternam. Offertoriū. Leuabo oculos meos ⁊ conſiderabo mirabilia tua domine vt doceas me iuſticiam tuam da michi ītellectum vt diſcam mandata tua. Secreta.

Munera dn̄e oblata ſāctifica: noſq̄ a pctōrum noſtrorū maculis emūda. Per dominū noſtrū ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecum viuit et regnat. Cōmunio. Voce mea ad dominum clamaui ⁊ exaudiuit me de monte ſctō ſuo nō timebo milia populi circundantis me. Poſtcōio.

Salutaris tui domine munere ſatiati ſupplices exoramꝰ vt cuiꝰ letamur guſtu: renouemur effectu. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat. ⁋ Super populū.

Abſolue q̄ſumꝰ dn̄e noſtrorū vincula peccatorum ⁊ quicquid pro eis meremur propiciatus auerte. Per dn̄m nr̄m ieſum xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit et regnat.

⁋ Ab hac dn̄ica velū ſuſpēſum habeatur inter ſancta ſanctorum ⁊ clerum vſq̄ ad cenā dn̄i: nec abſtrahatur niſi dum legitur euāgeliū ⁊ ad eleuationem hoſtie: ⁊ ad proceſſionē.

⁋ Feria quarta et ſexta ⁊ in obitꝰ ad cōmendationē et ad miſſam tantum: ⁊ in dn̄icis ⁊ in aliīs feſtis nouem lectionū apponatur velum ad miſſam de feria: et tantū amoueat ad euange. et ad eleuationē hoſtie. ſicut in aliīs feriīs. In preſentia tamen prelati amoueatur velum ad Confiteor. ⁋ Feria tercia. Offiū.

Domine refugium factꝰ es nobis a generatione et progenie a ſeculo et in ſeculū tu es. ℣. Priuſq̄ mōtes fierēt aut formarerē terra et orbis: a ſeculo et in ſeculū tu es deꝰ. Oratio.

Reſpice dn̄e familiā tuā ⁊ preſta: vt apud te mens noſtra tuo deſiderio fulgeat: que ſe carnis maceratiōe caſtigat. Per dominū noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Qui. ⁋ Lectio yſaie prophete. lv.

In diebus illis. Locutus eſt yſaias ꝓpheta dicēs. Querite dn̄m dū inueniri poteſt: inuocate eum dū ꝓpe eſt. Derelinquat impius viā ſuam/et vir iniquus cogitatiōes ſuas: ⁊ reuertatur ad dn̄m et miſerebitur eius/et ad deum noſtrum: q̄m multus eſt ad ignoſcendum. Non enī cogitatiōes mee cogitationes veſtre: neq̄ vie mee vie veſtre: dicit dn̄s. Quia ſicut exaltātur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee a viīs veſtris: et cogitationes mee a cogitatiōibꝰ veſtris. Et quomodo deſcēdit ymber et nix de celo et illuc vltra nō reuertitur/ſed īebriat terrā et īfundit eā: et germinare rā facit: & dat ſemē ſerēti & panē comedēti: ſic erit verbū meū qđ egredieť de ore meo. Nō reuerteť ad me vacuū: ſed faciet quecūqꝫ volui: et proſperabitur in his ad que miſi illud. Ait dn̄s: omnipotens. Grada. Dirigatꝛ oratio mea ſicut incēſum in conſpectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū mearū ſacrificiū veſpertinum. ¶ Secūdum matheum. xxi.

IN illo tēpore. Cū intraſſet ieſus hieroſolimā: cōmota eſt vniuerſa ciuitas dicens. Quis eſt hic? Populi aūt dicebāt. Hic eſt ieſus ꝓpheta: a nazareth galilee. Et intrauit ieſus ī templū dei: & eijciebat oēs vendētes et emētes ī tēplo et mēſas nūmulariorꝫ & cathedras vendētiū colūbas euertit. Et dicit eis. Scriptū eſt: qꝛ domus mea domus orationis vocabiť. Vos autē feciſtis illā: ſpelūcā latronum. Et acceſſerūt ad eū ceci et claudi in tēplo: et ſanauit eos. Videntes autē prīcipes ſacerdotū & ſcribe mirabilia que fecit: & pueros clamātes in templo & dicentes / oſanna filio dauid: indignati ſunt / & dixerunt ei. Audis quid iſti dicunt? Ieſus autē dixit eis. Vtiqꝫ. Nunq̄ legiſtis qꝛ ex ore infantium et lactentium perfeciſti laudē? Et relictis illis abijt foras extra ciuitatē in bethaniam ibiqꝫ manſit. Et docebat eos: de regno dei. Offertoriū. In te domine ſperaui dixi tu es deus meꝰ in manibus tuis tempora mea. Secreta.

OBlatis queſumꝰ domine placare muneribus: et a cunctis nos defende periculis. Per. Cōio. Cum inuocarē te exaudiſti me deꝰ iuſticie mee in tribulatione dilataſti me: miſerere michi dn̄e et exaudi orationem meā. Poſtcōmunio.

QUeſumus omp̄s deus: vt illius ſalutaris capiamꝰ effectū cuius per hec myſteria. pignꝰ accepimus. Per do. ¶ Super populū.

AScendāt ad te dn̄e preces noſtre: et ab eccleſia tua cunctā repelle nequitiam. Per dominum noſtrū. ¶ Feria quarta. Officiū.

REminiſcere miſerationum tuarum domine et mīe tue que a ſeculo ſūt: ne vnq̄ dominēťur nobis inimici noſtri: libera nos deus iſrael ex omnibus anguſtijs noſtris. Ps. Ad te domine leuaui animā meā: deus meus in te confido non erubeſcam. Prima oratio. ſine Dn̄s vobiſcum Premiſſo tantum Oremus ꝛc. Flectamus genua leuate. Oratio.

PReces nr̄as q̄s dn̄e clemēter exaudi: et cōtra cūcta nobis aduerſātia dexterā tue maieſtatis extende. Per dn̄m noſtrum ieſum xp̄z filiū. ¶ Lectio lib. exodi. xxiiij.

IN diebus illis. Dixit dn̄s ad moyſen. Aſcēde ad me in mōtē: et eſto ibi. Daboqꝫ tibi duas tabulas lapideas: & legē ac mandata q̄ ſcripſi vt doceas filios iſrl̄. Surrexerunt moyſes et ioſue miniſter eius: aſcendenſqꝫ moyſes in montē dei ſenioribus ait. Expectate hic donec reuertamur ad vos. Habetiſ aaron et hꝛ vobiſcū: ſi quid natum fuerit queſtionis: referetis ad eos. Cūqꝫ aſcēdiſſet moyſes operuit nubes mōtem: et habitauit gloria domini ſuper ſynai: tegens illū nube ſex diebus. Septimo aūt die vocauit eū dominꝰ: de medio caliginis. Erat autem ſpecies glorie dn̄i quaſi ignis ardens ſuper verticē montis: in conſpectu filiorū iſrael. Ingreſſuſqꝫ moyſes mediū nebule: aſcendit in mōtē. Et fuit ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Gradale. Tribulationes cordis mei dilatate ſunt de neceſſitati bus meis eriſpe me dñe ℣. Vide humilitatē meā et laboꝛem meū: et dimitte omnia peccata mea. Graduale poſt verſum nō repetatur. Dñs vobiſcum. Et cū ſpiritu. Oꝛemus. Flectamus genua. Leuate. Oꝛatio.

Deuotionē populi tui domine queſumus benignus intende: vt qui per abſtinentiā macerantur in coꝛpoꝛe/ per fructū boni operis reficiantur in mente. Per dñm noſtrum. ¶ Et ſequantur memoꝛie. Lectio libꝛi. iij. regum. xix.

In diebus illis Venit helyas i berſebee iuda: et dimiſit ibi puerū ſuum: et perrexit in deſertū viam vnius diei. Cumq; veniſſet et ſederet ſubter vnam iuniperum petiuit anime ſue vt moꝛeretur: ⁊ ait Sufficit michi domine: tolle aīam meā. Neq; enim melioꝛ ſum: q̄ patres mei. Pꝛoiecitq; ſe: et obdoꝛmiuit in vmbꝛa iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit eum: et dixit illi. Surge: comede. Et reſpexit: et ecce ad caput ſuum ſubcinericius panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: ⁊ rurſum obdoꝛmiuit. Reuerſuſq; angelus domini ſecundo tetigit eum: dixitq; illi. Surge comede: grandis enim tibi reſtat via Qui cum ſurrexiſſet: comedit et bibit. Et ambulauit in foꝛtitudine cibi illiꝰ quadꝛaginta diebus ⁊ quadꝛaginta noctibus: vſq; ad montem dei oꝛeb. Tractus.

De neceſſitatibus meis eripe me dñe vide humilitatē meā et laboꝛem meū: et dimitte omnia pctā mea. ℣. Ad te dñe leuaui animā meam deus meus in te confido non erubeſcam: neq; irrideant me inimici mei. ℣. Etenim vniuerſi qui te expectant non cōfundentur confundantur oēs facientes mala ¶ Secundū matheū duodecimo.

In illo tēpoꝛe Acceſſerunt ad ieſum ſcribe et phariſei dicentes. Magiſter: volumus a te ſignū videre. Qui reſpōdēs: ait illis. Generatio mala ⁊ adultera ſignū querit ⁊ ſignū nō dabitur ei niſi ſignū ione pꝛophete. Sicut enim fuit ionas in vētre ceti tribus diebꝰ ⁊ tribus noctibus: ſic erit filius hominis in coꝛde terre tribꝰ diebus ⁊ tribus noctibꝰ. Viri niniuite ſurgēt in iudicio cum generatione iſta: et condemnabunt eam quia penitentiam egerūt in pꝛedicatione ione. Et ecce pluſq̄ ionas hic. Regina auſtri ſurget in iudicio cum generatione iſta/ et condemnabit eam: quia venit a finibꝰ terre audire ſapientiā ſalomonis. Et ecce pluſq̄ ſalomon hic. Cum autem immundus ſpiritꝰ exierit ab homine: ambulat per loca arida et inaquoſa/ querens requiem: et non inuenit. Tunc dicit. Reuertar in domū meam: vnde exiui. Et veniēs inuenit eam vacantē: ſcopis mundatam et oꝛnatā. Et tūc vadit/ et aſſumit ſeptem alios ſpiritꝰ ſecū nequioꝛes ſe: et ingreſſi habitāt ibi. Et fiūt nouiſſima hominis illiꝰ: peioꝛa pꝛioꝛibus. Sic erit ⁊ generationi huic peſſime. Adhuc eo loquente ad turbas: ecce mater eius et fratres ſtabāt foꝛis: querētes loqui ei. Dixit autem ei quidam. Ecce mater tua ⁊ fratres tui foꝛis ſtāt querētes te. At ille rñdens: dicēti ſibi ait. Que eſt mater mea: et q̄ ſūt fratres mei? Et extendens manū: in diſcipulos ſuos dixit. Ecce mater mea: et fratres mei. Quicūq; enim fecerit voluntatē patris mei qui in celis eſt: ipſe meꝰ frater ⁊ ſoꝛoꝛ ⁊ mater eſt. Offr. Meditaboꝛ i mādatis tuis q̄ dilexi valde et leuabo manꝰ meas ad mādata tua que dilexi. Secreta.

HOſtias tibi dñe placationis offerimꝰ: vt et delicta noſtra miſeratus abſoluas: et nutantia corda tu dirigas. Per dominum. Communio. Intellige clamorem meum intende voci orationis mee rex meus ⁊ deus meus quoniam ad te orabo domine. Poſtcommunio.

TUi nos domine perceptione ſacramenti et a noſtris mundemur occultis: et ab hoſtium liberemur inſidijs. Per dñm noſtrũ ieſum xp̄m filiũ tuũ. ¶ Suꝑ populũ.

MEntes noſtras queſumus domine lumine tue claritatis illuſtra: vt videre poſſimꝰ que agẽda ſunt: et que recta ſunt agere valeamus. Per dominũ noſtrũ ieſum chriſtũ. ¶ Feria quinta. Officiũ.

COnfeſſio et pulchritudo in conſpectu eius ſanctitas ⁊ magnificentia in ſanctificatione eius. p̄s. Cãtate domino canticum nouũ: cantate domino omnis terra. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deꝰ: qui nobis in obſeruatione ieiunij: et elemoſynarum largitione poſuiſti noſtrorum remedia peccatorũ: concede nos mente et corpore tibi ſemper eſſe deuotos. Per dominũ.

¶ Lectio ezechielis prophete.

IN diebus illis. Factꝰ eſt ſermo dñi: ad me dicens. Quid eſt quod inter vos parabolã vertitis in prouerbiũ iſtud in terra iſrael: dicentes. Patres noſtri comederũt vuam acerbã: et dentes filiorũ obſtupeſcunt? Viuo ego dicit dñs deꝰ: ſi erit vltra parabola hec i prouerbium in iſrael. Ecce oẽs anime mee ſunt. Ut ala patris ita et ala filij mea eſt. Anima que peccauerit: ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtꝰ et fecerit iudiciũ ⁊ iuſticiã in mõtibus non comederit: et oculos ſuos nõ leuauerit ad ydola domꝰ iſrael/ et vxorẽ proximi ſui nõ violauerit: ⁊ ad mulierẽ mẽſtruatã nõ acceſſerit: ⁊ hoĩez nõ cõtriſtauerit: pignꝰ debitori reddiderit: ꝑ vi nichil rapuerit: panẽ ſuũ eſurienti dederit: ⁊ nudũ operuerit veſtimẽto: ad vſurã nõ cõmodauerit: et ãplius nõ acceperit: ab ĩiquitate auerterit manum ſuã: iudiciũ verũ fecerit inter virũ ⁊ virũ: in p̄ceptis meis ambulauerit: et iudicia mea cuſtodierit vt faciat veritatẽ: hic iuſtus eſt: et vita viuet. Ait dñs: om̄ps. Grada. Cuſtodi me domine vt pupillã oculi: ſub vmbra alarum tuarum protege me. ℣. De vultu tuo iudicium meũ prodeat oculi tui videant equitatem. ¶ Secũdum iohannẽ. viij.

IN illo tẽpore. Dicebat ieſus ad eos qui crediderunt ei ex iudeis. Si mãſeritis i ſermõe meo: vere diſcipuli mei eritis. Et cognoſcetis veritatẽ: ⁊ veritas liberabit vos. Reſponderũt ei iudei. Semen abrahe ſumꝰ: et nemini ſeruiuimꝰ vnq̄. Quomodo tu dicis quia liberi eritis? Reſpõdit eis ieſꝰ. Amẽ dico vobis quia omnis qui facit peccatũ: ſeruus eſt peccati. Seruꝰ autem non manet in domo ineternũ: filius autẽ manet ineternũ. Si ergo filius vos liberauerit: vere liberi eritis. Scio qꝛ filij abrahe eſtis ſed queritis me ĩterficere: quia ſermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem meũ hec loquor: et vos q̄ vidiſtis apud patrẽ veſtrũ facitis. Reſpõderũt iudei: ⁊ dixerũt ei. Pater noſter: abrahã eſt. Dixit eis ieſus. Si filij abrahe eſſetis: oꝑa abrahe faceretis. Nũc autẽ queritis me interficere: hominẽ qui veritatem locutus ſum vobis: quã audiui a deo. Hoc abrahã non fecit. Uos facitis oꝑa patris veſtri

Dixerūt ergo ei. Nos ex fornicatione non ſumus nati: vnū patrē habemus deum. Dixit ergo eis ieſus. Si deus pater veſter eſſet: diligeretis vtiq; me. Ego enim ex deo proceſſi ⁊ veni. Neq; enim a meipſo veni: ſed ipſe me miſit. Quare loquelam meā non cognoſcitis? Qui non poteſtis audire ſermonem meum. Vos ex patre dyabolo eſtis et deſideria patris veſtri vultꝫ facere. Ille homicida fuit ab initio: ⁊ ī veritate nō ſtetit / quia nō eſt veritas ī eo. Cum loquitur mendacium ex ꝓprijs loquitur: quia mendax eſt et pater eius. Ego autem qui veritatem dico: non creditis michi. Si veritatem dico: quare non creditis michi? Qui eſt ex deo: verba dei audit. Offertorium. Immittit angelus domini in circuitu timentium eū et eripiet eos guſtate ⁊ videte quoniam ſuauis eſt dñs. Secre.

Concede queſumus omnipotens deus: vt huius ſacrificij munus oblatum: fragilitatem noſtram ab omni malo purget ſemper et muniat. Per dominū. Cōio. Panis quem ego dedero: caro mea eſt pro ſeculi vita. Poſtcōmunio.

Tuorum nos dñe queſumus largitate donorum: et tēporalib⁹ attolle p̄ſidijs: ⁊ renoua ſempiternis. Per dñm. Sup populū.

Auerte q̄ſumus dñe iram tuā propiciatus a nobis: et facinora noſtra quibus īdignationem tuam prouocamus expelle. Per dominum. ¶ Feria ſexta. Officium.

De neceſſitatib⁹ meis eripe me domine vide humilitatem meam et laborem meū et dimitte oīa peccata mea. Pſalm⁹. Ad te domine leuaui animam meam: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

Eſto domine propicius plebi tue et quam tibi facis eſſe deuotam: benigno refoue miſeratus auxilio. Per dñm noſtrū ieſū xp̄m.

¶ Lectio ezechielis prophete. i.

Hec dicit dñs de⁹. Anima que peccauerit: ipſa morietur. Filius nō portabit iniquitatē patris et pater nō portabit īiquitatē filij. Iuſticia iuſti ſup eū erit: ⁊ īpietas impij ſup eū erit. Si aūt īpius egerit penitentiā ab omnib⁹ peccatis ſuis que operatus eſt: ⁊ cuſtodierit vniuerſa p̄cepta mea et fecerit iudiciū et iuſticiā vita viuet et nō morietur: oīm iniquitatū eius quas operatus eſt: nō recordabor. In iuſticia ſua quā operatus eſt: viuet. Nunquid volūtatis mee eſt mors impij: dicit dñs deus ⁊ nō vt cōuertatur a vijs ſuis et viuat? Si autē auerterit ſe iuſt⁹ a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatem ſecūdum omnes abhominationes quas operari ſolet impius: nūquid viuet? Omnes iuſticie eius quas fecerat: nō recordabuntur. In preuaricatione qua preuaricat⁹ eſt: et in omni peccato ſuo quod peccauit: in ipſis morietur. Et dixiſtis. Non eſt equa via dñi. Audite ergo domus iſrael. Nūquid via mea nō eſt equa: et non magis vie veſtre praue ſunt? Cū enī auerterit ſe iuſt⁹ a iuſticia ſua ⁊ fecerit iniquitatē: morietur ī ea. In iniuſticia ſua quā operatus eſt: morietur. Et cum auerterit ſe impius ab impietate ſua quā operat⁹ eſt: ⁊ fecerit iudicium et iuſticiā: ipſe animam ſuā viuificabit. Conſiderās enim et auertens ſe ab omnib⁹ iniquitatib⁹ ſuis quas operatus eſt: vita viuet / et nō morietur. Dicit dominus: omnipotēs. Grada. Saluū fac ſeruum tuū deus me⁹ ſperātē ī te. V. Aurib⁹ p̄cipe dñe orationem meam. ¶ Secundū iohānem.

IN illo tempore: Erat dies feſtus iudeoꝝ: et aſcendit ieſꝰ hieroſolimā. Eſt aūt hieroſolimis probatica piſcina: que cognominatur hebꝛaice bethſaida: quiqꝫ poꝛticus habens. In his autē iacebat multitudo magna languentiū: cecoꝛum / claudoꝝ / aridoꝛū expectātium aque motum. Angelꝰ autem dñi ſecundū tempus deſcēdebat in piſcinam: et mouebatur aqua. Et qui pꝛimus deſcendiſſet ī piſcinam poſt motionem aque: ſanꝰ fiebat a quacūqꝫ detinebatur infirmitate. Erat autē quidam homo ibi triginta et octo annos habēs: in infirmitate ſua. Hunc cum vidiſſet ieſꝰ iacentē / ⁊ cognouiſſet quia iam multum tempꝰ haberet: dicit ei. Vis ſanꝰ fieri? Reſpōdit lāguidus. Dñe hominē non habeo: vt cum turbata fuerit aqua mittat me ī piſcinā. Dum venio enī ego: alius ante me deſcēdit. Dixit ei ieſꝰ. Surge / tolle grabatū tuū: ⁊ ambula. Et ſtatim ſanus factꝰ eſt homo: et ſuſtulit grabatū ſuū / et ābulabat. Erat autē ſabbatū: in illo die Dicebant ergo iudei: illi q̄ ſanꝰ fuerat. Sabbatum eſt: nō licet tibi tollere grabatū tuum. Reſpondit. Qui me ſanū fecit: ille michi dixit. Tolle grabatum tuū: et ambula. Interrogauerunt ergo eū. Quis eſt homo ille qui dixit tibi tolle grabatū tuū: et ambula? Is aūt qui ſanꝰ fuerat effectꝰ: neſciebat quis eſſet. Ieſꝰ autem declinauit a turba: cōſtituta ī loco. Poſtea inuenit eum ieſus ī tēplo: ⁊ dixit illi. Ecce ſanꝰ factꝰ es: iā noli peccare: ne deteriꝰ tibi aliquid cōtingat. Abijt ille homo / et nūciauit iudeis quia ieſus eſſet: q̄ fecit eum ſanum. Offertoꝛium. Benedic ala mea dño: et noli obliuiſci oēs retributioēs eiꝰ: et renouabit ſicut aq̄le iuuētꝰ tua. Secreta.

SUſcipe queſumꝰ domine munera noſtris oblata ſeruitijs: et tua pꝛopicius dona ſanctifica. Per dominum noſtrum ieſum chꝛiſtum. Cōmuuio. Erubeſcant ⁊ conturbentur omnes inimici mei auertantur retroꝛſum ⁊ erubeſcāt valde velociter. Poſtommunio.

PEr huius dñe operationem myſterij: ⁊ vicia noſtra purgentur et iuſta deſideria compleātur. Per dñm. ¶ Super populum.

EXaudi nos miſericoꝛs deus: ⁊ mentibꝰ noſtris gratie tue lumen oſtende. Per dñm noſtrum ieſū xp̄m. ¶ Sabbato. Officium.

INtret oꝛatio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuam ad precē meam dñe. ℣. Dñe deus ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coꝛā te. Nō dicitur Dominus vobiſcū Ad oīones niſi ad vltimā ante epiſtolā ſcilicet. Deꝰ qui tribꝰ pueris. ad quā tantum tacet. Flectamus genua. ſed pꝛemiſſo Oꝛemus. ⁊ Flectamꝰ genua: in alijs oꝛationibus ſubiūgat pꝛeſbiter oꝛatonem. Oꝛatio.

POpulū tuū q̄s dñe ꝓpiciꝰ reſpice: atqꝫ ab eo flagella tue iracūdie: clemēter auerte. Per do.

¶ Lectio libꝛi deuteronomij. xxvi.

IN diebus illis. Locutus eſt moyſes ad dñm dicens. Reſpice dñe de ſāctuario tuo: et de excelſo celoꝛū hītaculo. Et bñdic populo tuo iſrael: ⁊ t̄rā quam dediſti nobꝫ ſicut iuraſti patribꝰ noſtris: t̄rā lacte et melle manātē. Audi iſrael hodie dñs deus tuus p̄cipit tibi: vt facias mādata eius atqꝫ iudicia ⁊ cuſtodias ⁊ ipleas ex toto coꝛde tuo: et ex tota anima tua. Dñm elegiſti hodie vt ſit tibi deꝰ: et ambules in vijs eius et cuſtodias cerimonias illius et mãdata atq; iudicia: et obedias eiꝰ ĩperio. Et dñs elegit te hodie vt ſis ei populus peculiarꝫ: ſicut locutꝰ eſt tibi ⁊ cuſtodias oĩa precepta eiꝰ: et faciat te excelſiorem cũctꝫ gẽtibus quas creauit in laudem et nomẽ et gloriã ſuam. Ut ſis populus ſãctus dñi dei tui ſicut locutus eſt tibi. Gradale. Protector noſter aſpice deus et reſpice ſuper ſeruos tuos. V. Domine deus virtutum exaudi preces ſeruorũ tuorum. Nullum. Gradale repetatur poſt verſum. Oratio.

Deus qui nos in tantis periculis conſtitutos pro humana ſcis fragilitate non poſſe ſubſiſtere: da nobꝫ ſalutem mẽtis et corporis vt ea q̃ ꝓ peccatis noſtris patimur: te adiuuãte vĩcamus. Per dñm. ¶ Lectio libri deuterono. xi.

In diebꝰ illis. Dixit moyſes filijs iſrael. Si cuſtodieritis mãdata que ego precipio vobis ⁊ feceritis ea: vt diligatis dominũ deum veſtrum: ⁊ ambuletis in oĩbus vijs eius adherentes ei: diſperdet dominus omnes gentes iſtas ante faciem veſtram/ et poſſidebitis eas q̃ maiores ⁊ fortiores vobꝫ ſũt. Oĩs locus quẽ calcauerit pes veſter: veſter erit. A deſerto ⁊ libano ⁊ flumĩe magno euphrate: vſq; ad mare occidẽtale: erũt t̃mini veſtri. Nullꝰ ſtabit cõtra vos. Terrorem veſtrũ et formidinẽ dabit dñs deꝰ veſter ſup oẽm terrã quã calcaturi eſtis: ſicut locutꝰ eſt vobꝫ dñs deus veſter. Gradale. Propicius eſto domine peccatis nr̃is neqñ dicant gentes vbi eſt deus eorum. V. Adiuua nos deꝰ ſalutarꝫ nr̃: et ꝓpt honorẽ noĩs tui dñe libera nos. Or.

Protector noſter aſpice deus vt qui malorũ noſtrorũ pondere ꝓmimur: ꝑcepta miſa libera tibi mẽte famulemur. Per dñm no. ¶ Lectio libri machabeorum. ij. i.

In diebus illis. Orationẽ faciebãt ſacerdotes dum offerrẽt ſacrificiũ pro populo iſrael: ionata ĩchoãte ceteris aũt reſpõdẽtibus ⁊ dicẽtibꝰ. Bñfaciat vobis deus ⁊ meminerit teſtamẽti ſui qđ ad abrahã et yſaac ⁊ iacob locutus eſt ſeruorũ ſuorũ fideliũ. Et det vobꝫ cor oĩbꝰ vt colatis eũ: et faciatꝫ eiꝰ voluntatẽ. Adaperiat cor veſtrũ ĩ lege ſua et ĩ ꝑceptis ſuis: et faciat pacem. Exaudiat orationes veſtras ⁊ recõcilietur vobꝫ: nec vos deſerat in tempore malo dominus deus veſter. Gradale. Dirigatur oratio mea ſicut ĩcenſum in cõſpectu tuo domĩe. V. Eleuatio manuum mearum ſacrificium veſpertinũ. Oro.

Adeſto dñe queſumus ſupplicationibus noſtris: vt eſſe te largiente mereamur ⁊ ĩter proſpera humiles: et ĩter aduerſa ſecuri. Per dñm. Lectio lib. ſapiẽtie. xxvi.

Miſerere nr̃i deꝰ oĩm et reſpice nos: et oſtende nobis lucẽ miſerationũ tuarũ. Et immitte timorem tuũ ſup gentes q̃ nõ exquiſierunt te: et cognoſcãt qꝛ nõ eſt deus niſi tu vt enarrẽt magnalia tua Alleua manũ tuã ſuper gẽtes alienas: vt videãt potẽtiã tuã. Sicut enĩ in cõſpectu eorũ ſãctificatꝰ es ĩ nobis: ſic ĩ cõſpectu noſtro magnificaberis ĩ illis. Ut cognoſcãt te ſicut ⁊ nos cognouimꝰ: qm̃ nõ eſt deus ꝑter te dñe. Innoua ſigna: et immuta mirabilia. Glorifica manũ: et brachiũ dextrũ. Excita furorẽ ⁊ effũde irã. Extolle aduerſariũ: ⁊ afflige inimicũ. Feſtina tẽpus: et memẽto finis. Ut enarrent vniuerſa mirabilia tua: domine deꝰ noſter. Gradale. Saluum fac populum tu um domine: et benedic hereditati tue. Verſꝰ. Ad te domine clamabo deus meus ne ſileas a me: et ero ſimilis deſcendētibꝰ ĩ lacū. Oratio.

Preces populi tui q̄s dn̄e clemēter exaudi: vt qui iuſte ꝓ peccatis nr̄is affligimur: ꝓ tui nominis gloria miſericorditer liberemur. Per do. Lec. daniel. ꝓphe.iij.

Angelus domini deſcēdit cū azaria ⁊ ſocijs eius in fornacem: et excuſſit flammā ignis de fornace: et fecit mediū fornacis quaſi ventū roris flantē. Flāma autē diffuſa eſt ſuꝑ fornacē cubitis quadragita nouē: et ĩcēdit quos repit iuxta fornacē de caldeis miniſtros regis q̄ eā incendebāt. Et nō tetigit eos omnino ignis neqꝫ cōtriſtauit nec quicq̄ moleſtie ĩtulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabant et glorificabāt et bn̄dicebāt deū ĩ fornace: dicētes. Bn̄dictus es dn̄e deus patrū noſtroꝝ: et laudabilꝫ ⁊ ſuperexaltatꝰ ĩ ſecula. Et benedictū nomē glorie tue ſanctū: et laudabile et ſuperexaltatū in oībus ſeculis. Bn̄dictꝰ es ĩ tēplo ſctō glorie tue: et ſuꝑlaudabilis et ſuꝑglorioſꝰ in ſecula. Bn̄dictꝰ es in throno regni tui et ſuperlaudabilis et ſuperexaltatus ĩ ſecula. Bn̄dictꝰ es q̄ intueris abiſſos ⁊ ſedes ſuꝑ cherubī: et laudabilis et ſuperexaltatus ĩ ſecula. A duobus cantoribus. Tractus.

Benedictus es ĩ firmamento celi: et laudabilis et glorioſꝰ in ſecula. Chorus. Benedictus. V. Benedicite omnia opera dn̄i dn̄o: bn̄dicite celi dn̄o: bn̄dicite angeli domini domino. Chorꝰ. Hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eū ĩ ſecula. Vꝰ. Bn̄dicite aq̄ que ſuꝑ celos ſūt dn̄o bn̄dicite oēs virtutes dn̄i domino bn̄dicite ſol ⁊ luna dn̄o Hymnū di. V. Benedicite ſtelle celi dn̄o benedicite ymber ⁊ ros dn̄o: benedicite oēs ſpiritus dei dn̄o. hymnū dicite. V. Benedicite ignis ⁊ eſtus dn̄o: benedicite noctes ⁊ dies dn̄o: benedicite tenebre et lumen dn̄o: hymnū dicite. Vꝰ. Bn̄dicite frigꝰ et cauma domino: bendicite pluina et niues dn̄o: bn̄dicite fulgura ⁊ nubes dn̄o hymnū di. V. Benedicat terra dn̄m bn̄dicite montes ⁊ colles domino: bn̄dicite oīa naſcētia terre domio. hymnū dicite. V. Bn̄dicite maria ⁊ et flumina domino: bn̄dicite fōtes dn̄o: bn̄dicite cete et oīa que mouētur in aq̄s domino. hymnū dicite. V. Benedicite volucres celi dn̄o: benedicite beſtie et vniuerſa pecora domino: benedicite filij hominum dn̄o. hymnū di. V. Bn̄dicat iſrl' dn̄o bn̄d ſacerdotes dn̄i dn̄o: bn̄d ſerui dn̄i dn̄o: hymnū dicite. V. Bn̄dicite ſpūs ⁊ aīe iuſtoꝝ dn̄o: bn̄dicite ſctī et humiles corde dn̄o: hymnū dicite. V. Bn̄dicite anania azaria miſael dn̄o: hymnū dici. Repetat ymꝰ. V. Bn̄dictꝰ es ĩ firmamēto. Finito vero tractu remoueat' veliū: nec iterū apponat' durāte miſſa mēorie nō fiāt poſt collectā Deꝰ q̄ tribꝰ. ſcilicꝫ vbi fiūt ordies. alibi āt fiāt mō. ſicut ĩ alijs ſabbatꝫ. xl. nec dr̄. Flectamꝰ genua. ad illā collectā. nec or. ſuꝑ pplꝫ. Idē ordo ſeruet' ad Sitiētes vbi ordies fiūt. ſeq̄t. Dn̄s vo. Oremꝰ. ſine Flectamꝰ genua. Or.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas igniū concede ꝓpicius: vt nos famulos tuos nō exurat flāma viciorū. Per dn̄m noſtrū. ¶ Ad theſſalonicēſes ii. v.

Fratres. Rogamus vos corripite inquietos: conſolamini puſillanimes: ſuſcipite ĩfirmos patiētes eſtote ad oēs Videte ne q̄s malū ꝓ malo alicui reddat: ſed ſemper q̄d bonū eſt ſectamini ĩ ĩuicē ⁊

in oēs Semper gaudete: ſine intermiſſione orate: in oībꝰ grãs agite. Hec eſt enī volūtas dei ī xp̄o ieſu: ⁊ in oībꝰ vobis. Spiritū nolite extinguere: ꝓphetias nolite ſpnere Oīa aūt probate qđ bonū eſt tenete: ab oī ſpecie mala abſtinete vos. Ipſe aūt deus pacis ſanctificet vos per oīa: vt integer ſp̄us veſter et aīa et corpꝰ ſine q̄rela in die aduētus dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ſeruetur. Tractus.

Laudate dominū omnes gentes: et collaudate eum omnes populi. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: et veritas dn̄i manet in eternum.

¶ Secundum matheum. nono.

In illo tēpore. Aſſumpſit ieſꝰ petrū et iacobum et iohannē fratrē eiꝰ: et duxit illos in mōtē excelſū ſeorſū: et trāſfiguratꝰ eſt ãte eos Et reſplēduit facies eius ſicut ſol: veſtimēta aūt eiꝰ facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerūt illis moyſes ⁊ helyas: cū eo loq̄ntes Reſpondēs aūt petrꝰ: dixit ad ieſū Dn̄e: bonū eſt nos hic eſſe. Si vis: faciamꝰ hic tria tabernacula Tibi vnū / moyſi vnū: et helye vnū. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obūbrauit eos. Et ecce vox de nube dicens. Hic eſt filius meus dilectꝰ in quo michi bene cōplacuit: ipſum audite. Et audiētes diſcipuli ceciderūt ī faciē ſuā: et timuerūt valde Et acceſſit ieſus ⁊ tetigit eos dixitq; illis. Surgite: nolite timere. Leuantes autē oculos ſuos: neminē viderunt niſi ſolum ieſum. Et deſcendētibus illis de mōte: precepit eis ieſus dicens Nemini dixeritis viſionem: donec filius hominis a mortuis reſurgat. Offertoriū. Domine deꝰ ſalutis mee in die clamaui et nocte corā te ītret oratio mea in cōſpectu tuo domine. Secreta.

Preſentibꝰ ſacrificijs dn̄e noſtra ieiunia ſanctifica: vt qđ obſeruãtia nr̄a ꝓfitet extrīſecꝰ: interius operet. Per. Cōio. Dn̄e deꝰ meꝰ in te ſperaui libera me ab oībꝰ ꝑſequētibꝰ me et eripe me. Poſtcō.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus ⁊ vicia noſtra curentur: et remedia nobis eterna prouenīãt. Per dominū. ¶ Oratio ſuper populū non dicitur. ¶ Dn̄ica ſecūda quadrageſime. Officiū.

Reminiſcere miſeratignum tuarum domine: et mīe tue que a ſeculo ſūt ne vnq̄ dominētur nobis inimici noſtri: libera nos deus iſrael ex oībꝰ anguſtijs noſtris. ps. Ad te dn̄e leuaui animã meã: deus meus in te confido non erubeſcam. Oratio.

Deus q̄ conſpicis oī nos virtute deſtitui interius exteriꝰq; cuſtodi: vt et ab oībꝰ aduerſitatibꝰ muniamur in corpore: ⁊ a prauis cogitationibꝰ mūdemur in mēte. Per dn̄m. ¶ Ad theſſalonic. iiij.

Fratres. Rogamꝰ vos et obſecramus in dn̄o ieſu: vt quēadmodū accepiſtis a nobis quomodo vos oporteat ambulare et placere deo: ſic et ambuletis vt abundetis magis Scitis enī que precepta dederim vobis: per dominū ieſum Hec eſt enim voluntas dei ſanctificatio veſtra: vt abſtineatis vos a fornicatione: vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum ſuum vas poſſidere in ſanctificatione et honore. Nō in paſſione deſiderij: ſicut et gentes que ignorant deum. Et ne quis ſupergrediatur neq; circumueniat in negocio fratrem ſuum: quoniam vindex eſt dominus de his omnibus ſicut prediximus vobis: et teſtificati ſumus. Non enim vocauit nos deus in immundiciam: ſed in ſanctificationẽ. In chriſto ieſu: dño nr̃o. Grad. De neceſſitatibꝰ meis erue me dñe vide hũilitatẽ meã ⁊ laboꝛẽ meũ ⁊ dimitte oĩa pctã mea. V. Ad te domine leuaui animam meã deꝰ meꝰ i te ꝯfido nõ erubeſcã neq̃ irrideant me inimici mei. Tractꝰ.

Dixit dñs mulieri cananee: nõ eſt bonum ſumere panẽ filioꝝ ⁊ mittere canibꝰ ad mãducandũ. V. At illa dixit: etiã dñe nam et catelli edũt de micis q̃ cadũt de mẽſa dñoꝝ ſuoꝝ. V. Ait illi ieſus o mulier magna eſt fides tua fiat tibi ſicut petiſti. Secundũ matheum. xv.

In illo tẽpoꝛe. Egreſſus ieſꝰ de genezareth: receſſit i ptes tyꝛi ⁊ ſydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egreſſa clamauit dicẽs ei. Miſerere mei dñe: fili dauid filia mea male a demonio vexatur. Qui nõ reſpõdit ei verbum. Et accedẽtes diſcipli eiꝰ: rogabãt eũ dicẽtes. Dimitte eã: qꝛ clamat poſt nos. Ipſe autẽ reſpõdens ait. Nõ ſum miſſꝰ niſi ad oues: que perierũt domus iſrael. At illa venit: et adoꝛauit eum dicens. Dñe: adiuua me. Qui reſpõdens ait. Non eſt bonum ſumere panem filioꝛum: et mittere canibus At illa dixit. Etiã dñe. Nam et catelli edunt de micꝫ que cadunt de menſa dominoꝛum ſuoꝛum. Tunc reſpondens ieſꝰ ait illi. O mulier: magna eſt fides tua Fiat tibi: ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius: ex illa hoꝛa. Offertoꝛium. Meditaboꝛ in mandatis tuis que dilexi valde: ⁊ leuabo manꝰ meas ad mandata tua q̃ dilexi. Secreta.

Sacrificiis pꝛeſentibꝰ dñe queſumus intende placatus: vt et deuotioni noſtre ꝑficiãt: et ſaluti. Per dñm nr̃m ieſũ xp̄m filium. Cõio. Intellige clamoꝛẽ meũ. itẽde voci oꝛationis mee rex meꝰ ⁊ deus meus qm̃ ad te oꝛabo dñe. Poſtcõ.

Supplices te rogamus omnipotẽs deus: vt quos tuis reficis ſacramẽtis: tibi etiã placitis moꝛibus dignanter deſeruire cõcedas. Per. ¶ Feria ſcḋa. Officium.

Redime me dñe et miſerere mei: pes enim meus ſtetit in via recta: in eccleſiis benedicam dominum. Ps. Iudica me domĩe quoniam ego i innocẽtia mea ingreſſus ſũ: et in dño ſperãs nõ infirmaboꝛ. Or.

Preſta queſumus omnipotẽs deus: vt familia tua q̃ ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinet: ſectando iuſticiam: a culpa ieiunet. Per dominum noſtrum.

¶ Lectio danielis pꝛophete. nono

In diebꝰ illis. Oꝛauit daniel dicẽs. Dñe deus noſter q̇ eduxiſti populũ tuum de terra egypti i manu foꝛti ⁊ feciſti tibi nomẽ ſcḋꝫ diem hanc. Peccauimꝰ: iniq̇tatẽ fecimꝰ dñe in oẽm iuſticiã tuã. Auertatur obſecro ira tua et furoꝛ tuꝰ a ciuitate tua hieruſalẽ: et a mõte ſctõ tuo. Propter pctã eni noſtra et iniq̇tates patrũ noſtroꝝ: hieruſalẽ et populus tuꝰ in oppꝛobriũ ſunt: oĩbus per circuitũ noſtrũ. Nũc ergo exaudi deꝰ noſter oꝛationem ſerui tui ⁊ pꝛeces eiꝰ: et oſtẽde faciẽ tuã ſuper ſanctuariũ tuum quod deſertum eſt. Propter temetipſũ ĩclina deꝰ meꝰ aurẽ tuã ⁊ audi: aperi oculos tuos ⁊ vide deſolationẽ noſtrã et ciuitatẽ ſuper quã inuocatũ eſt nomẽ tuũ. Neq̃ enim in iuſtificationibus noſtris pꝛoſternim̃ p̄ces ante faciẽ tuã: ſed in miſerationibus tuis multis Exaudi dñe placare dñe: attẽde et fac. Ne moꝛeris ꝓpter temetipſum deus meus: qꝛ nomen tuum iuocatum eſt ſuper ciuitatem ⁊ ſuper populum tuum: dñe deus noſter. Graduale. Adiutoꝛ meus et liberatoꝛ meus eſto domine: ne tardaveris. verſus. Confundātur et revereantur inimici mei qui querunt animam meam.

¶ Secundum iohannem octavo.

IN illo tēpoꝛe. Dixit ieſꝰ turbis iudeoꝛum. Ego vado et q̄retis me: et ī peccato veſtro moꝛiemini. Quo ego vado: vos non poteſtis venire. Dicebāt ergo iudei. Nunq̄d īterficiet ſemetipſū: qꝛ dicit quo ego vado vos non poteſtis venire? Et dicebat eis. Vos de deoꝛſum eſtis: ego de ſupius ſum. Vos de mundo hoc eſtis: ego nō ſum de hoc mundo. Dixi ergo vobꝫ: quia moꝛiemini in peccatis veſtris. Si enim non credideritis qꝛ ego ſum: moꝛiemini in peccato veſtro. Dicebant ergo ei. Tu quis es? Dixit eis ieſus. Pꝛīcipium: qui ⁊ loquoꝛ vobis. Multa habeo de vobꝫ loqui ⁊ iudicare: ſed qui miſit me verax eſt. Et ego q̄ audivi ab eo hec loquoꝛ ī mundo. Et nō cognoverunt: quia de patre eis dicebat. Dixit ergo eis ieſꝰ. Cum exaltaveritis filiū hoīs tunc cognoſcetis qꝛ ego ſum. Et a meip̄o facio nichil ſed ſicut docuit me pater: hec loquoꝛ. Et q̄ me miſit mecum eſt: et nō reliquit me ſolum. Quia ego que placita ſunt ei: facio ſemper. Offertoriū. Benedicam dominum qui michi tribuit īntellectum pꝛovidebam deum in cōſpectu meo ſēper: quoniā a dextris eſt michi ne commovear. Secreta.

HEc hoſtia dn̄e placationis ⁊ laudis tua nos pꝛopiciatione dignos efficiat. Per dn̄m. Cōio. Dn̄e dn̄s nr̄ q̄ admirabile eſt nomē tuum in univerſa terra. Poſtcōio.

HEc nos communio domine purget a crimine: et celeſtis remedij faciat eſſe cōſoꝛtes. Per dominum noſtrū. Super populum.

ADeſto ſupplicationibus noſtris omnipotens deꝰ: et quibus fiduciam ſperande pietatis indulges cōſuete miſericoꝛdie tribue benignꝰ effectum. Per dominū no.

¶ Feria tertia. Officium.

TIbi dixit coꝛ meum queſivi vultum tuum: vultum tuum domine requiram ne avertas faciem tuam a me. Ps. Dominus illuminatio mea: ⁊ ſalus mea quem timebo. Oratio.

PErfice queſumus dn̄e benignus in nobis obſervantie ſācte ſubſidium: ut que te auctoꝛe facienda cognovimus: te opitulāte impleamus. Per dn̄m noſtrum.

¶ Lectio libri regum. iiij. xvij.

IN diebus illis Factus eſt ſermo dn̄i ad helīā theſbiten dicens. Surgē ⁊ vade ī ſareptā ſydonioꝝ: et manebis ibi. Pꝛecepi enī ibi mulieri vidue ut paſcat te. Surrexit helias: et abijt ī ſareptā. Cumq̄ veniſſet ad poꝛtā civitatis: apparuit ei mulier vidua colligēs ligna et vocavit eā dixitq̄ ei. Da michi paululū aque ī vaſe: ut bibā. Cumq̄ illa ꝑgeret ut afferret: clamavit poſt tergū eius dicens. Affer michi obſecro et bucellam panis: ī manu tua. Que reſpōdit. Vivit dn̄s deꝰ tuus qꝛ non habeo panē niſi quantum pugillꝰ capere poteſt farine ī ydꝛia: et paululū olei ī lechito. En colligo duo ligna: ut īgrediar ⁊ faciā illud michi ⁊ filio meo ut comedamus ⁊ moꝛiamur. Ad quam helyas ait. Noli timere ſed vade ⁊ fac ſicut dixiſti Verūtamē michi pꝛimū fac de ipſa farinula ſubcinericiū panem parvulū: et affer ad me. Tibi autē ⁊ filio tuo: facies poſtea. Hec aūt dicit dn̄s deꝰ iſrael. Ydꝛia farine nō deficiet/ nec lechitꝰ olei mi nuet: vſqꝫ ad diē ī qua daturus eſt dñs pluuiā: ſuꝑ faciē terre. Que abijt et fecit iuxta verbū helie: ⁊ comedit ipſe et illa et domus ei⁹. Et ex illa die hydria farine nō defecit: et lechitus olei nō eſt īminut⁹: iuxta verbum dñi quod locutus eſt: ī manu helye. Gradale. Jacta cogitatum tuum in domino: et ipſe te enutriet. verſus. Dum clamarem ad dominum exaudiuit vocē meā. ab his qui appropinquant michi.

¶ Secundum matheum. xxiij.

In illo tēpore. Locutus eſt ieſus ad turbas et ad diſcipulos ſuos dicēs. Suꝑ cathedrā moyſi ſederūt ſcribe et phariſei. Oīa ergo quecūqꝫ dixerint vobꝫ: ſeruate et facite. Secundū vero opera eorū nolite facere. Dicunt eni et nō faciūt. Alligāt eni onera grauia et importabilia/ ⁊ īponūt ī humeros hominū: digito autē ſuo nolūt ea mouere. Oīa aūt opera ſua faciūt: vt videātur ab hominib⁹. Dilatant enim philateria ſua: et magnificāt fimbrias. Amant eni primos accubitus ī cenis: ⁊ primas cathedras ī ſynagogis: et ſalutationes ī foro: et vocari ab hominib⁹ rabbi. Vos autē: nolite vocari rabbi/ vn⁹ eſt enim magiſter veſter. Oēs autem vos: fratres eſtis. Et patrē nolite vocare vobis ſuper terrā: vnus eſt eni pater veſter q̄ in celis eſt. Nec vocemini magiſtri: q2 magiſter veſter vnus eſt xp̄s. Qui maior eſt veſtrū: erit miniſter veſter. Qui aūt ſe exaltauerit: humiliabitur. Et q̄ ſe humiliauerit: exaltabit̄. Offer. Miſerere michi domīe ſecūdū magnam miſericordiam tuam dele domine iniquitatē meam. Secreta. Sanctificationē tuam nobis domine his myſterijs placat⁹ operare q̄ nos et a terrenis purget vicijs: et ad celeſtia regna perducat. Per dominū. Cōmunio. Narrabo omnia mirabilia tua letabor et exultabo in te pſallā nomini tuo altiſſime. Poſtcommunio. Ut ſacris dñe reddamur digni munerib⁹: fac nos tuis queſumus obedire mandatis. Per dñm. ¶ Super populum. Oratio. Propiciare dñe ſupplicationibus noſtris: et animarum noſtrarū medere languorib⁹: vt remiſſione percepta in tua ſemper benedictione letemur Per dñm nrm̄.

¶ Feria quarta. Officium.

Ne derelinquas me domine deus me⁹ ne diſcedas a me intende in adiutoriū meū domine virtus ſalutꝫ mee. ps. Dñe ne ī furore tuo arguas me neqꝫ in ira tua corripias me. Orō. Populum tuū q̄s dñe propicius reſpice: et quos ab eſcis carnalib⁹ precipis abſtinere: a noxijs quoqꝫ vicijs ceſſare concede. Per dñm. ¶ Lectio libri heſter. vi.

In dieb⁹ illis. Orauit heſter ad dñm: dicens. Domine deus rex omnipotens in ditione tua cuncta ſūt poſita: et nō eſt qui poſſit reſiſtere volūtati tue. Si decreueris ſaluare nos: cōtinuo liberabimur. Tu enim dñe feciſti celum et terrā: et quicquid celi ābitu continet̄. Dñs omnium tu es: nec eſt q̄ reſiſtat maieſtati tue. Et nūc dñe rex regum deus abraham miſerere populo tuo: quia volūt nos inimici noſtri perdere et hereditatē tuā delere. Ne deſpicias partē quā redemiſti tibi ex egypto: ſed exaudi deprecationem noſtrā et ꝓpici⁹ eſto ſorti ⁊ funiculo hereditatꝫ tue. Et conuerte luctū noſtrū ī gaudium: vt viuētes laudemus nomē tuum dñe. Et ne perdas ora canētium te:

domine deus noster. Graduale. Saluū fac populum tuū domine et benedic hereditati tue. Vꝰ. Ad te dn̄e clamabo deus meus ne ſileas a me et ero ſimilis deſcendentibus in lacum. ❡ Secundum matheum.

IN illo tēpore. Aſcēdēs ieſus hieroſolimā aſſūpſit duodeci diſcipulos ſuos ſecreto: et ait illis. Ecce aſcēdimꝰ hieroſolimā: et filius hoīs tradetur principibꝰ ſacerdotū et ſcribis: ⁊ cōdēnabunt eum morte. Et tradent eū gētibꝰ ad illudendū et flagellandū et crucifigendū. Et tertia die reſurget. Tunc acceſſit ad eū mater filioꝝ zebedei cū filijs ſuis: adorās ⁊ petēs aliqd ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait illi. Dic vt ſedeant hi duo filij mei: vnꝰ ad dexterā tuā / et vnus ad ſiniſtrā in regno tuo Reſpōdēs autē ieſus: dixit. Neſcitis qd petatꝭ. Poteſtis bibere calicē quē ego bibiturꝰ ſum? Dicūt ei Poſſumꝰ. Ait illis Calicē quidem meū bibetis: ſedere aūt ad dexterā meā ⁊ ad ſiniſtrā: nō eſt meum dare vobis: ſed quibus paratū eſt a patre meo. Et audiētes decem indignati ſunt: de duobꝰ fratribꝰ. Ieſus aūt vocauit eos ad ſe: et ait illis. Scitis qr principes gētiū dominātur eorū: et qui maiores ſunt poteſtatē exercent in eos. Non ita erit inter vos. Sed quicūqꝫ voluerit īter vos maior fieri: ſit veſter miniſter. Et qui voluerit īter vos primus eſſe: erit veſter ſeruꝰ. Sicut filius hominis non venit miniſtrari: ſed miniſtrare Et dare animam ſuā: redēptionē pro multis. Offer. Ad te leuaui animā meā deus meꝰ i te cōfido nō erubeſcā neqꝫ irrideāt me inimici mei: etenī vniuerſi q te expectāt nō ꝯfundentur. Secreta.

HOſtias qs dn̄e quas tibi offerimꝰ ꝓpicius reſpice: ⁊ ꝑ hec ſctā cōmercia vincula peccatoꝝ noſtroꝝ abſolue. Per dn̄m. Cōmunio. Iuſtꝰ dn̄s et iuſticias dilexit equitatem vidit vultus eius. Poſtcōmunio.

SUmptis domine ſacramētis ad redemptionis eterne queſumus proficiamus augmentum. Per dominū. ❡ Super populum.

DEus innocentie reſtitutor ⁊ amator caſtitatis dirige ad te tuorum corda ſeruorū: vt ſpiritus tui feruore cōcepto: et in fide inueniātur ſtabiles: ⁊ in opere efficaces. Per do. ❡ Feria. v. Officium.

DEus in adiutorium meū intende: dn̄e ad adiuuādum me feſtina: confundantur ⁊ reuereantur inimici mei qui querunt animā meā. Ps. Auertantur retrorſum et erubeſcāt: qui volunt michi mala. Oratio.

PReſta nobis queſumꝰ domine auxilium gratie tue: vt ieiunijs et orationibus conuenienter intenti: liberemur ab hoſtibus mentis et corporis. Per dn̄m noſtrum. ❡ Lectio hieremie prophete. xvi.

HEc dicit dn̄s deus. Maledictus homo qui ꝯfidit i hoīe: et ponit carnē brachiū ſuū: ⁊ a dn̄o recedit cor eius. Erit enī quaſi mirice in deſerto et non videbit cum venerit bonū: ſꝫ habitabit i ſiccitate in deſerto: in terra ſalſuginis ⁊ ihabitabili. Bn̄dictus vir qui cōfidit i dn̄o: et erit dn̄s fiducia eiꝰ. Et erit tanq̄ lignū quod trāſplantat ſuper aquas: quod ad humorē mittit radices ſuas: et nō timebit cum venerit eſtus. Et erit foliū eius viride ⁊ i tpe ſiccitatis nō erit ſollicitū: nec aliquādo deſinet facere fructum. Prauū eſt cor hominis ⁊ inſcrutabile: qs cognoſcet illud? Ego dn̄s ſcrutās cor et probans renes: qui do vnicuiqꝫ iuxta viam ſuam:

et iuxta fructũ adinuentionũ ſuarũ. Dicit dñs: omp̃s. Grada. Propicius eſto dñe peccatis noſtris ne quãdo dicant gentes vbi eſt deꝰ eorũ. Adiuua nos deꝰ ſalutaris nr̃: et propter honorẽ nõis tui dñe libera nos. ¶ Secundũ iohannem. v.

IN illo tẽpore. Dixit ieſꝰ turbis iudeorum. Non poſſum ego a meipſo facere quicquã: ſed ſicut audio iudico/ ⁊ iudiciũ meũ iuſtum eſt: qꝛ nõ quero voluntatẽ meã ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Si ego teſtimoniũ perhibeo de meipſo teſtimoniũ meũ non eſt verũ. Aliꝰ eſt qui teſtimoniũ perhibet de me: et ſcio qꝛ verũ eſt teſtimoniũ eiꝰ qđ perhibet de me. Vos miſiſtis ad iohannẽ: et teſtimoniũ ꝑhibuit veritati. Ego autẽ nõ ab homine teſtimoniũ accipio: ſed hec dico vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardẽs et lucẽs: vos aũt voluiſtis ad horã exultare in lucẽ eius. Ego autẽ habeo teſtimoniũ maiꝰ iohãne. Opera enĩ que dedit michi pater vt perficiam ea ipſa opera q̃ ego facio teſtimoniũ perhibent de me: qꝛ pater me miſit. Et qui miſit me pater: ipſe teſtimoniũ perhibet de me. Neq; vocem eius vnq̃ audiſtis: neq; ſpeciẽ eius vidiſtis. Et verbũ eius nõ habetis in vobis manẽs: quia quẽ miſit ille huic vos nõ creditꝭ. Scrutamini ſcripturas ĩ quibꝰ putatis vos vitã eternã habere: et ille ſunt que teſtimoniũ perhibẽt de me. Et non vultis venire ad me: vt vitam habeatis Claritatẽ ab hominibus nõ accipio ſed cognoui vos: qꝛ dilectionem dei non habetis in vobis. Ego veni in nõie patris mei: et nõ ſuſcepiſtis me. Si alius venerit in nõie ſuo: illũ accipietis. Quomodo poteſtis vos credere qui gloriã abinuicẽ accipitis: et gloriã que a ſolo deo eſt nõ queritis? Nolite ergo putare: qꝛ ego accuſaturꝰ ſum vos apud patrẽ. Eſt qui vos accuſat moyſes: ĩ quo vos ſperatis. Si enim crederetis moyſi: crederetis forſitan et michi. De me enim ille ſcripſit. Si autem illiꝰ litteris nõ creditꝭ: quomodo verbis meis credetis. Offertoriũ. Precatꝰ eſt moyſes in conſpectu dñi dei ſui ⁊ dixit: precatus eſt moyſes in ꝯſpectu dñi dei ſui et dixit. quare dñe iraſceris ĩ pplõ tuo: ꝑce ire animi tui memẽto abrahã yſaac et iacob q̃bus iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac et mel ⁊ placatꝰ factꝰ ẽ dñs de malignitate quã dixit facere populo ſuo. Secreta.

PReſẽti ſacrificio nomini tuo nos domĩe ieiunia dicata ſãctificent: vt quod obſeruantia noſtra profitetur exterius: interius operetur effectu. Per. Cõmunio. Qui manducat carnem meam ⁊ bibit ſanguinẽ meum in me manet et ego in eo dicit dñs. Poſtcõmunio.

GRatia tua nos queſumꝰ dñe nõ derelinquat: q̃ et ſacre nos deditos faciat ſeruituti: et tuã nobis opem ſemper acquirat. Per dominum noſtrũ. ¶ Super populũ.

ADeſto domine famulis tuis et perpetua dona largire poſcentibus vt his q̃ te auctore et gubernatore gloriãtur: et cõgregata reſtaures: et reſtaurata conſerues Per dñm. ¶ Feria ſexta. Officiũ.

EGo autem cum iuſticia apparebo in conſpectu tuo ſatiabor dũ manifeſtabitur gloria tua. Pſalmꝰ. Exaudi domine iuſticiam meã: intende deprecationem meam. Oratio.

DA q̃s op̃s deus vt ſacro nos purificãte ieiunio: ſinceris mẽtibꝰ ad ſctã ventura facias peruenire Per. Lctõ li. geneſis. xxxvi.

IN diebus illis: Dixit ioſeph fratribꝰ ſuis. Audite ſomniū meū qd̄ vidi. Putabam ligare nos manipulos ī agro: & quaſi cōſurgere manipulū meū & ſtare: veſtroſq; manipulos circunſtantes adorare manipulū meū. Reſponderūt frēs eiꝰ Nunqd̄ rex nr̄ eris: aut ſubijciemur ditioni tue? Hec ergo cauſa ſōnioꝝ atq; ſermonū: inuidie et odij fomitem miniſtrauit. Aliud quoq; vidit ſomniū qd̄ narrans fratribꝰ ait. Vidi per ſomnū quaſi ſolē & lunam et ſtellas vndeci adorare me. Quod cū patri ſuo et fratribꝰ retuliſſet: increpauit eū pat̄ et ait. Quid ſibi vult hoc ſomniū quod vidiſti? Nū ego & mater tua et fratres tui adorabimꝰ te ſup t̄rā? Inuidebāt igit̄ ei fratres ſui: pat̄ vero rē tacitus cōſiderabat. Cumq; fratres illius ī paſcēdis gregibus patris morarētur ī ſichē: dixit ad eum iſrael. Fratres tui paſcunt oues in ſichimis: veni mittā te ad eos. Quo reſpōdēte preſto ſū: ait. Vade et vide ſi cūcta proſpera ſint erga fratres tuos & pecora: et renūcia michi qd̄ agatur. Miſſꝰ de valle hebron: venit in ſichē. Inuenitq; eū vir errātem in agro: & interrogauit qd̄ quereret. At ille reſpōdit. Fratres meos quero: īdica michi vbi paſcunt greges. Dixitq; ei vir. Receſſerūt de loco iſto audiui enī eos dicētes. eamꝰ ī dothaym. Perrexit ergo ioſeph poſt fratres ſuos: & īuenit eos in dothaym. Qui cū vidiſſent eum procul āteq̄ accederet ad eos: cogitauerūt illū occidere et mutuo loq̄bātur. Ecce ſomniator venit: venite occidamus eū: et mittamus eū ī ciſternā veterē: dicemuſq; fera peſſima deuorauit eū. Et tūc apparebit: quid illi proſint ſōnia ſua. Audiens autem hoc ruben: nitebatur liberare eum de manibus eoꝝ et dicebat. Nō interficiamus animā eius: nec effundamus ſanguinem: ſed proijcite eum ī ciſternam hanc que eſt in ſolitudine: manuſq; veſtras ſeruate īnoxias. Hoc autē dicebat: volens eū eripere de manibꝰ eoꝝ: et reddere patri ſuo. Grad. Ad dominum cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Verſus. Domine libera animam meam a labijs iniquis: et a lingua doloſa.

¶ Secundum matheum .xxi.

IN illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis et turbis iudeoꝝ. Homo quidā erat paterfamilias q̄ plantauit vineam et ſepem circumdedit ei. et fodit ī ea torcular et edificauit turrī: et locauit eā agricolis: et peregre ꝓfectꝰ eſt. Cum aūt tēpus fructuū appropiquaſſet: miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperēt fructus eius. Et agricole apprehēſis ſeruis eius aliū ceciderūt aliū occiderūt aliū vero lapidauerunt. Iterū miſit alios ſeruos plures prioribꝰ: et fecerūt illis ſimiliter. Nouiſſime aūt: miſit ad eos filium ſuū dicēs. Verebūtur filium meū. Agricole autē vidētes filium dixerunt intra ſe. Hic eſt heres. Venite occidamus eū: et habebimꝰ hereditatem eius. Et apprehēſum eū eiecerūt extra vineā: et occiderūt. Cū ergo venerit dn̄s vinee: quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet et vineā ſuam locabit alijs agricoliꝫ: qui reddāt ei fructum tēporibus ſuis. Dicit illis ieſus. Nūq̄ legiſtis in ſcripturis: lapidem quē reprobauerūt edificantes: hic factꝰ eſt in caput anguli: a dn̄o factum eſt iſtud et eſt mirabile in oculis noſtris? Ideo dico vobiꝫ qꝛ auferetur a vobis regnum dei & dabitur gēti facienti fructꝰ eiꝰ. Et qui ceciderit ſuꝑ lapidē iſtū: cōfrigetur. Suꝑ quē vero ceciderit cōteret eum. Et cū audiſſēt p̄ncipes ſacerdotū ⁊ phariſei parabolas eiꝰ: cognouerunt ꝙ de ipſis diceret Et querentes eum tenere: timuerunt turbas. Quoniam ſicut ꝓphetā: eum habebant. Offertorium Dn̄e in auxiliū meum reſpice ꝯfundantur ⁊ reuereantur qui querunt animā meam vt auferant eā. Secreta.

Hec in nobis ſacrificia domine deus et actione permaneant: et operatione firmentur. Per dominum. Cōmunio. Tu domine ſeruabis nos ⁊ cuſtodies nos a generatione hac ineternū. Poſtcōio.

Hac nos domie accepto pignore ſalutis eterne ſic tendere congruenter: vt ad eam peruenire poſſimꝰ. Per dn̄z. Suꝑ populum.

Da queſumꝰ dn̄e populo tuo ſalutē mentis et corporis: vt bonis operibꝰ inherēdo: tue ſempͤ virtutis mereatur protectione defendi. Per dn̄z. ¶ Sabbato. Offm̄.

Lex dn̄i irreprehēſibilis conuertens animas teſtimonium dei fidele ſapiētiam preſtās paruulis. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera manuū eius annunciat firmamentū. Or.

Da queſumus dn̄e noſtris effectum ieiunijs ſalutarem: vt caſtigatio carnis aſſumpta: ad noſtrarū vegetationē tranſeat aīarū. Per. ¶ Lectiō libri geneſis. xxvij.

In diebꝰ illis. Dixit rebeca filio ſuo iacob. Audiui patrem tuū loquētē cū eſau fratre tuo: ⁊ dicētē ei. Affer michi de venatiōe tua et fac cibos vt comedā: ⁊ bn̄dicā tibi corā dn̄o anteq̄ moriar. Nūc ergo fili mi acquieſce cōſilijs meꝭ: et pergens ad gregē affer michi duos edos optimos vt faciā ex eis eſcas patri tuo: q̄bꝰ libēter veſcitur: quas cū intuleris et comederit benedicat tibi priuſq̄ moriat̄. Cui ille rn̄dit. Noſti: qḋ eſau frater meus homo piloſꝰ ſit: et ego lenis? Si attrectauerit me pater meꝰ ⁊ ſēſerit: timeo ne putet ſibi me voluiſſe illudere ⁊ inducat ſuꝑ me maledictionē ꝓ bn̄dictione. Ad quem mat̄. In me ſit ait iſta maledictio fili mi tantū audi vocē meā et pergens affer que dixi. Abijt ⁊ attulit deditq̄ matri Parauit illa cibos ſicut velle nouerat patrē illiꝰ: ⁊ veſtibꝰ eſau valde bonis quas apud ſe domi habebat induit eū. Pelliculaſq̄ edoꝝ circūdedit manibꝰ ⁊ colli nuda protexit: deditq̄ pulmentū ⁊ panes quos coxerat tradidit Quibꝰ illatis dixit: pater mi. At ille reſpondit. Audio. Quis es tu fili mi? Dixitq̄ iacob. Ego ſum eſau primogenitꝰ tuus: feci ſicut p̄cepiſti michi. Surge: ſede ⁊ comede de venatiōe mea vt bn̄dicat michi aīa tua. Rurſūq̄ yſaac ad filiū ſuū Quomodo inquit tam cito inuenire potuiſti fili mi Qui reſpōdit: volūtas dei fuit: vt cito occurreret michi quod volebā. Dixitq̄ yſaac. Accede huc vt tangā te fili mi: et probē vtrum tu ſis filiꝰ meus eſau aut non. Acceſſit ille ad patrem ⁊ palpato eo dixit yſaac. Vox quidē vox iacob eſt: ſed manꝰ: manꝰ ſunt eſau. Et nō cognouit eū q2 piloſe manus ſimilitudinem maioris expreſſerant. Benedicens ergo illi: ait. Tu es filius meꝰ eſau. Reſpondit. Ego ſum. At ille. Affer michi īquit cibos de venatione tua fili mi: vt benedicat tibi anima mea Quos cū oblatos comediſſet obtulit ei etiā ⁊ vinū. Quo hauſto dixit ad eum. Accede ad me: et da michi oſculū fili mi. Acceſſit ⁊ oſculatꝰ ē eū. Statimq̄ vt ſenſit veſtimētoꝝ illi⁹ fragrãtiã: bñdicẽs illi ait. Ecce odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri pleni: cui bñdixit dñs. Det tibi de⁹ de roꝛe celi ⁊ de pĩguedine terre habũdãtiã frumẽti vini ⁊ olei et ſeruiãt tibi populi et adorẽt te trib⁹. Eſto dñs fratrũ tuoꝝ: ⁊ icuruẽtur ante te filij matrꝫ tue. Qui maledixerit tibi ſit ille maledict⁹: ⁊ q̇ benedixerit tibi bñdictionib⁹ repleat̃. Vix yſaac ſermonẽ impleuerat: ⁊ egreſſo iacob foꝛas venit eſau Coctoſq̃ de venatione cibos ĩtulit patri: dicẽs. Surge pater mi: et comede de venatione filij tui vt benedicat michi aĩa tua Dixitq̃ illi yſaac Quis enim es tu? Qui reſpõdit. Ego ſũ fili⁹ tu⁹ pꝛimogenitus eſau. Expauit yſaac ſtupoꝛe vehemẽti et vltra q̃ credi poteſt admirãs ait. Quis igitur ille eſt: qui dudũ captã venationẽ attulit michi: ⁊ comedi ex oĩbus priuſq̃ tu venires? Bñdixiq̃ ei: et erit bñdict⁹. Auditis eſau ſermonibus patris: irrugijt clamoꝛe magno: et conſternatus ait. Benedic etiã et michi: pater mi. Qui ait Venit germanus tuus fraudulenter: et accepit bñdictionẽ tuã At ille ſubiũxit. Iuſte vocatũ eſt nomẽ ei⁹ iacob ſupplãtauit enĩ me: en altera vice. Pꝛimogenita mea ante tulit: et nunc ſecũdo ſurripuit bñdictionem meã. Rurſũq̃ ad patrẽ Nũquid nõ reſeruaſti ait ⁊ michi benedictionem? Reſpõdit ei yſaac Dñm tuũ illũ ꝯſtitui ⁊ oẽs fratres ei⁹ ſeruituti illi⁹ ſubiugaui. Frumẽto ⁊ vino ſtabiliui eũ ⁊ tibi poſt hec fili mi vltra q̇d faciã? Cui eſau Nũ vnã inquit tãtum bñdictionẽ habes pater? Michi quoq̃ obſecro vt bñdicas. Cũq̃ eiulatu magno fleret: motus yſaac: dixit ad eum. In pĩguedine terre ⁊ in roꝛe celi de ſuper: erit bñdictio tua. Gradale.

Bonum eſt confiteri dño ⁊ pſallere nomini tuo altiſſime. ℣. Ad annunciandũ mane miam tuam et veritatẽ tuã per noctẽ. ¶ S. lucã. xv.

IN illo tp̃e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis Homo q̇dã habuit duos filios et dixit adoleſcentioꝛ ex illis pr̃i. Pater da michi poꝛtionẽ ſubſtãtie: q̇ me contingit. Et diuiſit illꝫ ſubſtãtiã. Et nõ poſt multos dies: congregatis oĩbus: adoleſcẽtioꝛ filius peregre pfect⁹ eſt ĩ regionẽ lõginquã: et ibi diſſipauit ſubſtãtiã ſuã viuẽdo luxurioſe. Et poſtq̃ oĩa conſũmaſſet: fctã eſt fames valida ĩ regiõe illa: ⁊ ipſe cepit egere. Et abijt et adheſit vni ciuiũ regionis illi⁹: et miſit illũ ĩ villam ſuam: vt paſceret poꝛcos. Et cupiebat implere vẽtrẽ ſuum de ſiliquis quas poꝛci manducabant: ⁊ nemo illi dabat. In ſe aũt reuerſ⁹ dixit. Quanti mercẽnarij in domo pr̃is mei abundãt panibus: ego autem hic fame pereo. Surgã ⁊ ibo ad patrẽ meũ: et dicã illi. Pater peccaui in celũ ⁊ coꝛã te: iam nõ ſum dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹. Fac me: ſicut vnũ de mercẽnarijs tuis. Et ſurgens: venit ad patrẽ ſuũ. Cum autem adhuc lõge eſſet: vidit illum pater ipſius et mĩa motus eſt. Et accurrẽs cecidit ſuper collũ ei⁹: ⁊ oſculat⁹ eſt eum. Dixitq̃ ei fili⁹. Pater peccaui in celum ⁊ coꝛam te: ⁊ iam nõ ſum dignus vocari filius tu⁹. Dixit autẽ pater: ad ſeruos ſuos. Cito pꝛoferte ſtolam pꝛimam et induite illum: ⁊ date anulũ in manũ ei⁹ et calciamẽta ĩ pedes. Et adducite vitulum ſaginatũ: ⁊ occidite ⁊ mãducemus et epulemur: qꝛ hic fili⁹ meus moꝛtu⁹ erat ⁊ reuixit: perierat ⁊ inuẽtus eſt. Et ceperũt epulari Erat autem filius eius ſenioꝛ in agro. Et cum veniret et appꝛopinquaret domui: audiuit symphoniā et chorum. Et vocauit vnum de seruis: et interrogauit q̄ hec essēt. Isqꝫ dixit illi. Frater tuus venit: ⁊ occidit pater tuꝰ vitulum saginatū: quia saluum illū recepit. Indignatus est autē: et nolebat itroire. Pater vero illius egressus cepit rogare illū. At ille respōdēs: dixit patri suo. Ecce tot ānis seruio tibi: ⁊ nūq̄ mandatum tuū preteriui ⁊ nunq̄ dedisti michi edū vt cum amicis meis epularer. Sed postq̄ hic filiꝰ tuus q̄ deuorauit substantiā suā cū meretricibꝰ venit: occidisti ei vitulum saginatū. At ip̄e dixit illi. Fili tu semper mecum es: ⁊ oīa mea tua sūt. Epulari aūt ⁊ gaudere oportebat qr frater tuꝰ hic mortuꝰ fuerat et reuixit. Perierat: et inuētus est. Offertoriū. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam ī morte nequando dicat inimicus meꝰ preualui aduersus eum. Secreta.

His sacrificijs dñe q̄s concede placatus vt qui proprijs oramꝰ absolui delictis: nō grauemur externis. Per dominū. Cōmunio. Oportet te fili gaudere quia frater tuus mortuus fuerat ⁊ reuixit perierat et inuētꝰ est. Postcōmunio.

Sacramenti tui dñe diuina libatio penetralia nostri cordis infundat ⁊ sui participes potēter efficiat. Per. Super populum.

Familiam tuam q̄s dñe continua pietate custodi vt que in sola spe gratie celestis innitit: celesti etiā protectione muniatur. Per dominum ¶ Dominica. tertia. xl.

Oculi mei semp̄ ad dominū qr ipse euellet de laqueo pedes meos: respice in me et miserere mei: quoniam vnicus: ⁊ pauper sū ego. Ps. Ad te dñe leuaui animā meam: deus meus in te confido nō erubescam. Oratio.

Quesumꝰ omnipotēs deꝰ vota hūiliū respice: atqꝫ ad defensionē nostrā dexterā tue maiestatꝭ extēde. Per do. ¶ Ad ephesios. ix.

Fratres. Estote imitatores dei sicut filij carissimi et ambulate in dilectione: sicut ⁊ christꝰ dilexit nos ⁊ tradidit semetipsū p̄ nobis oblationē et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immūdicia aut auaricia: nec nominetur ī vobis: sicut decet sctōs. Aut turpitudo aut stultiloquiū aut scurrilitas que ad rē non pertinet: sꝫ magis gratiarum actio. Hoc autem scitote itelligentes quod omnis fornicator aut immundus aut auarus q̄d est ydolorum seruitus: non habet hereditatē in regno xp̄i et dei. Nemo vos seducat: inanibꝰ verbꝭ. Propter hec enim venit ira dei: in filios diffidētie. Nolite ergo effici p̄ticipes eorū. Eratis enim aliq̄n tenebre nūc autē lux in dño: vt filij lucis ambulate. Fructꝰ enī lucis est in oī bonitate: et iusticia et veritate. Grad. Exurge domine non preualeat homo iudicentur gētes in conspectu tuo. Vsus. In conuertendo inimicum meum retrorsum infirmabuntur ⁊ perient a facie tua. Tractus.

Ad te leuaui oc̄los meos qui habitas ī celis. ℣. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dñorū suorū. ℣. Et sicut oculi ancille ī manibꝰ dñe sue. Vsꝰ. Ita oculi nr̄i ad dñm deū nostrū donec misereat̄ nostri. ℣. Miserere nobis domine miserere nobꝭ. ¶ Secūdū lucā. xi.

In illo tp̄e. Erat iesus eijciēs demoniū: et illud erat mutū. Et cū eiecisset demoniū locutꝰ est mutus ⁊ admirate sūt turbe. Quidā aūt ex eis dixerūt. In beelzebub ꝑcipe demonioꝝ: eiicit demonia. Et alii tentātes: ſignum de celo q̄rebant ab eo. Ipſe autē vt vidit cogitationes eoꝝ: dixit eis. Omē regnū in ſeipſum diuiſum deſolabit᷑: ⁊ domus ſupra domū cadet. Si autē et ſathanas in ſeipſū diuiſus eſt: quō ſtabit regnū ipſi⁹ qꝛ dicitis in beelzebub eiicere me demonia. Si autē ego ī beelzebub eiicio demonia filii veſtri in quo eiiciūt? Ideo ipſi iudices veſtri erūt. Porro ſi ī digito dei eiicio demonia: ꝑfecto ꝑuenit in vos regnū dei. Cū autē fortis armat⁹ cuſtodit atriū ſuū: ī pace ſūt ea q̄ poſſidet. Si autē fortior illo ſuperueniēs vicerit eū: vniuerſa arma ei⁹ auferet in q̄bus ꝯfidebat: et ſpolia ei⁹ diſtribuet. Qui nō eſt mecū: aduerſum me eſt. Et q̄ nō colligit mecū: diſpergit. Cū immūdus ſpiritus exierit ab hoīe: ambulat ꝑ loca inaquoſa: querens requiē et non inueniens dicit. Reuertar ī domū meā vnde exiui. Et cum venerit: inuenit eā vacantē: ſcopis mūdatā et ornatam. Et tūc vadit et aſſumit alios ſpūs ſecū nequiores ſe: ⁊ ingreſſi habitant ibi. Et ſunt nouiſſima hoīs illius: peiora prioribus. Factū eſt autē cū hec diceret: extollens vocē q̄dā mulier de turba dixit illi. Beatus vēter q̄ te portauit: et vbera q̄ ſuxiſti. At ille dixit. Quinimo: beati qui audiūt verbū dei: et cuſtodiūt illud. Offertorium. Iuſticie dñi recte letificātes corda: et dulciora ſuper mel et fauū: nam et ſeruus tu⁹ cuſtodiet ea. Secreta.

Hec hoſtia q̄s dñe emūdet noſtra delicta: ⁊ ad ſacrificiū celebrādū ſubditoꝝ tibi corpora mētesq̧ ſanctificet. Per. Cōio. Paſſer inuenit ſibi domū ⁊ turtur nidum vbi reponat pullos ſuos altaria tua dñe virtutum rex meus ⁊ deus meus: beati q̄ habitāt in domo tua in ſecła ſecłi laudabūt te. Poſtcōio.

A Cunctis nos dñe reatibus ⁊ periculis propiciatus abſolue quos tanti myſterii tribuis eſſe ꝑticipes. Per do. ¶ Feria .v. Offi.

In deo laudabo vbū in dño laudabo ſermonē ī deo ſperaui: nō timebo quid faciat michi homo. ℣ Miſerere mei deus quoniam conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me. Oratio.

Cordibus noſtris q̄s dñe graciam tuā benign⁹ infunde: vt ſicut ab eſcis corporalib⁹ abſtinem⁹ ita quoq̧ ſenſ⁹ noſtros a noxiis retrahamus exceſſibus. Per dominum.

¶ Lectio libri regum quarti .v.

In diebus illis. Naamā princeps militie regis ſyrie: erat vir magn⁹ corā dño ſuo et honoratus. Per illū enī dedit dñs ſalutem ſyrie. Erat autē vir fortis et diues ſed leproſus. Porro de ſyria egreſſi fuerant latrunculi: et captiuam duxerant de terra iſrael puellam paruulā: que erat in obſequio vxoris naamā. Que ait ad dñam ſuā. Utinam fuiſſet dñs meus ad prophetā qui eſt in ſamaria: ꝑfecto curaſſet eum a lepra quā habet. Ingreſſus eſt itaq̧ naamā ad dñm ſuū: et nunciauit ei dicēs. Sic et ſic locuta eſt puella: de terra iſrael. Dixitq̧ ei rex ſyrie. Uade ⁊ mittā litteras: ad regē iſrael. Qui cū profectus eſſet et tuliſſet ſecū decē talēta argēti et ſex milia aureos ⁊ decē mutatoria veſtimētoꝝ detulit litteras ad regē iſrł in hec verba. Cū acceperis epiſtolam hanc ſcito q̄ miſerim ad te naamā ſeruū meū: vt cures eū a lepra ſua. Cumq̧ legiſſet rex iſrł litteras: ſcidit veſtimēta ſua dicēs. Nū q̄d de⁹ ego ſū vt occidere poſſim et viuificare: qꝛ iſte miſit ad me vt curē hoīem a lepꝛa ſua? Aīaduertite ⁊ videte: quot occaſiōes ꝗrat aduerſū me. Quō cū audiſſet heliſe⁹ vir dei ſcidiſſe videlicet regē iſrł veſtimenta ſua: miſit ad eū dicēs. Cur ſcidiſti veſtimēta tua? Veniat ad me: ⁊ ſciat ꝓphetam eſſe in iſrael. Venit ergo naamā cū equis et currib⁹: et ſtetit ad hoſtiū dom⁹ heliſei. Miſit qꝫ ad eū heliſeus nūciū ſuū dicens Vade ⁊ lauare ſepties ī ioꝛdane: et recipiet ſanitatē caro tua: atqꝫ mūdaberis. Iratus naamā: recedebat dicens. Putabā quod egrederetur ad me: et ſtās inuocaret nomē dñi dei ſui et tāgeret manu ſua locum lepꝛe et curaret me. Nūquid nō melioꝛes ſunt abana et pharphar fluuij damaſci oībus aquis iſrael: vt lauer in eis et munder? Cum ergo vertiſſet ſe et abiret indignans: acceſſerunt ad eum ſerui ſui: ⁊ locuti ſunt ei. Pater: ⁊ ſi rē grandē dixiſſet tibi ꝓpheta: certe facere debueras. Quāto magis qꝛ nūc dixit tibi lauare et mundaberis. Deſcendit ergo ⁊ lauit ī ioꝛdane ſepties iuxta ſermonē viri dei: ⁊ reſtituta ē caro ei⁹ ſicut caro pueri paruuli: et mūdatus eſt a lepꝛa. Reuerſuſqꝫ ad virū dei cū vniuerſo comitatu ſuo: venit et ſtetit coꝛā eo et ait. Vere ſcio ꝙ non ſit alius deus in vniuerſa terra: niſi tantum dñs deus iſrael. Gradale. Deus vitam meā annunciaui tibi poſuiſti lachꝛymas meas in conſpectu tuo. ꝟ⁹. Miſerere michi domine quoniam conculcauit me homo tota die bellās tribulauit me. ¶ Secūdum lucam. iiij.

In illo tēpoꝛe. Dixerūt phariſei ad ieſum. Quanta audiuimus facta in capharnaū: facet hic in patria tua. Ait aūt. Amē dico vobis: quia nemo pꝛopheta acceptus eſt ī patria ſua In veritate dico vobis: qꝛ multe vidue erāt ī dieb⁹ helie in iſrael quādo clauſum eſt celū annis trib⁹ et menſib⁹ ſex cū facta eſſet fames magna ī omni terra: et ad nullā earū miſſ⁹ eſt helyas niſi in ſareptā ſydonie: ad mulierem viduā. Et multi lepꝛoſi erāt ī iſrł ſub heliſeo pꝛopheta: et nemo eoꝛū mūdatus eſt niſi naamā ſyꝛus. Et repleti ſunt oēs in ſynagoga ira: hec audiētes. Et ſurrexerūt ⁊ eiecerūt eū extra ciuitatē ⁊ duxerūt illū vſqꝫ ad ſupercilium mōtis ſuper quem ciuitas illoꝝ erat edificata: vt pꝛecipitarent eū. Ipſe autē tranſiēs per mediū illoꝛū ibat. Offertoꝛiū. Exaudi deus oꝛationē meā: intende in me et exaudi me. Secreta.

Mun⁹ quod tibi dñe noſtre ſeruitutis offerimus: tu ſalutare nobis perfice ſacramentū. Per. Cōio. Quis dabit ex ſyon ſalutare iſrael cum auerterit dñs captiuitatem plebis ſue exultabit iacob et letabitur iſrael. Poſtcommunio.

Preſta qs omnipotens et miſericoꝛs deus: vt que oꝛe contigimus: pura mente capiamus. Per dominū. ¶ Super populum.

Subueniat nobis qs domine miſericoꝛdia tua: vt ab imminentib⁹ noſtroꝛum peccatoꝛū periculis: te mereamur pꝛotegēte ſaluari. Per. ¶ Feria tercia. Offm.

Ego clamaui qm̄ exaudiſti me deus inclina aurē tuā et exaudi verba mea cuſtodi me dñe vt pupillā oculi ſub vmbꝛa alarū tuarū ꝓtege me. p̄s. Exaudi dñe iuſticiā meā: intende depꝛecationem meam. Oꝛatio.

Exaudi nos oīpotēs ⁊ miſericoꝛs deus: ⁊ continētie ſalutaris pꝛopici⁹ nobis dona cōcede. Per dñm. ¶ Lectio libri regū. iiij. c. iiij.

IN diebus illis. Mulier quedam clamauit ad heliſeū prophetam dicens. Seruꝰ tuꝰ vir meꝰ mortuus eſt: et tu noſti quia ſeruꝰ tuus fuit timens deum Et ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit heliſeus. Quid vis vt faciā tibi? Dic michi quid habes in domo tua? At illa reſpondit. Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea: niſi parū olei quo vngar. Cui ait. Uade ⁊ pete mutuo ab oībꝰ vicinis tuis vaſa vacua non pauca: ⁊ ingredere ⁊ claude oſtiū cū intrinſecꝰ fueris tu et filij tui et mitte inde in vaſa oīa hec: ⁊ cū plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier ⁊ clauſit oſtiū ſuper ſe et ſuper filios ſuos. Illi offerebāt vaſa: et illa infundebat. Cumqꝫ plena fuiſſent vaſa dixit ad filiū ſuum Affer michi adhuc vas. Et ille reſpōdit. Non habeo. Stetitqꝫ oleū. Uenit autem illa ⁊ indicauit homini dei. Et ille. Uade inq̄t vēde oleū et redde creditori tuo. Tu autem ⁊ filij tui: viuite de reliquo. Grad. Ab occultis meis munda me domine et ab alienis parce ſeruo tuo. V. Si mei nō fuerint dn̄ati tūc imaculatus ero ⁊ emūdabor a delicto maximo. ¶ Secūdum matheū. xviij.

IN illo tempore. Reſpiciēs ieſus i diſcipulos ſuos: dixit ſymoni petro Si peccauerit in te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te et ipſum ſolū. Si te audierit: lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecū adhuc vnū vel duos: vt in ore duorū vel trium teſtium ſtet omne verbum. Quod ſi nō audierit eos: dic eccleſie. Si autem eccleſiam non audierit: ſit tibi ſicut ethnicꝰ et publicanus. Amen dico vobis quecunqꝫ alligaueritis ſuper terrā: erunt ligata ⁊ in celis. Et quecūqꝫ ſolueritis ſuper terram: erūt ſoluta et i celis. Iterum dico vobis: quia ſi duo ex vobis cōſenſerint ſuper terram de omni re quācūqꝫ petierint fiet illis a patre meo: qui i celis eſt. Ubi enī ſunt duo vel tres congregati in nomine meo: ibi ſum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum: dixit. Dn̄e quotiēs peccabit i me frater meus: dimittā illi vſqꝫ ſepties? Dicit illi ieſus. Nō dico tibi vſqꝫ ſepties: ſed vſqꝫ ſeptuagieſſepties. Offer. Dextera dn̄i fecit vtutē: dextera dn̄i exaltauit me nō moriar ſꝫ viuā et narrabo opa dn̄i. Secreta.

PEr hec veniat queſumus domine ſacramenta noſtre redemptionis effectus qui nos et ab humanis retrahat ſemper exceſſibus: et ad ſalutaria cuncta perducat. Per. Cōmunio. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo qui ingreditur ſine macula et operatur iuſticiam. Poſtcommunio.

SAcris dn̄e myſterijs expiati et veniā conſequamur et gratiam. Per. ¶ Super populū. Oro.

TUa nos dn̄e protectione defende: et ab omni ſemper iniquitate cuſtodi. Per dominum.

¶ Feria quarta. Officium.

EGo autē in dn̄o ſperaui exultabo et letabor i tua miſericordia: quoniā reſpexiſti humilitatē meā. V. In te dn̄e ſperaui non cōfundar i eternū in iuſticia tua libera me. Oratio.

PReſta nobis queſumꝰ domine vt ſalutaribꝰ ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abſtinētes: ꝓpiciationē tuā faciliꝰ īpetremus Per do. ¶ Lectō libri exodi. ij.

HEc dicit dn̄s deus. Honora patrē tuum et matrem tuam.

7

Vt ſis longeu⁹ ſuper terram quam dñs deus tuus dabit tibi. Nō occides: non mechaberis: non furtum facies nō loqueris cōtra proximū tuū falſum teſtimoniū. Nō concupiſces domū proximi tui: nec deſiderabis vxorem eius. Nō ſeruum non ancillā: non bouē non aſinū: nec omnia que illius ſunt. Cūctus autem populus audiebat voces et lampades et ſonitum buccine: mōtemq₃ fumigantem: & perterriti ac pauore cōcuſſi ſteterūt procul dicētes moyſi. Loquere tu nobis: et audiemus. Nō loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyſes ad pplm̄. Nolite timere. Vt eni͂ probaret vos venit dñs: et vt terror illi⁹ eſſet in vobis: et non peccaretis Stetitq₃ populus de lōge: moyſes autem acceſſit ad caliginem in qua erat deus. Dixitq₃ preterea dominus ad moyſen. Hec dices filijs iſrael: vos vidiſtis quod de celo locutus ſim vobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis michi: et offeretȝ ſuꝑ illud holocauſta et pacifica veſtra. Oues veſtras: et boues: in omni loco ī quo memoria fuerit: noīs mei. Gradua. Miſerere michi dñe qm̄ infirmus ſum ſana me dñe. ℣. Cōturbata ſūt oīa oſſa mea: & aīa mea turbata eſt valde. ¶ Secūdum matheum. xv.

IN illo tempore. Acceſſerunt ad ieſū ab hieroſolimis ſcribe & phariſei: dicentes. Quare diſcipuli tui tranſgrediūtur traditionem ſeniorum? Non enim lauant manus ſuas: cum panem manducant. Ipſe autem reſpōdens: ait illis. Quare et vos tranſgredimini mandatū dei: propter traditionem veſtram? Nam deus dixit. Honora patrē tuū et matrē. Et qui maledixerit patri vel matri morte moriet̄. Vos aūt dicitis. Quicunq₃ dixerit patri vel matri mun⁹ quodcūq₃ eſt ex me tibi proderit: & non honorificabit patrem ſuum et matrem ſuā: & irritum feciſtis mandatū dei propter traditionem veſtrā. Hypocrite: bene ꝓphetauit de vobis yſaias dicens. Populus hic labijs me honorat: cor autē eorum lōge eſt a me Sine cauſa autem colunt me: docētes doctrinas et mādata hominū. Et ꝯuocatis ad ſe turbis: dixit eis Audite: et intelligite: non quod intrat in os coinquinat hominē: ſed quod ꝓcedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes diſcipuli eius dixerūt ei. Scis quia phariſei audito hoc verbo ſcādalizati ſunt? At ille reſpondens: ait. Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Sinite illos: ceci ſunt duces cecoꝝ Cecus ſi ceco ducatū preſtet: ambo in foueam cadunt. Reſpōdens autem petr⁹: dixit ei. Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit. Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Nō intelligitis qꝛ omne quod in os intrat in ventrē vadit & ī seceſſū emittitur? Que autē procedūt de ore de corde exeūt: et ea ſunt q̄ coinq̄nāt hominē. De corde eni͂ exeunt cogitatiões male: homicidia: adulteria fornicationes: furta: falſa teſtimonia blaſphemie. Hec ſunt que coinquinant hominē. Non lotis autē manib⁹ māducare: nō coinquinat hoīem. Offer. Dñe fac mecū miām tuam: propter nomen tuum: qꝛ ſuauis eſt miſericordia tua. Secreta.

SVſcipe queſumus dñe preces populi tui cum oblationib⁹ hoſtiarum: et tua myſteria celebrātes: ab omnibus nos defende periculis. Per dñm. Cōmunio. Notas michi feciſti vias vite: adīplebis me leticia cū vultu tuo dñe. Poſtcōio.

Sanctificet nos queſumꝰ dñe qua paſti ſumus menſa celeſtis: et a cūctis erroribus expiatos ſupernis promiſſionibꝰ reddat acceptos. Per dñm. Super populū.

Concede queſumus omnipotens deus: vt qui protectionis tue gratiā querimus liberati a malis oībus ſecura tibi mēte ſeruiamus. Per. ¶ Feria .v. Officium.

Salus populi ego ſum dicit dominus de quacumqꝫ tribulatione clamauerint ad me: exaudiam eos et ero illorum dominus imperpetuum. Ps. Attendite popule meus legem meam: inclinate aurē veſtram in verba oris mei. Oratio.

Concede queſumus omps deus vt ieiuniorū nobis ſancta deuotio ⁊ purificationē tribuat: ⁊ maieſtati tue nos reddat acceptos. Per. ¶ Lectō hieremie ꝓphete .vij.

In diebꝰ illis. Factū eſt verbum dñi ad me dicens. Sta in porta domꝰ dñi: et ꝑdica ibi verbum iſtud et dic. Audite verbū domini omnis iuda qui ingredimini per portas has vt adoretꝭ dominū. Hec dicit dñs exercituū: deꝰ iſrael. Bonas facite vias vr̄as et ſtudia veſtra: ⁊ habitabo vobiſcū in loco iſto. Nolite confidere in verbꝭ mēdacij dicentes. Templum dñi: templum dñi: templum dñi eſt. Quoniā ſi benedixeritis vias veſtras ⁊ ſtudia veſtra: ſi feceritis iudicium īter virum ⁊ proximum eius: ⁊ aduene pupillo ⁊ vidue non feceritis calumniam nec ſanguinem innocētem effuderitꝭ i loco hoc: et poſt deos alienos nō ambulaueritis i malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto: in terra quā dedi patribus veſtris: a ſeculo et vſqꝫ in ſeculum. Dicit dominus omnipotēs. Graduale. Oculi oīm i te ſperāt dñe: et tu das illis eſcā i tēpore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā et imples omne animal benedictiōe.

¶ Secundum iohannem .vi.

In illo tēpore. Dixit ieſꝰ turbis iudeorū. Operamini non cibū qui perit: ſed qui permanet in vitam eternā: quam filiꝰ hominis dabit vobis. Hūc enim deus pater ſanctificauit. Dixerūt ergo ad eū. Quid faciemus vt operemur opera dei? Reſpōdit ieſus: et dixit eis. Hoc eſt opꝰ dei vt credatis i eū quē miſit ille. Dixerūt ergo ei. Quod ergo facis ſignū vt videamus ⁊ credamꝰ tibi? Quid operarꝭ? Patres nr̄i māducauerūt manna in deſerto ſicut ſcriptū eſt. Panē de celo dedit eis māducare. Dixit ergo eis ieſus. Amē amē dico vobis: nō moyſes dedit vobis panē de celo: ſed pater meus dat vobis panem de celo verum. Panis enim dei eſt: qui deſcendit de celo: et dat vitam mūdo. Dixerunt ergo ei. Domine da nobis hūc panem. Dixit autem eis ieſus. Ego ſum panis vite. Qui venit ad me: nō eſuriet. Et qui credit in me non ſitiet vnquam. Offerto. Si ābulauero i medio tribulatōis viuificabis me dñe: et ſuper irā inimicorū meorū extēdes manū tuā ⁊ ſaluū me fecit dextera tua. Secreta.

Hec nos q̄ſumus dñe ad ſancta miſteria purificatis mentibꝰ accedere vt tibi ſemꝑ cōpetēs deferamꝰ obſequū. Per d. Cōio. Tu mandaſti mādata tua cuſtodiri nimis vtinā dirigāt vie mee ad cuſtodiēdas iuſtificatiōes tuas. Poſtc.

Sacramenti tui domine veneranda perceptio: et miſterio nos mundet effectu: ⁊ perpetua virtute deſēdat. Per d. Sup ppl̄m.

Subiectum tibi populum que ſumus domine propiciatio celeſtis amplificet: ⁊ tuis faciat ſemper ſeruire mādatis. Per dominū

¶ Feria ſexta. Officium.

Fac mecum domine ſignum in bonum vt videāt qui me oderunt et confundantur: quoniā tu domine adiuuiſti me: et conſolatus es me. Ps Inclina dñe aurē tuā, ⁊ exaudi me: qm̄ inops et pauper ſum ego. Oratio.

Ieiunia noſtra queſum⁹ dñe benigno fauore proſequere: vt ſicut ab alimētis abſtinemus in corpore: ita a vicijs ieiunem⁹ i mēte. Per. ¶ Lectio libri numeri. xx.

In diebus illis. Conuenerūt filij iſrael ad moyſen et aarō: et verſi in ſeditionem dixerūt. Da nobis aquā: vt bibamus. Ingreſſiq; moyſes ⁊ aaron dimiſſa multitudine ante tabernaculū federis corruerunt proni i terrā. Clamaueruntq; ad dñm atq; dixerunt. Dñe deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis theſaurum tuū: fōtem aque viue vt ſatiati ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria dñi ſuper eos. Locutuſq; eſt dominus ad moyſen dicēs. Tolle virgā et congrega populū tu et aaron frater tuus: ⁊ loquimini ad petrā coram eis ⁊ illa dabit aquas. Cumq; eduxeris aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius Tulit ergo moyſes virgā q̄ erat in cōſpectu domini ſicut p̄ceperat ei: cōgregata multitudine āte petrā: dixitq; eis. Audite rebelles et icreduli. Nū de petra hac vobis aquā poterimus eijcere? Cumq; eleuaſſet moyſes manum percutiens virga bis ſilicem: egreſſe ſūt aque largiſſime: ita vt popul⁹ biberet ⁊ iumēta. Dixitq; dominus ad moyſen et aaron. Quia nō credidiſtis michi vt ſāctificaretis me coram filijs iſrael: nō itroducetis hos populos in terrā quā dabo eis. Hec eſt aqua contradictionis vbi iurgati ſūt filij iſrael contra dominum: ⁊ ſāctificatus eſt i eis. Gradu. In deo ſperauit cor meū et adiut⁹ ſū: et refloruit caro mea ⁊ ex volūtate mea ꝯfitebor illi. V. Ad te dñe clamabo de⁹ meus ne ſileas ne diſcedas a me.

¶ Secundum iohannem decimo.

In illo tempore. Opportebat ieſum tranſire per ſamariam Venit ergo i ciuitatē ſamarie que dicitur ſychar: iuxta p̄dium quod dedit iacob ioſeph filio ſuo Erat autem ibi fōs iacob. Ieſus autem fatigat⁹ ex itinere: ſedebat ſic ſupra fōtē. Hora aūt erat quaſi ſexta. Venit mulier de ſamaria haurire aquā Dixit ei ieſ⁹. Da michi bibere. Diſcipuli autem abierant in ciuitatē vt cibos emerēt. Dixit ergo ei: mulier illa ſamaritana. Quomodo tu iudeus cū ſis bibere a me poſcis q̄ ſum mulier ſamaritana? Non enī coutuntur iudei ſamaritanis. Reſpondit ieſ⁹ ⁊ dixit ei. Si ſcires donum dei et quis eſt qui dicit tibi da michi bibere: tu forſitā petiſſes ab eo et dediſſet tibi aquam viuā. Dicit ei mulier. Dñe neq; in quo haurias habes: et puteus alt⁹ eſt. Unde ergo habes aquā viuam? Nunq̄d tu maior es patre noſtro iacob: qui dedit nobꝫ puteum. Et ipſe ex eo bibit et filij ei⁹ et pecora ei⁹. Reſpondit ieſ⁹ et dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua hac: ſitiet iterum. Qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei: nō ſitiet ineternum. Sed aqua quā ego dabo ei: fiet i eo fōs aque ſaliētis in vitam eternā. Dixit ad eum mulier. Domine da michi hanc aquam: vt non ſitiam: neq̧ veniam huc haurire. Dicit ei ieſus. Vade voca virum tuum et veni huc. Reſpondit mulier: et dixit Non habeo virum. Dicit ei ieſus. Bene dixiſti: quia non habeo virū Quinq̧ enī viros habuiſti: ⁊ nunc quem habes: nō eſt tuus vir. Hoc vere dixiſti. Dicit ei mulier Domine video quia propheta es tu. Patres noſtri in monte hoc adorauerunt: et vos dicitis quia hieroſolimis eſt locus vbi adorare oportet. Dicit ei ieſꝰ. Mulier crede michi: quia venit hora: quādo neq̧ ī monte hoc neq̧ in hieroſolimis adorabitis patrem. Vos adoratis qđ neſcitis: nos adoramꝰ quod ſcimus: quia ſalus ex iudeis eſt. Sed venit hora ⁊ nunc eſt quando veri adoratores adorabunt patrem in ſpiritu et veritate. Nam ⁊ pater tales querit: qui adorent eū. Spiritus eſt deus: et eos qui adorāt eū ī ſpiritu ⁊ veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scio quia meſſias venit: q̄ dicitur chriſtꝰ Cum ergo venerit: ille nobis annunciabit omnia. Dicit ei ieſus Ego ſum: qui loquor tecum. Et continuo venerunt diſcipuli eius: ⁊ mirabātur quia cū muliere loquebatur. Nemo tamen dixit ei quid queris aut quid loquerꝭ cum ea. Reliquit ergo ydriam ſuā mulier: et abijt ī ciuitatem et dixit illis hominibꝰ. Venite ⁊ videte hominē qui dixit michi omnia quecūq̧ feci. Nūquid ipſe eſt chriſtꝰ? Et exierunt de ciuitate et veniebāt ad eū Interea rogabant eū diſcipuli: dicētes. Rabbi: manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibū habeo mā ducare: quē vos neſcitis. Dicebāt ergo diſcipuli: ad inuicē. Nūquid aliq̄s attulit ei manducare? Dicit eis ieſꝰ. Meus cibus eſt vt faciam voluntatem eius qui miſit me vt ꝑficiam opus eius. Nonne vos dicitis quia adhuc quattuor mēſes ſūt et meſſis venit? Ecce dico vobis: leuate oculos veſtros ⁊ videte regiones quia albe ſunt iam ad meſſem. Et qui metit mercedē accipit: ⁊ cōgregat fructum in vitam eternam vt et qui ſeminat ſimul gaudeat: ⁊ qui metit. In hoc enim eſt verbum verum: quia alius eſt qui ſeminat: et aliꝰ eſt qui metit. Ego miſi vos metere: quod vos non laboraſtis. Alij laborauerūt: ⁊ vos in labores eorum introiſtis. Ex ciuitate autē illa multi crediderūt in eum ſamaritanorum: propter verbum mulieris teſtimonium perhibentis quia dixit michi oīa quecunq̧ feci. Cum veniſſent ergo ad illū ſamaritani: rogauerunt eum vt ibi maneret et manſit ibi duos dies Et multo plures crediderunt in eum propter ſermonem eius: et mulieri dicebant. Quia nō iam propter tuam loquelam credimus. Ipſi enim audiuimus ⁊ ſcimꝰ quia hic eſt vere ſaluator mūdi. Offer. Intende voci orationis mee rex meus et deus meus q̄m ad te orabo domine. Secreta.

REſpice domine propicius ad munera que ſacramus vt et tibi grata ſint: et nobis ſalutaria ſemper exiſtāt. Per do. Cōio. Qui biberit aquā quā ego do: dicit dñs ſamaritane: fiet in eo fons aq̄ ſalientis ī vitam eternā. Poſtcōmunio.

HUius nos domine perceptio ſacramenti mundet a crimine: ⁊ ad celeſtia regna ꝑducat. Per dominum. ¶ Super populum.

PReſta queſumꝰ omnipotens deus vt qui in tua protectione confidimus: cūcta nobis aduerſantia te adiuuāte vincamus. Per dominum. ¶ Sabbato. Officium.

VErba mea auribus percipe domine intellige clamoꝛē meum intende voci oꝛationis mee. Pſalmꝰ. Rex meus et deus meus. Oꝛatio.

PReſta queſumus omnipotēs deus: vt qui ſe affligendo carnem ab alimentis abſtinent: ſectādo iuſticiam a culpa ieiunent. Per

¶ Lectio danielis pꝛophete. xiij.

IN diebus illis. Erat vir ī babilone: et nomē eiꝰ ioachim. Et accepit vxoꝛem nomine ſuſannam filiam helchie pulchꝛā nimis et timentē dn̄m. Parentes enim illius cū eſſent iuſti: erudierūt filiā ſuā ſecundum legē moyſi. Erat autem ioachim diues valde: et erat ei pomerium vicinum domui ſue. Et ad ipſum cōfluebant iudei eo ꝙ eſſet honoꝛabilioꝛ omnium. Et conſtituti ſunt duo ſenes iudices ī anno illo: de quibus locutus eſt dn̄s: quia egreſſa eſt iniquitas de babilone a ſenioꝛibus iudicibus qui videbantur regere populū. Iſti frequētabant domū ioachim: ⁊ veniebāt ad eos omnes qui habebāt iudicia. Cum aūt populus reuertiſſet poſt meridiem: īgrediebatur ſuſanna: et deambulabat ī pomerio viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientē et deambulantē: et exarſerūt in concupiſcētia eiꝰ. Et auerterunt ſenſum ſuū: ⁊ declinauerūt oculos ſuos: vt non viderent celū: neqꝫ recoꝛdarentur iudicioꝛum iuſtoꝛum. Factum eſt autē vt obſeruarent diem aptū quādo eam poſſent inuenire ſolam: īgreſſa eſt aliquādo ſicut heri et nudiuſtercius: cum duabꝰ ſolis puellis: voluitqꝫ lauari ī pomerio. Eſtus qͥppe erat. Et nō erat ibi quiſquā pꝛeter duos ſenes abſconditos: et contemplantes eā. Dixit ergo puellis. Afferte michi oleum et ſmigmata: et oſtia pomerij claudite vt lauer. Cum autē egreſſe eſſent puelle: ſurrexerūt duo ſenes et accurrerunt ad eam et dixerunt. Ecce oſtia pomerij clauſa ſunt: et nemo nos videt. Quam obꝛem aſſentire nobis: et cōmiſcere nobiſcū. Quod ſi nolueris: dicemus teſtimoniū contra te ꝙ fuerit tecū iuuenis: et ob hāc cauſā emiſiſti puellas a te. Ingemuit ſuſanna et ait. Anguſtie michi ſunt vndiqꝫ. Si enim hoc egero moꝛs michi eſt. Si autem non egero: nō effugiam manus veſtras. Sed melius eſt michi abſqꝫ opere incidere in manꝰ veſtras: ꝗ̄ peccare in ꝯſpectu dn̄i. Et exclamauit voce magna ſuſanna. Exclamauerūt aūt et ſenes aduerſus eā. Cum autē audiſſent clamoꝛē in pomerio famuli domus irruerūt per poꝛticū: vt viderēt quidnā eſſet. Poſtꝗ̄ autē ſenes locuti ſunt erubuerunt ſerui vehemēter: quia nunꝗ̄ dictus fuerat ſermo huiuſce modi de ſuſanna. Et facta eſt dies craſtina. Cunqꝫ veniſſet populus ad virū eiꝰ ioachim: venerūt ⁊ duo pꝛeſbiteri pleni iniqua cogitatiōe aduerſus ſuſannā vt interficerent eā. Et dixerunt coꝛā populo. Mittite ad ſuſannā filiam helchie: vxoꝛem ioachim. Et ſtatim miſerunt. Et venit cum parentibꝰ et filijs: et vniuerſis cognatis ſuis. Flebant igitur ſui: et oēs qui nouerant eā. Conſurgentes autē duo pꝛeſbiteri in medio populi: poſuerunt manꝰ ſuper caput eiꝰ. Que flens ſuſpexit in celū. Erat enī coꝛ eiꝰ: fiduciam habēs ī dn̄o. Et dixerūt pꝛeſbiteri. Cū deambularemꝰ in pomerio ſoli: īgreſſa eſt hec cum duabus ſolis puellis: ⁊ clauſit oſtia pomerij ⁊ dimiſit puellas. Venitqꝫ ad eam adoleſcens qui erat abſconditus: et cū rubuit cum ea: porro nos cum eſſemus in angulo pomerij: videntes iniquitatem cucurrimus ad eos: ⁊ vidimꝰ eos pariter commiſceri. Et illum quidē nequiuimus cōprehēdere: q2 fortior nobis erat: ⁊ aperto oſtio exiliuit: hanc autē cum apprehendiſſemus: interrogauimꝰ quiſnam eſſet adoleſcens: et noluit indicare nobis. Huius rei teſtes ſumꝰ. Credidit eis multitudo quaſi ſenibus et iudicibus populi ⁊ condemnauerūt eam ad mortem. Exclamauit autem voce magna ſuſanna: et dixit. Deus eterne qui abſcōditorū es cognitor: q̄ noſti oīa anteq̄ fiāt tu ſcis q2 falſū tulerūt cōtra me teſtimoniū Et ecce morior cū nichil horū fecerim: que iſti malicioſe cōpoſuerūt aduerſū me. Exaudiuit autē dñs vocē eius. Cumq; duceretur ad mortem: ſuſcitauit deꝰ ſpiritū pueri iunioris cui nomē daniel. Et exclamauit voce magna. Mūdꝰ ego ſum: a ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eum: dixit. Quis eſt ſermo iſte quē tu locutus es? Qui cum ſtaret ī medio eorum ait. Sic fatui filij iſrael nō iudicātes neq; quod verum eſt cognoſcētes: cōdemnaſtis filiam iſrael. Reuertimini ad iudicium: quoniā falſum teſtimoniū locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatiōe: ⁊ dixit ad eos daniel. Separate eos abinuicē procul et dījudicabo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab altero: vocauit vnum ex eis: et dixit ad eum. Inueterate dierū malorū: nunc venerūt peccata tua q̄ operabaris priꝰ: iudicans iudicia iniuſta: innocētes opprimēs et dimittens noxios dicente dño. Innocentē et iuſtū non interficies. Nūc ergo ſi vidiſti eā: dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait. Sub cino. Dixit autē daniel. Recte mentitus es in caput tuum. Ecce enim angelus domini accepta ſentētia ab eo: ſcindet te medium. Et amoto eo iuſſit venire alium. Et dixit ei. Semen chanaan ⁊ nō iuda: ſpecies decepit te ⁊ cōcupiſcētia ſubuertit cor tuū. Sic faciebatis filiabꝰ iſrael: et ille timentes loquebātur vobis. Sed non filia iuda: ſuſtinuit iniq̄tatem veſtram. Nunc ergo dic michi: ſub qua arbore cōprehenderis eos loquētes ſibi Qui ait. Sub prino. Dixit autē ei daniel. Recte mētitus es et tu in caput tuū. Manet enim angelus domini gladium habens: vt ſcindat te medium: et interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cetus voce magna: et benedixerunt deum: qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos preſbiteros: cōuixerat enim eos daniel ex ore ſuo: falſū dixiſſe teſtimoniū. Feceruntq; eis ſicuti male egerāt aduerſus proximū: et interfecerūt eos. Et ſaluatꝰ eſt ſanguis innoxius: in die illa. Gradale. Si ambulem in medio vmbre mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es domine. ℣. Virga tua et baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. ¶ Sequentia ſancti euangelij. Secundum iohannem. viij.

In illo tempore. Perrexit ieſus in montem oliueti: et diluculo iterum venit in templū. Et omnis populꝰ venit ad eum: et ſedens docebat eos. Adducunt autē ſcribe ⁊ pharisei mulierem in adulterio deprehēſam. Et ſtatuerūt eā in medio: ⁊ dixerunt ei. Magiſter. Hec mulier modo deprehēſa eſt in adulterio. In lege autē moyſes mādauit nobis huiuſmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec autem di cebant tentantes eū: vt poſſent accuſare eū. Jeſus autem inclinās ſe deorſum: digito ſcribebat in terra Cū autē perſeuerarent interrogātes eū: erexit ſe ⁊ dixit eis Qui ſine peccato eſt veſtrū: primus in illam lapidē mittat. Et iterū ſe inclinās ſcribebat in terra. Audientes autē vnus poſt aliū exibāt incipiētes a ſenioribꝰ. Et remanſit ſolus ieſus et mulier in medio ſtans. Erigens autē ſe ieſus: dixit ei. Mulier: vbi ſunt qui te accuſabāt? Nemo te cōdemnauit. Que dixit. Nemo domine. Dixit autem ei ieſꝰ. Nec ego te condēnabo. Vade et iam amplius noli peccare Offer. Greſſꝰ meos dirige dn̄e ſcd̄m eloq̄ū tuū: vt nō dn̄etur mei oīs īiuſticia dn̄e. Secreta.

COncede q̄s op̄s deus: vt huius ſacrificij munꝰ oblatū: fragilitatē noſtrā ab oī malo purget ſemper et muniat. Per. Cōio. Nemo te condemnauit mulier nemo dn̄e nec ego te condēnabo: iam amplius noli peccare. Poſtcōio.

QVeſumus op̄s deus: vt inter eius mēbra numeremur: cuius corpori cōmunicamus et ſanguini. Per eundem dominum.

¶ Super populum. Oratio.

PRetende dn̄e fidelibus tuis dexterā celeſtis auxilij: vt te toto corde perquirāt et q̄ digne poſtulant: cōſequi mereātur. Per do.

. Dominica quarta. xl. Officiū.

LEtare hieruſalem et cōuentū facite oēs q̄ diligitis eā gaudete cū leticia q̄ ī triſticia fuiſtis vt exultetis ⁊ ſatiemini ab vberibꝰ cōſolatiōis eiꝰ P. Letatꝰ ſū in his q̄ dicta ſunt michi: in domū dn̄i ibimus. Oratio.

COncede queſumus omnipotens deus: vt qui ex merito noſtre actiōis affligimur: tue gratie conſolatione reſpiremus. Per dominum. ¶ Ad galathas. iiij.

FRatres. Scriptū eſt quoniam abraham duos filios habuit: vnū de ācilla: ⁊ vnū de libera Sed qui de ancilla: ſecundū carnē natus eſt Qui autem de libera: per repromiſſionem: que ſunt per allegoriā dicta. Hec enī ſunt duo teſtamenta: vnū quidē in mōte ſyna in ſeruitutem generans: que eſt agar Syna enī mons eſt in arabia q̄ coniunctus eſt ei que nūc eſt hieruſalē et ſeruit cū filijs ſuis. Illa aūt que ſurſū eſt hieruſalē libera eſt que eſt mater noſtra. Scriptū eſt enī. Letare ſterilis que nō paris: erūpe et clama que nō parturis: qꝛ multi filij deſerte: magis q̄ eius que habet virum. Nos autē fratres ſecundū yſaac promiſſionis filij ſumꝰ. Sed quomodo tūc is q̄ ſecūdū carnē natus fuerat: perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritū: ita ⁊ nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillā et filium eius. Non enī heres erit filius ancille: cū filio libere. Itaq̄ fratres: nō ſumꝰ ancille filij: ſ; libere. Qua libertate: xp̄s nos liberauit. Grad. Letatꝰ ſum ī his q̄ dicta ſunt michi: in domū dn̄i ibimꝰ. V. Fiat pax in virtute tua et abundātia in turribus tuis. Tractus.

QVi confidūt ī dn̄o ſicut mōs ſyō: nō cōmouebit ī eternū q̄ habitat ī hiernſalē. V. Mōtes in circuitu eius: ⁊ dn̄s in circuitu populi ſui ex hoc nūc ⁊ vſq̄ in ſeculū.

¶ Secundum iohannem. vi.

IN illo tempore. Abijt ieſus trans mare galilee qđ eſt tiberiadis. Et ſequebatur eū multitudo magna: qꝛ videbāt ſigna que faciebat ſuper his qui infirmabantur. Subijt ergo in montem ieſus: et ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis.

Erat autem proximum paſcha: dies feſtus iudeorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos ieſꝰ et vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum: dicit ad philippum. Unde ememꝰ panes vt manducent hi? Hoc autē dicebat: tentās eum. Ipſe enī ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiūt eis: vt vnuſquiſqꝫ modicum ꝗd accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius andreas frater ſymonis petri. Eſt puer vnꝰ hic: qui habet quinqꝫ panes ordeaceos ⁊ duos piſces Sꝫ hec ꝗd ſūt īter tātos? Dixit ergo eis ieſꝰ: facite hoīes diſcumbere. Erat enī fenum multū ī loco. Diſcubuerūt ergo viri: numero quaſi quinqꝫ milia. Accepit ergo ieſꝰ panes: ⁊ cum gratias egiſſet diſtribuit diſcūbentibus. Similiter et ex piſcibꝰ: quātum volebant. Ut autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite que ſuperauerunt fragmēta: ne pereant. Collegerunt ergo ⁊ impleuerūt duodecim cophinos fragmentorū: ex quinqꝫ panibus ordeaceis que ſuperfuerunt his qui manducauerūt. Illi ergo homīes cum vidiſſet quod fecerat ſignum: dicebant. Qꝛ hic eſt vere propheta: qui venturus eſt in mundum. Offertorium. Laudate dominum quia benignus eſt pſallite nomini eiꝰ quoniam ſuauis eſt omnia quecūqꝫ voluit fecit in celo et ī terra. Secreta.

Sacrificijs preſentibus domine queſumus intende placatus: vt et deuotioni noſtre proficiant et ſaluti. Per dominum. Communio. Hieruſalem que edificatur vt ciuitas cuius participatio eius in idipſum: illuc enim aſcenderunt tribus tribus domini: ad confitendum nomini tuo dn̄e. Poſtcōio.

Da nobis q̄s miſericors deus vt ſancta tua quibus inceſſanter explemur: ſinceris tractemus obſequijs et fideli mēte ſumamus. Per dn̄m. Feria ſecunda. Offīm.

Deus in nomine tuo ſaluū me fac: et in virtute tua iudica me: deꝰ exaudi orationem meam. Ps. Quoniam alieni īſurrexerūt aduerſū me ⁊ fortes q̄ſierūt aīam meā: ⁊ nō ꝓpoſuerunt deū ante conſpectū ſuū. Oro.

Preſta q̄s omnipotens deus vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolētes ⁊ corpore tibi placeamꝰ et mente. Per dn̄m.

Lectio libri regum. xxxvii.

In diebus illis. Venerūt due mulieres meretrices ad regē ſalomonem: ſteteruntqꝫ coram eo. Quarū vna ait. Obſecro mi dn̄e: ego ⁊ mulier hec habitabamꝰ ī domo vna: et peperi apud eam in cubiculo. Tertia vero die poſtq̄ ego peperi: peperit et hec. Et eramꝰ ſimul: nulluſqꝫ alius in domo nobiſcum exceptis nobꝫ duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte: dormiēs quippe oppreſſit eum. Et conſurgens ītempeſte noctis ſilentio tulit filiū meum de latere meo ancille tue dormiētis et collocauit ī ſinu ſuo. Suum autē filiū qui erat mortuus: poſuit ī ſinu meo. Cumqꝫ ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo: apparuit mortuus. Quem diligētius ītuens clara luce: deprehendi non eſſe meum quem genuerā. Reſpōdit itaqꝫ altera mulier. Non eſt ita: ſed filiꝰ tuus mortuus eſt: meus autem viuit. Econtrario illa dicebat. Mentiris. Filius quippe meus viuit: et filiꝰ tuus mortuus eſt. Atqꝫ in hunc modū contendebant corā rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius meꝰ viuit ⁊

filius tuus mortuꝰ eſt: ⁊ iſta reſpōdit non: ſed filiꝰ tuus mortuꝰ eſt: et filius meꝰ viuit. Dixit ergo rex. Afferte michi gladiū. Cūq; attuliſſēt gladiū corā rege ait. Diuidite īfantē viuū ī duas partes ⁊ date dimidiam partē vni: et dimidiā alteri. Dixit aūt mulier cuiꝰ filiꝰ erat viuus ad regem cōmota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo. Obſecro dn̄e date illi infantē viuū: et nolite īterficere eū. Econtrario illa dicebat Nec michi nec tibi ſit: ſ; diuidatur. Reſpōdit rex et ait. Date huic infantem viuū: ⁊ non occidatur. Hec eſt enim mater eius. Audiuit itaq; omnis populus iudicium quod iudicaſſet rex: et timuerūt regem. Videntes ſapientiam dei eſſe ī eo: ad faciendum iudiciū. Grad. Eſto michi in deum protectorem: et in locum refugij vt ſaluū me facias. Vſ. Deus in te ſperaui domine non confundar ineternum.

¶ Secundum iohannem. ij.

In illo tēpore. Prope erat paſcha iudeoꝝ: ⁊ aſcendit ieſus hieroſolimā. Et inuenit ī templo vendētes boues ⁊ oues ⁊ colūbas: et nummularios ſedētes. Et cum feciſſet quaſi flagellū de funiculis: oēs eiecit de templo. Oues quoq; ⁊ boues et nummulariorum effudit es ⁊ mēſas ſubuertit: et his qui vēdebāt colūbas dicebat Auferte iſta hinc: ⁊ nolite facere domum patrꝫ mei: domū negociationis. Recordati vero ſūt diſcipuli eius: q2 ſcriptū erat zelus domus tue comedit me. Reſponderunt ergo iudei: ⁊ dixerunt ei. Quod ſignū oſtendis nobis quia hec facis? Reſpōdit ieſus et dixit eis. Soluite tēplū hoc: et ī tribus diebus excitabo illud Dixerūt ergo iudei. Quadragita et ſex ānis edificatum eſt templū hoc: et tu ī tribꝰ diebꝰ excitabis illud? Ille aūt dicebat: de tēplo corporis ſui. Cū ergo reſurrexiſſet a mortuis recordati ſūt diſcipuli eius quia hec dicebat. Et crediderūt ſcripture ⁊ ſermoni quē dixit ieſꝰ. Cū aūt eſſet hieroſolimꝫ ī die feſto: multi crediderūt in nōie eiꝰ vidētes ſigna q̄ faciebat. Ipſe aūt ieſus nō credebat ſemetipſum eis eo quod ipſe noſſet omnes: ⁊ quia opus ei non erat vt quis teſtimoniū perhiberet de homine. Ipſe enī ſciebat quid eſſet in homine. Offertoriū. Iubilate deo vniuerſa terra: iubilate deo vniuerſa terra: pſalmum dicite nomini eius: venite ⁊ audite ⁊ narrabo vobis oēs qui timetis deū: quanta fecit dominꝰ anime mee. Secreta.

Oblatum tibi domine ſacrificium viuificet nos ſemper et muniat. Per dominū. Cōmunio. Ab occultꝫ meis mūda me dn̄e: ⁊ ab alienis parce ſeruo tuo. Poſtcōio.

Sumptis dn̄e ſalutaribus ſacramentis: ad redemptionis eterne q̄s proficiamus augmētum Per dominum. ¶ Super populū.

Deprecationem noſtram queſumus domine benignus exaudi: et quibꝰ ſupplicandi preſtas affectū: tribue defenſiōis auxiliū. Per do. ¶ Feria tercia. Officium.

Exaudi deus orationem meam: ⁊ ne deſpexeris deprecationem meam: intende in me et exaudi me. Vs. Contriſtatꝰ ſū ī exercitatione mea et conturbatꝰ ſum: a voce inimici et a tribulatione pctōris. Oratio.

Sacre nobis queſumus domine obſeruationis ieiunia: et pie conuerſationis augmentum: et tue propiciationis continuum preſtent auxilium. Per dominum.

¶ Lectio libri exodi. xxxij.

IN diebus illis. Locutus eſt dominꝰ ad moyſen dicēs. Deſcende de monte: qꝛ peccauit populus tuꝰ quē eduxiſti de terra egypti. Receſſerūt cito de via quā oſtendiſti eis: feceruntq; ſibi vitulū cōflatilē: et adorauerūt atq; imolātes ei hoſtias dixerūt. Iſti ſunt dij tui iſrael: qui eduxerūt te de terra egypti. Rurſumq; ait dn̄s ad moyſen. Cerno quod populus iſte dure ceruicis ſit dimitte me vt iraſcatur furor meus cōtra eos: et deleā eos faciamq; te in gentem magnā. Moyſes aūt orabat dn̄m deū ſuū dicēs. Cur dn̄e iraſcitur furor tuus cōtra populū tuū: quem eduxiſti de terra egypti in fortitudine magna ⁊ manu robuſta? Ne q̄ſo dicāt egyptij: callide eos eduxit: vt īterficeret in mōtibꝰ ⁊ deleret de terra Quieſcat ira tua ⁊ eſto placabilis ſup neq̄tia ppl̄i tui. Recordare abrahā yſaac ⁊ iſrael ſeruorū tuorū: quibꝰ iuraſti per temetipſū dicens. Multiplicabo ſemen veſtrum ſicut ſtellas celi et vniuerſam terrā hanc de qua locutus ſū dabo ſemini veſtro ⁊ poſſidebitis eam ſemper. Placatuſq; eſt dn̄s: ne faceret malū quod locutus fuerat aduerſus populū ſuum. Et miſertus eſt populo ſuo: dn̄s deus nr̄. Grad Exurge dn̄e fer opem nobis et libera nos propter nomē tuum. Vꝰ Deus auribus noſtrꝭ audiuimus patres noſtri annunciauerunt nobis opus quod operatꝰ es in diebus eorum ét in diebus antiquis. ¶ Secundū iohannē. vij.

IN illo tempore. Iam die feſto mediante: aſcendit ieſus ī templū: et docebat. Et mirabātur iudei adiuicem dicentes. Quomodo hic litteras ſcit: cum nō didicerit? Reſpōdit eis ieſꝰ ⁊ dixit. Mea doctrina non eſt mea: ſed eius qui miſit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoſcet de doctrina vtrum de deo ſit an ego a meipſo loquor. Qui a ſemetipſo loq̄tur gloriam propriam querit. Qui autem querit gloriam eius qui miſit illum: hic verax eſt: et iniuſticia in illo non eſt. Nonne moyſes dedit vobis legem: ⁊ nemo ex vobis facit legem? Quid me queritis interficere. Reſpondit ei turba: ⁊ dixit ei. Demoniū habes. Quis te querit interficere. Reſpondit ieſꝰ et dixit eis. Vnū opus feci: et oēs admiramini. Propterea moyſes dedit vobis circuncisionem: nō quia ex moyſe eſt: ſed ex patribus et ī ſabbato circūciditꝭ hominē. Si circūciſionē accipit homo ī ſabbato vt non ſoluatur lex moyſi: michi indignamini: quia totū hominē ſanū feci ī ſabbato Nolite iudicare ſecūdum faciem: ſed iuſtū iudiciū iudicate. Dicebāt ergo quidam ex hieroſolimis. Nōne hic eſt quem querebant interficere. Ecce palā loq̄tur: ⁊ nichil ei dicūt. Nunq̄d vere cognouerūt principes quia hic eſt chriſtus? Sed hunc ſcimꝰ vnde ſit: chriſtus aūt cū venerit: nemo ſcit vnde ſit. Clamabat ergo ieſus docens in templo: et dicēs. Et me ſcitis: et vnde ſim ſcitis. Et a meipſo non veni: ſed eſt verꝰ qui miſit me quem vos neſcitꝭ. Ego ſcio eū. Et ſi dixero quia neſcio eum: ero ſimilis vobis mendax. Sed ſcio eū: qꝛ ab ipſo ſum: et ipſe me miſit. Querebant ergo eū apprehēdere: ſed nemo miſit in illū manus: qꝛ nondū venerat hora eiꝰ. De turba autem multi crediderūt in eū. Offer Expectans expectaui dominum ⁊ reſpexit me: ⁊ exaudiuit deprecationē meam: ⁊ immiſit in os meum canticū nouū: hymnū deo nr̄o. Secr.

Hec hoſtia q̄s domine emũdet noſtra delicta: et ſacrificium celebrandũ ſubditorũ tibi corpora menteſq̄ ſctificet. Per. Cõis. Letabimur ĩ ſalutari tuo: ⁊ in nõie dñi dei nr̄i magnificabimur. Poſtcõ.

Huius nos dñe perceptio ſacramenti mundet a crimine et ad celeſtia regna perducat. Per dominum. ¶ Super populum.

Miſerere dñe populo tuo ⁊ cõtinuis tribulationib⁹ laborantem: propicius reſpirare concede. Per. ¶ Feria quarta. Officiũ.

Dum ſanctificatus fuero in vobis congregabo vos de vniuerſis terris: et effundam ſuper vos aquam mũdam: et mundabimini ab oĩb⁹ inquinamentis veſtris: ⁊ dabo vobis ſpiritum nouum. Ps. Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo. Orem⁹. Sine Domin⁹ vobiſcum. Or.

Deus qui et iuſtis premia meritorũ ⁊ peccatoribus per ieiuniũ veniam prebes: miſerere ſupplicibus tuis: vt reatus noſtri cõfeſſio: indulgentiam valeat percipere delictorum. Per dominum. ¶ Lectio ezechielis ꝓphete. xxxvi.

Hec dicit dñs deus. Sanctificabo nomen meũ magnum: vt ſciãt gẽtes qꝛ ego dñs: cũ ſctificatus fuero ĩ vobis corã eis. Tollã quippe vos de gentibus: ⁊ congregabo vos de vniuerſis terris: ⁊ educam vos in terrã veſtram. Et effũdam ſuper vos aquam mundam: et mundabimini ab omnibus ĩquinamentis vr̄is: ⁊ ab vniuerſis ydolis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum ⁊ ſpiritum nouũ ponam in medio veſtri. Et auferã cor lapideum de carne veſtra: et dabo vobis cor carneum ⁊ ſpiritũ meum ponam in medio veſtri. Et faciam vt in preceptis meis ambuletis ⁊ iudicia mea cuſtodiatꝭ: et operemini. Et habitabitis ĩ terra quã dedi patribus veſtris: et eritis michi in populũ: et ego ero vobis in deũ. Dicit dñs: oĩps. Grad. Venite filij audite me: timorem dñi docebo vos. V. Accedite ad eũ ⁊ illuminamini: et facies veſtre non cõfundentur. Domin⁹ vobiſcũ. Oratio.

Preſta queſumus omnipotẽs deus vt quos ieiunia votiua caſtigant: ipſa quoq̄ deuotio ſctã letificet: vt terrenꝭ affectib⁹ mitigatis: facilius celeſtia capiamus. Per dñm. ¶ Lectõ eſaie ꝓphete. i.

Hec dicit dñs deus. Lauamini mundi eſtote auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis. Quieſcite agere peruerſe diſcite benefacere. Querite iudicium ſubuenite oppreſſo iudicate pupillo: defendite viduam: et venite et arguite me dicit dñs. Si fuerint peccata veſtra vt coccinum: quaſi nix dealbabuntur. Et ſi fuerint rubra quaſi vermiculus: velut lana alba erunt. Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dñs omnipotẽs. Gradale. Beata gens cuius eſt dñs deus eorum populus quem elegit dñs in hereditatem ſibi. V. Verbo domini celi firmati ſunt et ſpiritu oris ei⁹ omnis virtus eorum. Tractus. Dñe non ſecũdũ. ¶ Secũdũ iohãnẽ. ix.

In illo tempore. Preteriẽs ieſus: vidit hominẽ cecũ a natiuitate ſua. Et interrogauerũt eũ diſcipuli ei⁹. Rabbi: quis peccauit hic aut parentes ei⁹ vt cecus naſceretur? Reſpõdit ieſ⁹. Neq̄ hic peccauit neq̄ parẽtes eius: ſed vt manifeſtẽtur oꝑa dei ĩ illo. Me oportet operari opera eius qui miſit me donec dies eſt. Venit nox quando nemo poteſt operari: quādiu ī mūdo ſum: lux ſum mundi. Hec cū dixiſſet: expuit in terrā: et fecit lutū ex ſputo et liniuit lutum ſuper oculos ei⁹: ⁊ dixit ei. Vade et laua ī natatoria ſyloe: qđ interpretatur miſſus. Abijt ergo et lauit: et venit videns. Itaqꝫ vicini ⁊ qui viderāt eū prius quia mendicus erat: dicebāt Nonne hic eſt qui ſedebat ⁊ mendicabat? Alij dicebant quia hic eſt: alij autem nequaquam: ſed ſimilis eius eſt. Ille aūt dicebat: quia ego ſum. Dicebant ergo ei. Quomodo apti ſunt tibi oculi? Reſpōdit Ille homo qui dicitur ieſ⁹: lutum fecit ⁊ vnxit oculos meos: ⁊ dixit michi Vade ad natatoriam ſyloe: ⁊ laua. Et abij et laui: et vidi. Dixerūt ergo ei. Vbi eſt ille? Ait. Neſcio. Adducūt eū ad phariſeos: q̄ cecus fuerat. Erat autem ſabbatum quando lutum fecit ieſus: ⁊ aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſei: quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis. Lutum poſuit michi ſup̄ oculos: et laui ⁊ video. Dicebāt ergo ex phariſeis quidam. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum nō cuſtodit. Alij autem dicebant. Quomodo poteſt homo pctōr hec ſigna facere? Et ſciſma erat inter eos. Dicūt ergo ceco iterum. Tu quid dicis de eo: qui aperuit oculos tuos. Ille autem dixit Quia propheta eſt. Nō crediderūt ergo iudei de illo quia cecus fuiſſet et vidiſſet: donec vocauerūt parentes eius qui viderat. Et interrogauerunt eos: dicētes. Hic eſt fili⁹ veſter quē vos dicitis qꝛ cecus natus eſt. Quomodo ergo nūc videt? Reſponderunt eis parētes eius: et dixerunt. Scimus quia hic eſt filius noſter: et quia cecus nat⁹ eſt. Quomodo autem nunc videt nos neſcimus: aut quis aperuit oculos ei⁹. nos neſcim⁹. Ipſum interrogate. Etatem habet: ipſe de ſe loquatur. Hec dixerunt parentes eius: quia timebant iudeos. Iam enī conſpirauerant iudei: vt ſi quis eum confiteretur chriſtū extra ſynagogam fieret. Propterea parētes ei⁹ dixerūt: quia etatē habet: ipſum interrogate. Vocauerūt ergo rurſū hominē qui fuerat cecus: et dixerunt ei. Da gloriā deo. Nos ſcimus: qꝛ hic homo pctōr eſt. Dixit ergo ille. Si peccator eſt: neſcio. Vnum ſcio qꝛ cecus cū eſſem modo video. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi. Quomodo aperuit tibi ocl'os? Rñdit eis Dixi vobis iam et audiſtis. Quid iterum vultis audire. Nunquid ⁊ vos vultis diſcipuli ei⁹ fieri. Maledixerunt ergo ei: et dixerunt. Tu diſcipulus illi⁹ ſis: nos aūt moyſi diſcipuli ſum⁹. Nos ſcimus: quia moyſi locutus eſt deus. Hunc aūt neſcimus vnde ſit. Reſpōdit ille homo: ⁊ dixit eis. In hoc enī mirabile eſt qꝛ vos neſcitis vnde ſit: ⁊ aperuit meos oculos Scimus autē qꝛ pctōres deus nō audit. Sed ſi quis dei cultor eſt et volūtatē eius facit hūc exaudit. A ſeculo nō eſt auditū qꝛ q̇s apuit oculos ceci nati. Niſi eſſet hic a deo: nō poterat facere q̄cq̄. Reſpōderūt ⁊ dixerūt ei. In peccatis nat⁹ es tot⁹: ⁊ tu doces nos? Et eiecerūt eum foras. Audiuit ieſus qꝛ eiecerūt eum foras: et cū inueniſſet eum dixit ei. Tu credis in filiū dei? Rñdit ille: et dixit. Quis eſt dñe: vt credam in eum. Et dixit ei ieſus. Et vidiſti eū: et qui loquitē tecū ipſe eſt. At ille ait. Credo dñe. Et procidēs: adorauit eū. Offerto. Bñdicite gentes dñm deū noſtrū: et obaudite vocē laudis eius: qui poſuit aīam meā ad vitam et nō dedit cōmoueri pedes meos: bñdict⁹ dñs qui āmouit deprecationē meā et miſericordiā ſuā a me. Secreta.

SUpplices te domine rogam⁹: vt his ſacrificijs peccata noſtra mundētur quia tunc nobis verā tribuis ⁊ mētis et corporis ſanitatem. Per. Cōio. Lutū fecit ex ſputo dñs ⁊ liniuit oclos meos ⁊ abij et laui et vidi et credidi deo. Poſtcō.

SAcramenta que ſumpſimus dñe deus noſter: et ſpiritualibus nos repleant alimentis: et corporalibus tueant̄ auxilijs. Per dominum. ¶ Super populum.

PAteant aures mīe tue domine precibus ſupplicantium: ⁊ vt petentib⁹ deſiderata cōcedas fac eos q̄ tibi ſūt placita poſtulare. Per dñm. ¶ Feria quīta. Officiū.

LEtetur cor querentium dominum querite dominū et confirmamini: querite faciem eius ſempp̄s. Cōfitemini dño ⁊ īuocate nomē ei⁹ annūciate īter gētes opera ei⁹. Oratio.

PReſta queſum⁹ dñe vt ſalutaribus ieiunijs eruditi: a noxijs quoqꝫ vicijs abſtinentes: propiciationē tuam facilius impetremus. Per. ¶ Lec. lib. regū. iiij. iiij.

IN dieb⁹ illis. Venit mulier ſunamitꝫ: ad heliſeū ꝓphetā in montē carmeli. Cūqꝫ vidiſſet eā vir dei econtra: ait ad giezi puerū ſuū. Ecce ſunamitis illa venit: vade ī occurſū ei⁹: et dic ei. Recte ne agitur circa te: ⁊ circa virū tuū: et circa filiū tuū? Que reſpondit. Recte. Cumqꝫ veniſſet ad virum dei in montē: apprehendit pedes ei⁹. Et acceſſit giezi vt ammoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte eam: anima enim eius ī amaritudine eſt: ⁊ dñs celauit a me: ⁊ nō indicauit michi. Que dixit illi. Nunqd petiui filiū a dño meo. Nūquid nō dixi tibi ne illudas me. Et ille ait ad giezi. Accige lumbos tuos: et tolle baculū meum in manu tua ⁊ vade. Si occurrerit tibi homo nō ſalutes eum et ſi ſalutauerit te quiſpiā: non reſpondeas illi. Et pone baculū meū ſup faciē pueri. Porro mater pueri ait. Viuit dñs ⁊ viuit aīa tua nō dimittā te. Surrexit ergo: ⁊ ſecutus eſt eam. Giezi autē preceſſerat ante eos: et poſuerat baculum ſup faciem pueri: et nō erat vox neqꝫ ſēſus. Reuerſuſqꝫ eſt giezi ī occurſū eius ⁊ nunciauit ei dicens. Nō ſurrexit puer. Ingreſſuſqꝫ eſt heliſeus domum et ecce puer mortuus iacebat ī lectulo eius. Ingreſſuſqꝫ clauſit oſtium ſup ſe et ſuper puerum: et orauit ad dñm. Et aſcendit et incubuit ſuper puerū: poſuitqꝫ os ſuum ſuper os ei⁹: ⁊ oculos ſuos ſup oculos ei⁹: ⁊ manus ſuas ſuper manus eius. Et incuruauit ſe ſup puerū et calefctā eſt caro pueri. At ille reuerſus deambulabat in domo ſemel huc ⁊ illuc. Et aſcēdit ⁊ incuruauit ſe ſup eū ⁊ oſcitauit puer ſepties aperuitqꝫ oclos ſuos. At ille vocauit giezi et dixit ei. Voca ſunamitē hanc. Que vocata īgreſſa eſt ad eū Qui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa et corruit ad pedes ei⁹: et adorauit ſuper terrā. Tulitqꝫ filium ſuum ⁊ egreſſa eſt. Heliſe⁹ vero reuerſ⁹ eſt in galgala. Grada. Reſpice dñe in teſtamentum tuū et animas pauperū tuorū ne obliuiſcaris in finē. V. Exurge domine et iudica cauſam tuam: memor eſto opprobrij ſeruorū tuorū. ¶ Scdm̄ iohannem. v.

IN illo tempore. Dixit ieſus turbis iudeorū. Pater meus vſqꝫ modo operatur: ⁊ ego operor. Propterea ergo magis querebant eū iudei interficere: quia non ſolū ſoluebat ſabbatum: ſed ⁊ patrē ſuū dicebat deum equalē ſe faciēs deo. Reſpōdit itaqꝫ ieſꝰ ⁊ dixit eis. Amē amen dico vobis: non poteſt filius a ſeipō facere quicquam: niſi quod viderit patrem facientem. Quecūqꝫ enim ille fecerit: hec et filiꝰ ſimiliter facit. Pater enim diligit filiū ⁊ oīa demonſtrat ei que ipſe facit. Et maiora his demōſtrabit ei opera: vt ⁊ vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat ſic et filiꝰ quos vult viuificat. Neqꝫ eni pater iudicat quēꝙ ſed iudicium omne dedit filio: vt oēs honorificent filium: ſicut honorificant patrem. Qui non honorificant filium: non honorificāt patrem qui miſit illū. Amen amen dico vobis: quia qui verbum meū audit et credit ei qui me miſit: habet vitā eternā. Et ī iudiciū nō venit: ſꝫ trāſiet a morte in vitā. Amē amē dico vobis: qꝛ venit hora ⁊ nūc eſt: qñ mortui audiēt vocē filij dei: et q̇ audierint viuent. Sicut eni pater habet vitā in ſemetipſo: ſic dedit et filio vitā habere ī ſemetipſo. Et poteſtatē dedit ei iudiciū facere: qꝛ filiꝰ hominis eſt. Nolite mirari hoc quia venit hora ī qua omnes qui in monumentis ſunt audiēt vocē filij dei Et procedēt qui bona fecerūt: in reſurrectionē vite. Qui vō mala egerūt: ī reſurrectionē iudicij.. Offer.

Dñe ī auxiliū meū reſpice ꝯfundātur et reuereant̄ qui querunt aīam meam vt auferant eam. Secreta.

Purifica nos miſericors deꝰ: vt eccle tue p̄ces q̄ tibi grate ſunt pia munera deferētes fiant expiatis mentibus gratiores. Per.

Cōmunio. Dñe memorabor iuſticie tue ſoliꝰ deꝰ docuiſti me a iuuētute mea et vſqꝫ in ſenectā et ſeniū deus ne derelīquas me.. Poſtcōio.

Celeſtia dona capientibꝰ q̄s dñe nō ad iudiciū prouenire patiaris: qd̄ fidelibꝰ tuis ad remediū prouidiſti. Per. ¶ Sup ppłm.

Populi tui deus inſtitutor et rector peccata quibus impugnatur expelle: vt tibi ſemp placitꝰ: ⁊ tuo munimine ſit ſecurꝰ. Per dñm nr̄m. ¶ Feria ſexta. Officiū.

Meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper: dñe adiutor meus et redēptor meus. Ps. Celi enarrāt gloriā dei: et opera manuum eius annunciat firmamentum. Oratio.

Deus qui ineffabilibꝰ mūdū renouas ſacramētis / preſta q̄s: vt eccliā tua ⁊ eternis pficiat īſtitutꝫ: ⁊ tp̄alibꝰ nō deſtituat̄ auxilijs. Per. ¶ Lectio libri regū. xvij.

In diebꝰ illis Egrotauit filiꝰ mulierꝫ matrisfamilie ⁊ erat lāguor fortiſſimꝰ ita vt nō remaneret in eo alitꝰ. Dixit ergo ad heliā. Quid michi ⁊ tibi vir dei? Ingreſſus es ad me vt rememorarent̄ iniq̄tates mee: et īterficeres filiū meū. Et ait ad eā helias. Da michi filiū tuū Tulitqꝫ eū de ſinu illiꝰ: ⁊ portauit eū ī cenaculū vbi ipſe manebat Et poſuit eū ſup lectū ſuū ⁊ clamauit ad dñm ⁊ dixit. Dñe deus meꝰ: etiā ne viduā hāc apud quā ego vtcūqꝫ ſuſtētor afflixiſti: vt interficeres filiū eiꝰ? Et expādit ſe atqꝫ mēſus eſt ſup puerū tribus vicibꝰ: clamauitqꝫ ad dñm ⁊ dixit. Dñe deus meꝰ: reuertat̄ obſecro aīa pueri huius: ī viſcera eius. Exaudiuit autē dñs vocē helie: et reuerſa ē aīa pueri intra eū: et reuixit. Tulitqꝫ helias puerꝫ ⁊ depoſuit eū de cenaculo ī inferiorē domū: ⁊ tradidit illū matri ſue. Et ait illi. En viuit filius tuꝰ. Dixitqꝫ mulier ad heliā. Nūc

In iſto cognoui q̄m vir dei es tu: et verbū dei ī oꝛe tuo verū eſt. Grad. Bonū eſt confidere in dño ꝙ̄ confidere in hoīe. V. Bonū eſt ſperare in dño ꝙ̄ ſperare ī pꝛīcipibꝰ. Tractꝰ. Dñe non. ¶ Secūdū iohānē. xvi.

IN illo tēpoꝛe. Erat quidā lāguens lazarus a bethania: de caſtello marie et marthe ſoꝛoꝝ eiꝰ. Maria aūt erat que vnxit dñm vnguēto: et extersit pedes eiꝰ capillis ſuis: cuiꝰ frater lazarꝰ infirmabatur. Miſerunt ergo ſoꝛoꝛes eiꝰ ad eū: dicētes Dñe: ecce quē amas īfirmatur. Audiens autem ieſus: dixit eis. Infirmitas hec non eſt ad moꝛtē: ſed ꝑ gloꝛia dei vt gloꝛificet̄ filius dei per eā. Diligebat autē ieſus marthā: et ſoꝛoꝛē eiꝰ mariā et lazarū. Vt ergo audiuit qꝛ infirmabatur: tūc quidē manſit in eodē loco duobus diebꝰ. Deinde poſt hec: dixit diſcipulis ſuis. Eamus ī iudeā iterū. Dicūt ei diſcipuli eius. Rabbi nunc querebāt te iudei lapidare et iterū vadis illuc. Reſpōdit ieſꝰ. Nonne duodeci hoꝛe ſunt diei? Si quis aūt ambulat in die non offendit: qꝛ lucē huius mundi videt. Si quis autē ambulauerit in nocte offendit: quia lux nō eſt in eo Hec ait et poſt hec dicit eis. Lazarꝰ amicꝰ noſter doꝛmit: ſed vado vt a ſomno excitem eum. Dixerunt ergo diſcipuli eius. Domine: ſi doꝛmit ſaluus erit. Dixerat aūt ieſus de moꝛte eiꝰ. Illi aūt putauerūt: ꝙ de doꝛmitione ſomni diceret. Tunc ergo dixit eis ieſus manifeſte. Lazarus moꝛtuꝰ eſt: et gaudeo pꝛopter vos vt credatis quoniam non eram ibi Sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas qui dicitur didimus ad condiſcipulos. Eamꝰ ⁊ nos: ⁊ moꝛiamur cū eo. Venit itaq; ieſus: et inuenit eū quattuoꝛ dies iam in monumento habentem. Erat autē bethania iuxta hieroſolimam: quaſi ſtadijs quīdecim. Multi autem ex iudeis venerāt ad marthā et mariā: vt cōſolarentur eas de fratre ſuo. Martha aūt vt audiuit qꝛ ieſꝰ venit: occurrit ei. Maria aūt domi ſedebat Dixit ergo martha ad ieſū. Dñe ſi fuiſſes hic: frater meus non fuiſſet moꝛtuus. Sed ⁊ nūc ſcio: quia quecūq; popoſceris a deo: dabit tibi deus. Dicit illi ieſꝰ. Reſurget frater tuus. Dicit ei martha. Scio qꝛ reſurget in reſurrectiōe: ī nouiſſimo die. Dicit ei ieſꝰ. Ego ſum reſurrectio ⁊ vita. Qui credit in me etiā ſi moꝛtuus fuerit viuet. Et oīs q̇ viuit et credit ī me: nō moꝛiet̄ ineternum. Credis hoc? Ait illi. Vtiq; domine. Ego credidi qꝛ tu es chꝛiſtꝰ filius dei: qui in hūc mūdū veniſti Et cū hoc dixiſſet abijt et vocauit mariā ſoꝛoꝛē ſuā ſilētio dicēs. Magiſter adeſt: ⁊ vocat te. Illa aūt vt audiuit ſurrexit cito: ⁊ venit ad eū Nondū enī venerat ieſꝰ ī caſtellū: ſed erat adhuc ī illo loco vbi occurrerat illi martha. Iudei ergo q̇ erāt cū ea in domo et cōſolabātur eā de fratre ſuo: cū vidiſſent mariā qꝛ cito ſurrexit et exijt: ſecuti ſunt eā dicentes: qꝛ vadit ad monumētū: vt ploꝛet ibi. Maria ergo cū veniſſet vbi erat ieſus: videns eū cecidit ad pedes eius ⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic: nō eſſet moꝛtuus frater meus. Ieſus ergo videns eā ploꝛātem et iudeos qui venerāt cū ea ploꝛātes: īfremuit ſpū et turbauit ſemetipſm ⁊ dixit. Vbi poſuiſtis eū? Dicūt ei. Dñe veni ⁊ vide. Et lachꝛimatꝰ eſt ieſꝰ. Dixerūt ergo iudei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autē ex ipſis dixerūt Non poterat hic q̇ apuit oculos ceci nati: facere vt et hic nō moꝛeret̄? Ieſus aūt rurſum fremens in ſemetipſo: venit ad monumentū. Erat autē ſpelunca: & lapis ſuperpoſitus erat ei: et ait ieſ⁹ Tollite lapidem. Dicit ei martha: ſoror eius qui mortu⁹ fuerat. Domine iam fetet: quatriduanus enī eſt. Dixit ei ieſus. Nōne dixi tibi: qm̄ ſi credideris videbis gloriam dei? Tulerunt ergo lapidē. Ieſus autē eleuatis ſurſum oculis dixit. Pater tibi gratias ago: qm̄ exaudiſti me. Ego autē ſciebā: q2 ſemꝑ me audis Sed ꝓpter populū qui circūſtat dixi: vt credāt q2 tu me miſiſti. Hec cū dixiſſet voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et ſtatim prodijt qui fuerat mortuus ligat⁹ manus & pedes inſtitis: & facies illius ſudario erat ligata. Dixit eis ieſus. Soluite eum: & ſinite abire. Multi ergo ex iudeis qui venerāt ad mariam et martham: et viderant que fecit: crediderunt in eum. Offertorium. Populum humilem ſaluū facies domine: et oculos ſuperborū humiliabis quoniā quis deus preter te domine. Secreta.

Munera nos dn̄e q̄s oblata purificēt: et te nobis iugiter faciant eſſe placatum. Per do. Cōio. Videns dn̄s flentes ſorores lazari ad monumentum: lachrimatus eſt corā iudeis et clamabat lazare veni foras: et prodijt ligatis manibus et pedibus qui fuerat quatriduamus mortuus. Poſtcōmunio.

Hec nos q̄s dn̄e participatio ſacramēti: et a proprijs reatibus indeſinēter expediat: et ab oīb⁹ tueatur aduerſis. p. ¶ Sup ppl̄m.

Da queſumus omnipotens deus: vt qui infirmitatis noſtre conſcij de tua virtute confidimus: ſub tua ſemper protectione gaudeamus. Per dominū noſtrū.

¶ Sabbato. Officium.

Sitientes venite ad aquas: dicit dn̄s: et qui non habetis p̄cium venite bibite cū leticia. Ps. Attendite popule meus legem meā: inclinate aurē veſtram ī verba oris mei. Oratio.

Fiat queſumus domine per gratiā tuam fructuoſus noſtre deuotionis affectus: quia tūc nobis proderunt ſuſcepta ieiunia: ſi tue ſint placita pietati. Per do.

¶ Lectio yſaye prophete. xx.

Hec dicit dn̄s In tēpore placito exaudiui te: & ī die ſalutis auxiliat⁹ ſū tui Et ſeruaui te & dedi ī fedus ppl̄i: vt ſuſcitares terrā: et poſſideres hereditates diſſipatas. Vt diceres his q̄ vincti ſūt exite: et his q̄ ī tenebris ſūt reuelamini. Super vias paſcent: et in oīb⁹ planis erūt paſcua eoꝝ. Nō eſurient neq3 ſitiēt & nō percutiet eos eſt⁹ et ſol q2 miſerator eoꝝ reget eos & ad fōtes aquaꝝ potabit eos Et ponā oēs mōtes meos ī viā: & ſemite mee exaltabūtur. Ecce iſti de lōge venient: & ecce illi ab aquilōe & mari & iſti de terra auſtrali. Laudate celi et exultet terra iubilate mōtes laudē q2 cōſolatus eſt dn̄s ppl̄m ſuū: et pauperū ſuorū miſerebit. Et dixit ſyon. Dereliquit me dn̄s: et dn̄s oblit⁹ eſt mei Nūquid obliuiſci poteſt mulier infantē ſuum: vt nō miſereatur filio vteri ſui Et ſi illa oblita fuerit ego tamē nō obliuiſcar tui. Dicit dn̄s oip̄s. Grad. Tibi dn̄e derelictus eſt pauper: pupillo tu eris adiutor. V. Vt quid dn̄e receſſiſti lōge: deſpicis in oportunitatibus in tribulatione: dum ſuperbit impius incēditur pauper. ¶ Secundū matheū. viij.

In illo tēpore. Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ Ego ſū lux mūdi. Qui ſequit̄ me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vite Di xerūt ergo ei phariſei. Tu de teipſo teſtimoniū ꝑhibes: teſtimoniū tuū nō eſt verū. Reſpōdit ieſus: ⁊ dixit eis. Et ſi ego teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo: verū eſt teſtimoniū meū: qꝛ ſcio vnde veni et quo vado: vos aūt neſcitis vnde veni aut quo vado. Vos ſecūdū carnem iudicatis: ego non iudico quēq̄. Et ſi iudico ego iudiciū meū verū eſt: qꝛ ſolus nō ſum: ſed ego ⁊ q̇ miſit me pater. Et ī lege veſtra ſcriptū eſt: qꝛ duoꝝ hoīm teſtimoniū verū eſt. Ego ſum q̇ teſtimoniū ꝑhibeo de meipſo: ⁊ teſtimoniū perhibet de me q̇ miſit me pater. Dicebant ergo ei. Vbi eſt pater tuus? Reſpōdit ieſus. Neq; me ſcitis: neq; patrem meū. Si me ſciretis: forſitā et patrē meū ſciretis. Hec verba locut⁹ eſt ieſus in gazophilatio docens in tēplo. Et nemo apprehendit eū: qꝛ nondū venerat hora ei⁹. De turba aūt multi crediderūt in eū. Offerto. Fact⁹ eſt dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū ⁊ liberator me⁹ ſperabo ī eū. Secreta.

Oblationib⁹ q̄s dñe placare ſuſceptis: ⁊ ad te noſtras etiam rebelles cōpelle propicius volūtates. Per. Cōio. Dñs regit me et nichil michi deerit in loco paſcue ibi me collocauit: ſuper aquā refectionis educauit me. Poſtcommunio.

Tua nos dñe q̄s purificent ſancta: et oꝑatione ſua: te nob̄ faciant eſſe placatū. P. Sup ꝑplm.

Deus qui ſperantibus in te miſereri potius eligis q̄ iraſci: da nobis digne flere mala que fecimus: vt tue conſolationis gratiam inuenire valeamus. Per dominum. ¶ Dominica in paſſione.

Iudica me deus et diſcerne cauſam meam de gente nō ſancta: ab homine iniquo et doloſo eripe me quia tu es de⁹ me⁹ ⁊ fortitudo mea. Ps. Emitte lucem tuā ⁊ veritatē tuā ip̄a me deduxerūt ⁊ adduxerūt in mōtē ſanctum tuum et in tabernacula tua. Non dicitur Gloria patri.

Poſt offiñ infra tp̄s paſſionis niſi qñ canitur de feſtis ſanctoꝝ. Orō.

Queſumus omīps deus familiam tuam propicius reſpice: vt te largiēte regatur in corpore: ⁊ te ſeruāte cuſtodiatur in mente. Per dominū. ¶ Ad hebreos nono.

Fratres: Chriſtus aſſiſtens pōtifex futuroꝝ bonorū per amplius ⁊ ꝑfectius tabernaculum nō manufactū: ideſt nō hui⁹ creationis neq; per ſanguinē hircoꝝ aut vituloꝝ: ſed ꝑ ꝓpriū ſāguinē introiuit ſemel ī ſctā eterna redēptione inuētā. Si enī ſanguis hircoꝝ aut tauroꝝ: et cinis vitule aſpſus inq̄natos ſctificat ad emūdationē carnis: q̄to magis ſanguis xp̄i q̇ per ſpiritū ſctū ſemetipſū obtulit immaculatū deo: emūdabit cōſciētiā noſtrā ab operibus mortuis ad ſeruiendū deo viuēti? Et ideo noui teſtamēti mediator eſt: vt morte īntercedēte ī redēptionē eaꝝ preuaricationū q̄ erāt ſub priori teſtamento repromiſſionē accipiāt qui vocati ſūt: eterne hereditatis. In chriſto ieſu dño nr̄o. Gradal. Eripe me domine de inimicis meis doce me facere volūtatē tuā. V. Liberator meus dñe de gentibus iracūdis ab inſurgentibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me. Tractus.

Sepe expugnauerūt me a iuuētute mea. V. Dicat nūc iſrael ſepe expugnauerunt me a iuuentute mea. V. Etenim nō potuerūt michi ſupra dorſū meū fabricauerūt pctōres. V. Prolōgauerunt iniquitatem ſibi dñs iuſtus concidet ceruices peccatoꝝ. ¶ S. iohān. viij.

IN illo tēpore. Dicebat ieſus turbis iudeoꝝ ⁊ principibus ſacerdotū. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē dico quare vos nō creditiſ michi? Qui eſt ex deo: vba dei audit. Propterea vos non auditis: quia ex deo non eſtis Reſpōderūt ergo iudei: et dixerūt ei. Nōne bene dicimꝰ nos qꝛ ſamaritanus es tu: ⁊ demonium habes Reſpōdit ieſus. Ego demoniū nō habeo: ſed honorifico patrē meū: ⁊ vos inhonoraſtis me. Ego nō quero gloriā meā: eſt q̄ q̄rat et iudicet. Amē amē dico vobis: ſi q̄s ſermonem meū ſeruauerit mortē non videbit ieternū Dixerūt ergo ei iudei Nūc cognouimus qꝛ demoniū habes. Abrahā mortuus eſt ⁊ ꝓphete. Et tu dicis ſi quis ſermonē meum ſeruabit: mortē nō guſtabit ineternum. Nūq̄d tu maior es patre nr̄o abrahā: q̄ mortuus eſt? Et ꝓphete mortui ſunt. Quē teipſū facis? Reſpōdit ieſꝰ. Si ego glorifico meipſū: glīa mea nichil eſt. Eſt pr̄ meus q̄ glorificat me: quē vos dicitis q̄a deꝰ veſter eſt: et nō cognouiſtis eū Ego aūt noui eū Et ſi dixero qꝛ nō ſcio eum: ero ſimilis vobis mēdax. Sed ſcio eū: et ſermonē eius ſeruo Abrahā pr̄ veſter exultauit vt videret diē meū: vidit et gauiſꝰ eſt. Dixerūt ergo iudei ad eū. Quīquaginta ānos nondū habes: ⁊ abrahā vidiſti? Dixit ergo eis ieſꝰ. Amē amē dico vobis: āteq̄ abrahā fieret ego ſum. Tulerūt ergo lapides: vt iacerent in eū. Jeſus aūt abſcōdit ſe: et exiuit de tēplo. Offert. Confitebor tibi domine ī toto corde meo retribue ſeruo tuo viuam et cuſtodiam ſermones tuos viuifica me ſecundum verbum tuum dn̄e. Secretū.

HEc munera q̄s dn̄e et vincula nr̄e prauitatis abſoluant: et tue nobis mīe dona conciliēt. Per dn̄m. Prefatio. Qui ſalutem. Cōmunio. Hoc corpꝰ quod pro vobis tradetur: hic calix noui teſtamenti eſt in meo ſanguine dicit dominꝰ: hoc facite quotieſcūq̄ ſumitis ī meā cōmemorationē. Poſtcō.

ADeſto nobis domine deꝰ noſter: et quos tuis myſterijs recreaſti: ꝑpetuis defēde ſubſidijs. Per dn̄m ¶ Feria ſcd̄a. Officium.

MIſerere michi domine quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. Ps. Conculcauerūt me inimici mei tota die: q̄m multi bellātes aduerſum me. Oratio.

SAnctifica q̄s dn̄e noſtra ieiunia: ⁊ cunctarum nobꝫ propicius indulgentiā largire culparū. Per do. ¶ Lectiō ione prophete. iij

IN diebꝰ illis. Factū eſt verbū dn̄i ad ionā ꝓphetā ſecundo: dicēs. Surge ⁊ vade ī niniuē ciuitatē mangā: et p̄dica in ea p̄dicationē quā ego loquor ad te. Et ſurrexit ionas et abijt ī niniuē: iuxta verbū dn̄i. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierꝫ triū Et cepit ionas ītroire ī ciuitatē itinere diei vnius ⁊ clamauit et dixit. Adhuc quadraginta dies ⁊ niniue ſubuertetꝛ Et crediderūt viri niniuite dn̄o: ⁊ p̄dicauerūt ieiuniū: ⁊ veſtiti ſūt ſaccꝫ a maiori vſq̄ ad minorē. Et peruenit verbū ad regē niniue ⁊ ſurrexit de ſolio ſuo: et abiecit veſtimentū ſuū a ſe et īdutꝰ eſt ſacco: et ſedit in cinere Et clamauit ⁊ dixit ī niniue ex ore regis ⁊ p̄ncipū eiꝰ dicēs. Homines et iumēta ⁊ boues ⁊ pecora nō guſtent quicq̄ nec paſcantur: ⁊ aquā nō bibant. Et operiantur ſaccis hoīes: ⁊ iumēta clamēt ad dn̄m ī fortitudine. Et cōuertatur vir a via ſua mala: ⁊ ab īiquitate que eſt in manibꝰ eoꝝ. Quis ſcit ſi cõuertatur et ignoſcat deꝰ et reuertatᷣ a furore ire ſue: et nõ peribimus? Et vidit deus opera eoꝝ: qꝛ conuerſi ſunt de via ſua mala: et miſertꝰ eſt populo ſuo: dominꝰ deus noſter. Gradale. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba orꝫ mei. ℣. Deus in nomine tuo ſaluum me fac: et in virtute tua iudica me. ℂ Secundũ iohannem. vij.

In illo tp̃e. Miſerũt pꝛĩcipes et phariſei miniſtros: vt apprehẽderẽt ieſũ. Dixit ergo eis ieſus. Adhuc modicũ tẽpus vobiſcũ ſum: ⁊ vado ad eũ q̇ me miſit. Queretis me et nõ inuenietꝫ: et vbi ego ſum: vos nõ poteſtis venire. Dixerũt ergo iudei ad ſemetipſos. Quo hic iturꝰ ẽ qꝛ nõ ĩueniemꝰ eũ? Nũquid in diſperſionẽ gẽtiũ iturꝰ eſt: et docturꝰ gẽtes. Quis eſt hic ſermo quẽ dixit: queretis me et nõ inuenietis: ⁊ vbi ſũ ego / vos non poteſtis venire. In nouiſſimo autẽ die magno feſtiuitatis ſtabat ieſꝰ ⁊ clamabat dicẽs. Si q̃s ſitit: veniat ad me ⁊ bibat Qui credit ĩ me ſicut dicit ſcriptura fluia de vẽtre eiꝰ fluẽt aq̃ viue. Hoc aũt dixit de ſpũ quẽ accepturi erãt: credẽtes in eũ. Offer. Dñe ꝯuertere ⁊ eripe aĩam meã ſaluũ me fac ꝓpter mĩam tuã. Secre.

Concede nobis dñe deus noſter: vt hec hoſtia ſalutaris et noſtroꝝ fiat purgatio delictoꝛũ et tue pꝛopiciatio maieſtatis. Per. Pꝛefatio. Qui ſalutẽ. Cõio. Dñs v̾tutũ ip̃e eſt rex gloꝛie. Poſtcõio.

Sacramẽti tui q̃s dñe participatio ſalutaris: et purificationem nobis tribuat et medelam. Per dominũ. ℂ Super populum.

Da queſumꝰ dñe populo tuo ſalutẽ mentis et coꝛpoꝛis vt bonis operibus inherẽdo: tua ſemper mereatur pꝛotectione defendi. Per dñm. ℂ Feria tertia. Officiũ.

Expecta dominum viriliter age et confoꝛtetur coꝛ tuũ ⁊ ſuſtine dominũ. Pſalmꝰ. Dominꝰ illuminatio mea et ſalꝰ mea quem timebo. Oꝛatio.

Noſtra tibi dñe q̃s ſint accepta ieiunia: que nos ⁊ expiãdo gr̃a tua dignos efficiant: ⁊ ad remedia perducãt eterna. Per dominum. ℂ Lectõ daniel. ꝓphete. xiiij.

In diebꝰ illis. Cõgregati ſũt babilonij ad regẽ: et dixerũt ei. Trade nobis danielem q̇ bel deſtruxit ⁊ dꝛachonem ĩterfecit. Alioquin ĩterficiemus te: et domũ tuã. Uidit ergo rex ꝙ irruerent ĩ eũ vehemẽter: ⁊ neceſſitate cõpulſꝰ tradidit eis danielẽ. Qui miſerũt eũ ĩ lacũ leonũ ⁊ erat ibi ſex diebꝰ. Poꝛro ĩ lacu erãt leones ſeptẽ: ⁊ dabãtur eis quotidie duo coꝛpoꝛa et due oues. Et tũc nõ data ſũt eis: vt deuoꝛarẽt danielẽ Erat aũt abacuch ꝓpheta in iudea: ⁊ ipſe coxerat pulmẽtũ ⁊ ĩtriuerat panes ĩ alueolo ⁊ ibat ĩ cãpũ vt ferret meſſoꝛibꝰ. Dixitq̃ angelus dñi ad abacuch. Fer pꝛãdiũ qđ habes ĩ babilonẽ danieli: q̇ eſt in lacu leonũ. Et dixit abacuch. Dñe babilonẽ nõ vidi ⁊ lacũ neſcio. Et appꝛehendit eũ angelus dñi in vertice eiꝰ / et poꝛtauit eũ capillo capitis ſui: poſuitq̃ eũ ĩ babilonẽ ſup̱ lacũ in ĩpetu ſpũs ſui. Et clamauit abacuch: dicẽs. Daniel ſerue dei: tolle pꝛãdiũ qđ miſit tibi deꝰ Et ait daniel. Recoꝛdatꝰ es mei dñe deus meꝰ: et non dereliq̃ſti diligẽtes te. Surgẽſq̃ daniel comedit Poꝛro ãgelꝰ dñi reſtituit abacuch cõfeſtim ĩ loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptima: vt lugeret danielẽ. Et venit ad lacũ ⁊ ĩtroſpexit ⁊ ecce daniel ſedens in medio leonũ. Excla mauit rex voce magna dicēs. Magnus eſt dñs deꝰ danielis. Et extraxit eū de lacu. Illos aūt qui perditiōis eiꝰ cauſa fuerāt itromiſit ī lacū: et deuorati ſunt in momēto corā eo. Tunc rex ait. Paueant habitātes ī vniuerſa terra deū danielis qr ip̄e ē ſaluator ⁊ liberator faciēs ſigna ⁊ mirabilia ī celo ⁊ in terra. Qui liberauit danielē: de lacu leonū. Grad. Diſcerne cauſā meā dñe ab hoīe iniquo et doloſo eripe me. ℣. Emitte lucē tuā et veritatē tuā: ipſa me deduxerūt et adduxerūt in mōtē ſctm̄ tuū. ¶ Scđm iohā. vij.

In illo tp̄e. Ambulabat ieſus in galileā: non enim volebat in iudeā ambulare: qr querebāt eū iudei interficere. Erat aūt in proximo dies feſtus iudeorum: cenophegia. Dixerunt autē ad eum fratres eius. Tranſi hinc et vade in iudeā: vt et diſcipuli tui videāt opera tua que facis. Nemo quippe ī occulto aliquid facit: et querit ipſe in palā eſſe. Si hec facis: manifeſta teipſū mundo. Neq; enim fratres eiꝰ credebant in eū. Dixit ergo eis ieſus. Tēpus meū nondū aduenit tēpus aūt veſtrū: ſemper eſt paratū. Nō poteſt mūdus odiſſe vos. Me autē odit qr ego teſtimoniū perhibeo de illo: quia opera eiꝰ mala ſunt. Vos aſcendite ad diem feſtum hūc: ego non aſcendā ad diē feſtū iſtū: quia tēpus meū nondum impletum eſt. Hec cū dixiſſet: ipſe manſit in galilea. Vt autem aſcenderunt fratres eius: tūc et ipſe aſcendit ad diem feſtū non manifeſte. Sed quaſi in occulto. Iudei ergo querebant eū in die feſto: et dicebāt. Vbi eſt ille. Et murmur multꝰ erat de eo in turba. Quidā enim dicebant quia bonus eſt: alij aūt dicebant non / ſed ſeducit turbas. Nemo tamen palam loquebat de illo: ꝓpter metū iudeoꝝ. Offertoriū. Sperēt in te oēs q̄ nouerunt nomē tuū dñe qm̄ non derelinquis querētes te pſallite dño q̄ habitat in ſyon qm̄ non eſt oblitꝰ orationem pauperis. Secreta.

Hoſtias tibi dñe deferimꝰ immolātes: que tēporali conſolatione nos letificent: vt promiſſa certius ſperemus eterna. Per do. Cōio. Redime me deus iſrael ex oībus āguſtijs meis. Poſtcōmunio.

Da q̄s ōps deꝰ / vt q̄ diuina ſūt iugiter exequētes: donis mereamur celeſtibꝰ ꝓpinquare. Per dñm. ¶ Super populum. Oratio.

Da nobis q̄s dñe perſeuerātē ī tua volūtate famulatū: vt ī diebꝰ noſtris et merito ⁊ numero plebs tibi ſeruiens augeatur. Per dñm. ¶ Feria quarta. Officium.

Liberator meꝰ de gētibꝰ iracūdis ab īſurgētibꝰ ī me exaltabis me / a viro īiquo eripies me dñe ꝑ. Diligā te dñe fortitudo mea dñs firmamētū meū ⁊ refugiū meū ⁊ liberator meꝰ. Or.

Sanctificato hoc ieiunio deꝰ tuoꝝ corda fidelium miſerator illuſtra: ⁊ q̄bꝰ deuotionis p̄ſtas affectū: p̄be ſupplicātibꝰ piū benignus auditū. Per. Lec. li. leuit. xix.

In diebꝰ illis Locutꝰ eſt dñs ad moyſen dicens. Ego dñs deus veſter. Nō facietis furtū: nō mētiemini nec decipiet vnuſquiſq; ꝓximū ſuū. Nō piurabis ī noīe meo nec polluies nomē dei tui: ego dñs. Nō facies calūniā ꝓximo tuo: nec vi opprimes eū. Non morabit opꝰ mercenarij tui apud te: vſq; mane. Nō maledices ſurdo: nec corā ceco pones offēdiculū. Sz timebis dñm deum tuū: qr ego ſum dñs. Non facies qđ iniquū eſt: nec iniuſte iudicabis. Nō conſideres perſonā paupe ris: nec honores vultū potētis. Iuſte iudica ꝓximo tuo. Nō eris criminator ⁊ ſuſurro in populis. Nō ſtabis ꝯtra ſanguinē ꝓximi tui: ego dn̄s. Non oderis fratrē tuū in corde tuo/ ſed publice argue eū: ne habeas ſuper illo peccatū. Nō queras vltionē: nec memor eris īiurie ciuiū tuorū. Diliges amicū tuū: ſicut teipſum. Ego dn̄s: leges meas cuſtodite. Ego enī ſum: dn̄s deꝰ veſter. Grad. Exaltabo te dn̄e qm̄ ſuſcepiſti me nec delectaſti inimicos meos ſuper me. ℣. Dn̄e deꝰ meꝰ clamaui ad te et ſanaſti me dn̄e abſtraxiſti ab īferis aīaꝫ meā ſaluaſti me a deſcēdētibꝰ ī lacū. Scd̄m iohā. x.

IN illo tp̄e. Fctā ſūt encenia ī hieroſolymis: ⁊ hyems erat. Et ambulabat ieſꝰ in tēplo: in porticu ſalomonis. Circūdederunt ergo eū iudei ⁊ dicebant ei. Quouſq̃ animā noſtrā tollis? Si tu es xp̄s: dic nobis palā. Reſpōdit eis ieſus. Loquor vobis: ⁊ nō creditis. Opera que ego facio in nōīe patris mei hec teſtimonium perhibent de me. Sed vos nō creditis: quia nō eſtis ex ouibꝰ meis. Oues mee vocē meā audiunt: et ego cognoſco eas et ſequūtur me. Et ego vitā eternā do eis et nō peribunt ineternū: et nō rapiet eas quiſq̄ de manu mea. Pater meꝰ qd̄ dedit michi maiꝰ omnibus eſt: et nemo poteſt rape de manu patris mei. Ego ⁊ pater: vnū ſumus. Suſtulerūt lapides iudei: vt lapidarent eū. Reſpondit eis ieſꝰ. Multa bona opera oſtēdi vobis ex patre meo: propter qd̄ eorum opus me lapidatis? Reſpōderūt ei iudei. De bono opere nō lapidamꝰ te: ſed de blaſphemia. Et q2 tu homo cum ſis: facis teipſum deum. Reſpōdit eis ieſus. Nōne ſcriptum eſt ī lege veſtra: quia ego dixi dȳ eſtis. Si ergo illos dixit deos ad quos ſermo dei factus eſt: et nō poteſt ſolui ſcriptura: quem pater ſanctificauit et miſit in mundum vos dicitis quia blaſphemas q2 dixi filiꝰ dei ſū. Si nō facio opa patris mei: nolite credere michi. Si aūt facio: ⁊ ſi michi nō vultis credere operibꝰ credite. Ut cognoſcatis et credatis: quia ī me eſt pater: ⁊ ego in patre. Offer. Eripe me de inimicis meis deꝰ meus: et ab inſurgentibus in me libera me domine. Secreta.

ANnue miſericors deꝰ: vt hoſtias placationis et laudis: ſincero tibi deferamus obſequio. Per. Cōio. Lauabo īter īnocētes manꝰ meas: ⁊ circuibo altare tuū dn̄e vt audiā vocē laudis tue ⁊ enarrē vniuerſa mirabilia tua. Poſtcōio.

CEleſtis doni bn̄dictione ꝑcepta: ſupplices te deꝰ oīp̄s dep̄camur: vt hoc idē nobis ⁊ ſacramēti cauſa ſit ⁊ ſalutis. P. Sup ppl̄m.

ADeſto ſupplicationibus noſtris oīpotēs deus et q̇bus fiduciā ſperādē pietatis īdulges cōſuete mīe tribue benignus effectū. Per dn̄m. ¶ Feria quinta. Offm̄.

OMnia que feciſti nobis domine: in vero iudicio feciſti: quia peccauimus tibi: et mādatis tuis nō obediuimus ſed da gloriā nomini tuo et fac nobiſcū ſecundum multitudinem miſericordie tue. Ps. Magnꝰ dn̄s et laudabilis nimis: in ciuitate dei noſtri in mōte ſctō eiꝰ. Oro.

PReſta q̄s oīp̄s deus vt dignitas conditiōis humane per immoderantiam ſauciata medicinalis parſimonie ſtudio reformetur. Per. ¶ Lctō daniel. ꝓphete. x.

IN diebꝰ illis. Orauit daniel dicēs. Dn̄e deus ne deſpicias populū tuum: neq̃ auferas miam tuā a nobis. Propter abraham dilectū tuū: et yſaac ſeruū tuū et iſrael ſanctū tuū: quibus locut⁹ es pollicēs ꝙ multiplicares ſemen eoꝝ ſicut ſtellas celi: et ſicut arenā q̄ eſt ī littoꝛe marꝫ. Qꝛ dn̄e iminuti ſum⁹ pluſq̄ oēs gētes: ſumuſq; humiles in vniuerſa terra hodie ꝓpter peccata nr̄a. Et nō eſt in tp̄e hoc ꝓpheta ⁊ pꝛinceps et dux neq; olocauſtū neq; ſacrificiū neq; oblatio: neq; incēſum: neq; loc⁹ pꝛimitiaꝝ coꝛā te: vt poſſim⁹ īuenire miām tuā. Sed in animo cōtrito ⁊ ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut ī olocauſtū arietū ⁊ tauroꝝ ⁊ ſicuti ī milib⁹ agnoꝝ pinguiū: ſic fiat ſacrificiū noſtrū in ꝯſpectu tuo hodie: vt placeat tibi qꝛ nō eſt confuſio cōfidētibus in te. Et nūc ſequimur in toto coꝛde ⁊ timemus te: et q̄rim⁹ faciē tuā ne cōfundas nos ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinē tuā: et ſecūdū multitudinē miē tue. Et erue nos ī mirabilib⁹ tuis: et da gloꝛiā noi tuo dn̄e. Et confundantur oēs qui oſtēdūt ſeruis tuis mala. Cōfundantur in oīpotentia tua: et robur eoꝝ conteratur. Et ſciant qꝛ tu es dn̄s deus ſolus: et gloꝛioſus ſuper omnē terram: domine deus noſter. Grad. Tollite hoſtias et introite in atria eius: adoꝛate dn̄m in aula ſancta eius. ℣. Reuelauit dn̄s condenſa ⁊ in tēplo eius omnes dicent gloꝛiam. ¶ Secūdū iohannē. vij.

In illo tēpoꝛe. Cum audiſſēt quidā de turba ſermones ieſu: dicebant. Hic eſt vere pꝛopheta. Alij dicebāt hic eſt xp̄s. Quidā aūt dicebant. Nunq̄d a galilea xp̄s veniet? Nōne ſcriptura dicit: qꝛ ex ſemine dauid: ⁊ de bethleem caſtello vbi fuerat dauid xp̄s venit? Diſſenſio itaq; fcā eſt in turba ꝓpter eū. Quidā aūt ex ipſis volebāt appꝛehendere eum: ſed nemo miſit in illū manus. Venerūt ergo miniſtri: ad pōtifices ⁊ phariſeos. Quibus illi dixerunt. Quare non adduxiſtis eū? Reſpōderūt miniſtri. Nunq̄ ſic locutus eſt hō: ſicut hic loq̄tur. Reſpōderūt ergo phariſei. Nūquid ⁊ vos ſeducti eſtis. Nunq̄d aliq̄s ex pꝛincipib⁹ aut ex phariſeis credidit in eū? Sed turba hec q̄ nō nouit legē maledicti ſūt. Dixit nichodem⁹ ad eos ille q̄ venerat ad ieſū nocte: q̄ vnus erat ex ipſis. Nūq̄d lex nr̄a iudicat hominē niſi audierit ab ip̄o pꝛius: et cognouerit q̄d faciat? Reſpōderunt et dixerūt ei. Nūquid et tu galileus es. Scrutare ſcripturas ⁊ vide qꝛ pꝛopheta a galilea nō ſurgit. Et reuerſi ſunt vnuſq̄ſq; in domū ſuam. Offerto. Super flumina babilonis illic ſedim⁹ et fleuimus dū recoꝛdaremur tui ſyon. Secreta.

Domine deus noſter: q̄ in his potius creaturis quas ad fragilitatis nr̄e ſubſidiū ꝯdidiſti: tuo quoq; noi munera iuſſiſti dicanda cōſtitui: tribue q̄s: vt et vite nobis p̄ſentis auxiliū: et eternitatis efficiāt ſacramētū. Per do. Cōio. Memēto verbi tui ſeruo tuo dn̄e: ī quo michi ſpem dediſti hec me cōſolata eſt in humilitate mea. Poſtcōio.

Quod oꝛe ſumpſim⁹ dn̄e pura mente capiamus et de munere tēpoꝛali fiat nobis remediū ſempiternum. Per. ¶ Super populū.

Eſto q̄s dn̄e ꝓpici⁹ plebi tue: vt que tibi non placēt reſpuens: tuoꝛum potius repleatur delectationibus mandatoꝛum. Per dominum. ¶ Feria ſexta. Officium.

Miſerere michi domine quoniam tribuloꝛ: libera me et eripe me de manibus inimicoꝛum meoꝛum: et a perſequētib⁹ me dn̄e non cōfundar qm̄ inuocaui te. Ps. In te dñe ſperaui: non confundar ineternũ. Oratio.

Cordibus noſtris dñe gratiã tuã benignꝰ infunde: vt pctã noſtra caſtigatiõe voluntaria cohibẽtes: tẽpaliter potius maceremur ꝙ̃ ſupplicijs deputemur eternis. P.

¶ Lectio hieremie prophete. xvij.

In diebꝰ illis. Dixit hieremias. Dñe oẽs qui te dereliquerunt: cõfundentur. Recedẽtes a te in terra ſcribẽtur: qm̃ dereliquerũt venã aquarũ viuentiũ dñm. Sana me dñe et ſanabor: ſaluum me fac ⁊ ſaluus ero: qm̃ laus mea tu es. Ecce ipſi dicũt ad me. Ubi eſt verbum dñi? Ueniat. Et ego nõ ſum turbatus te paſtorẽ ſequens: et diẽ hoĩs non deſideraui tu ſcis. Qđ egreſſũ eſt de labijs meis: rectũ in cõſpectu tuo fuit Nõ ſis michi tu formidini ſpes mea tu in die afflictionis. Cõfundãtur q̇ ꝑſequũtur me: et nõ cõfundar ego Paueãt illi: ⁊ nõ paueã ego. Induc ſuper eos diẽ afflictionis et duplici contritione contere eos dñe deus noſter. Grad. Pacifice loquebãtur michi inimici mei ⁊ in ira moleſti erãt michi ℣. Uidiſti dñe deus meꝰ ne ſileas ne diſcedas a me. ¶ Secundum iohannem. xi.

In illo tempore. Collegerunt pontifices ⁊ phariſei cõſiliũ aduerſꝰ ieſum ⁊ dicebant. Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit. Si dimittimus eũ ſic omnes credent in eũ. Et venient romani: ⁊ tollent noſtrũ locũ ⁊ gentẽ. Unꝰ autẽ ex ipſis cayphas nomine cum eſſet põtifex ãni illiꝰ dixit eis. Uos neſcitis q̇cꝙ̃ nec cogitatis: qꝛ expedit vobis vt vnꝰ moriatur hõ pro populo: et nõ tota gẽs pereat. Hoc autẽ a ſemetipõ non dixit: ſed cum eſſet pontifex anni illius prophetauit: qꝛ ieſus moriturus erat pro gẽte. Et non tantum pro gẽte: ſed vt filios dei qui erant diſperſi congregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitauerunt interficere eum. Ieſus ergo iam non palã ãbulabat apud iudeos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum: ĩ ciuitatẽ que dicitur effrem. Et ibi morabatur: cum diſcipulis ſuis. Offertoriũ. Benedictus es dñe doce me iuſtificatiões tuas: ⁊ non tradas calũniantibus me ſuperbis: et reſpondebo exprobrantibus michi verbũ. Secreta.

Preſta nobis miſericors deus vt digne tuis ſeruire ſemper altaribus mereamur: et eorum perpetua participatione ſaluari Per.

Cõmunio. Ne tradideris me dñe ĩ aĩas perſequentiũ me: quia inſurrexerũt in me teſtes iniqui ⁊ mẽtita eſt ĩiquitas ſibi. Poſtcõmunio.

Sumpti ſacrificij dñe perpetua nos tuitio nõ dereliquat et noxia ſemper a nobis cuncta depellat. Per do. ¶ Super populũ.

Concede q̃s oĩps deus: vt qui protectionis tue gratiã querimꝰ: liberati a malis oĩbꝰ: ſecura tibi mẽte ſeruiamꝰ. P. ¶ Sabbato. Offm̃. Miſerere michi do.. vtʒ. or.

Proficiat queſumꝰ dñe plebs tibi dicata pie deuotiõis affectu: vt ſacris actionibꝰ erudita: quãto maieſtati tue fit gratior: tãto donis potioribꝰ augeatur. Per dñm. ¶ Lectõ hieremie ꝓphe. xviij.

In diebus illis. Dixerunt impij iudei adinuicẽ. Uenite cogitemus cõtra iuſtũ: cogitationes Non enĩ peribit lex a ſacerdote: neq̧ conſilium a ſapiẽte: nec ſermo a ꝓpheta. Uenite et percutiamus eũ lingua: et non attendamus ad vniuerſos ſermones eius Attende dñe ad me: et audi voces aduerſariorũ meorũ. Nunqđ redditur pro bono malū: quia foderūt foueā aīe mee? Recordare quod ſteterim in conſpectu tuo vt loquerer pro eis bonū ⁊ auerterem indignationē tuam ab eis. Propterea da filios eorum ī famem: et deduc eos in manu gladij. Fiāt vxores eorum abſq; liberis et vidue: ⁊ viri earum interficiantur morte. Iuuenes eoꝝ cōfodiantur gladio ī prelio audiatur clamor de domibus eoꝝ. Adduces ſup eos latronē repente: q2 foderūt foueā vt caperēt me: et laqueos abſcōderūt pedibus meis. Tu aūt dñe: ſcis oē ꝯſiliū eoꝝ aduerſū me ī mortē. Ne ꝓpicieris iniq̄tati eoꝝ: et peccatū eoꝝ a facie tua non deleatur. Fiāt corruentes in conſpectu tuo: in tēpore furoris tui domine deus meꝰ.

Grad. Pacifice loquebanē. ℣. Vidiſti dñe. ¶ Secundū iohannē. vj.

IN illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Amē amē dico vobis niſi mādūcaueritis carnem filij hoīs ⁊ biberitis eiꝰ ſanguinē: nō habebitis vitam in vobis. Qui mādūcat meā carnē et bibit meum ſanguinē: habet vitā eternam. Et ego reſuſcitabo eū: ī nouiſſimo die. Caro mea vere eſt cibus: et ſāguis meꝰ vere eſt potus. Qui mādūcat meā carnē et bibit meū ſāguinē: in me manet ⁊ ego ī illo. Sicut miſit me viuēs pat̄: ⁊ ego viuo ꝓpter patrē. Et q̄ mādūcat me: ipſe viuet ꝓpter me. Hic eſt panis q̄ de celo deſcēdit. Nō ſicut mādūcauerūt patres veſtri māna ī deſerto: ⁊ mortui ſūt. Qui mādūcat hūc panē: viuet ī eternū. Hec dixit ī ſynagoga docēs ſabbato ī capharnaū. Multi ergo audiētes ex diſcipulis eiꝰ dixerūt: Durus eſt hic ſermo. Et quis poteſt eū audire? Cognouit aūt ieſus apud ſemetipſū q2 murmurarent de hoc diſcipli eiꝰ ⁊ dixit eis. Hoc vos ſcādalizat. Cū ergo videritis filiū hominis aſcēdentē vbi erat priꝰ. Spiritus eſt qui viuificat: nā caro nichil prodeſt. Verba que ego locutꝰ ſum vobis: ſpiritꝰ ⁊ vita ſūt. Sed ſunt quidam ex vobis: qui non credūt. Sciebat enī ab initio ieſꝰ qui eſſēt credētes: et q̄s traditurꝰ eſſet eum et dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo poteſt venire ad me niſi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc ergo multi diſcipuloꝝ eiꝰ abierunt retro: et amplius cum illo nō ambulabāt. Dixit ergo ieſꝰ ad duodecim. Nunquid et vos vultis abire? Reſpōdit ergo ei ſymon petrꝰ Dñe ad quem ibimus. Verba vite eterne habes. Et nos credimꝰ ⁊ cognouimꝰ: quia tu es chriſtꝰ filius dei. Reſpondit ei ieſus. Nōne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis dyabolus eſt. Dicebat enim de iuda ſymonis ſcariothis. Hic enī erat traditurus eum: cū eſſet vnus ex duodecim.

Offertoriū. Recordare quod ſteterī in ꝯſpectu tuo vt loquerer pro eis bonū: et auerterē indignationem tuā ab eis. Secreta.

PReſta q̄ſumꝰ omnipotēs deꝰ: vt ieiuniorum placatus ſacrificijs indulgentie nos munere ꝓſequaris. Per dominū. Comunio. Ne tradideris me. Poſtcōmunio.

DIuini muneris ſatiati largitate q̄s dñe deus noſter vt huius ſemper participatiōe viuamus. Per dñm. ¶ Sup populum.

TUeatur q̄s dñe dextera tua populum tuum deprecantē: et purificatū dignanter erudiat vt conſolatiōe p̄ſenti foueatur: ⁊ ad futura bona ꝓficiat. Per. ¶ Do. ī ramiſpalmaꝝ. Poſt tciā fiat aqua bñdicta. et aſpergatur ab ebdomadario. Poſt aſperſionē ⁊ orōnē magiſter ſcolariū non ī ſuppellicio le gat ī medio āte gradꝰ altaris ꝓpe choꝝ ad aquilonē cōuerſꝰ lectionē ꝑmiſſo titulo. ¶ Lec. li. exodi. xv.

IN diebus illis. Venerūt filij iſrael in helym vbi erant duodecim fontes aquarū et ſeptuaginta palme: et caſtrametati ſūt iuxta aquas. Profectiq; ſūt de helym: ⁊ venit oīs multitudo filioꝝ iſrael ī deſertum ſyn quod eſt iter helym ⁊ ſynay quītodecimo die mēſis ſecūdi: poſtꝙ̄ egreſſi ſunt de terra egypti. Et murmurauit omnis cōgregatio filiorum iſrael cōtra moyſen et aaron: in ſolitudine. Dixerūtq; ad eos filij iſrael. Utinā mortui eſſemus per manum dñi in terra egypti: qñ ſedebamus ſuper ollas carniū: ⁊ comedebamꝰ panes ī ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertū iſtud: vt occideretis oēm multitudinē fame? Dixit aūt dñs ad moyſen. Ecce ego pluā vobis panē de celo: egrediatur populꝰ ⁊ colligat ꝗ ſufficiunt ꝑ ſigulos dies: vt tēptē eū vtrū ambulet ī lege mea: an nō. Die aūt ſexto parēt quod īferāt: et ſit dupliū ꝙ̄ colligere ſolebāt per ſingulos dies. Dixeruntq; moyſes et aarō ad oēs filios iſrl'. Veſpe ſcietis quod dñs eduxerit vos de terra egypti: ⁊ mane videbitꝭ gloriā dñi Audiui ei murmur vrm̄ ꝯtra dñm Nos vero ꝗd ſumꝰ qꝛ muſſitatꝭ cōtra nos. Et ait moyſes. Dabit vobis dñs veſpere carnes edere et mane panes ī ſaturitate: eo quod audierit murmurationes veſtras quibus murmuraſtis ꝯtra eū. Nos ei ꝗd ſumus. Nec cōtra nos eſt murmur vrm̄: ſed contra dñm. Dixitq; moyſes ad aarō. Dic vniuerſe congregatiōi filioꝝ iſrl'. Accedite corā dño: audiuit eni murmur vrm̄. Cūq; loquereť aarō ad oēm cetū filioꝝ iſrl': reſpexerūt ad ſolitudinē: et ecce gloria dñi apparuit in nube. Deinde diaconꝰ accepta bñdictiōe a ꝑlato ī eo loco quo legebať lectō: legat euāge. ¶ Scd̄m iohānē. xij.

IN illo tempore. Turba multa que conuenerant ad diem feſtum cum audiſſent quia venit ieſus hieroſolimam: acceperunt ramos palmarum ⁊ proceſſerunt obuiam ei: et clamabant. Oſanna bñdictus qui venit ī noīe dñi: rex iſrael. Et īuenit ieſus aſellū: ⁊ ſedit ſuper eū ſicut ſcriptū eſt. Noli timere filia ſyon: ecce rex tuꝰ venit tibi ſedens ſuper pullū aſine. Hec nō cognouerunt diſcipuli eiꝰ primū: ſed quādo glorificatꝰ eſt ieſus: tūc recordati ſūt qꝛ hec erāt ſcripta de eo et hec fecerūt ei. Teſtimoniū ergo perhibebat turba que erat cū eo qñ lazarū vocauit de monummēto: ⁊ ſuſcitauit eū a mortuiꝭ. Propterea et obuiā venit ei turba qꝛ audierāt eū feciſſe hoc ſignū. Pharisei ergo dixerūt ad ſemetipſos. Videtis qꝛ nichil ꝓficimus. Ecce mūdus totꝰ poſt eū abijt. ¶ Lectoq; euangelio textum ꝑlato apertū deferať ad oſculandū: canonico vero ſi ꝑlatus non affuerit librum euangelij. Poſtea benedicūtur palme a ꝑlato in loco vbi lectio ⁊ euangeliū legebātur: hoc modo Dñs vobiſcū. Et cū ſpiritu tuo. Oremꝰ. Oratio.

DEus cuius filius pro ſalute generis humani de celo deſcendit ad terras: et appropinquāte hora paſſionis ſue hieroſolimā ī aſino ſedēs venire: ⁊ a turbis rex appellari ac laudari voluit benedice ✠ re dignare hos palmarum ceterarūq; arborum ramos: vt omnes qui eos laturi ſūt ita benedi ✠ ctiōis tue dono repleantur quatinus et in hoc ſeculo hoſtis antiqui tentamēta ſuperare: et ī futuro cū palma victorie et fructu bonorum operum tibi valeāt apparere. Per eundē chriſtum. Oremus. Oratio.

O Mnipotens deus mūdi creator et redēptor: qui noſtre ſaluationis gratia ex ſūma celi arce deſcendere carnem ſumere ⁊ paſſionē ſubire dignatus es: quiq; cū ad ſalutarē redēptionis noſtre victimā properabas a turbis cū ramiſpalmarū obuiantibus bñdici laudari et rex bñdict⁹ in noīe dñi appellari clara voce voluiſti: tu dñe cōfeſſionis noſtre laudationē dignāter ſuſcipe: et hos palmarū atq; florū ramos: bñ✠dicere ⁊ ſanctifi✠care digneris vt quicūq; in tue deuotionis obſequio ex fide geſtauerit: celeſti bñdictiōe ſanctificatus ſalutē ⁊ ſanitatē: pctōꝝq; remiſſionē: ac vite eterne premia ꝯſeq̄ mereatur: te annuēte. Qui viuis ⁊ reg. ¶ Deinde aſpergatur aqua benedicta ⁊ poſtea thurificentur: ⁊ in diſtributione palmarum cantentur he. antip.

P Ueri hebreorum tollētes ramos oliuarum: obuiauerūt domino clamantes et dicentes oſanna in excelſis. Antiphona.

P Ueri hebreorū veſtimēta proſternebāt in via et clamabant dicētes. Oſanna filio dauid: benedict⁹ qui venit in nomine domini. an.

O Sanna filio dauid: bñdict⁹ q̄ venit ī noīe dñi rex iſrl. oſāna ī excelſis. ¶ Poſt diſtributionem palmaꝝ dicat plat⁹ verſū. Ex ore īfantiū de⁹ ⁊ lactētiū ꝑfeciſti laudē ꝓpter inimicos tuos. Orem⁹ Or.

O Mnīps ſempiterne deus qui dominū noſtrū ieſū chriſtū die azimoꝝ ſup pullum aſine ſedere voluiſti: ac pueros hebreoꝝ veſtimenta vel ramos oliuarū in via ſternere ⁊ ī laudē ip̄i⁹ oſanna filio dauid decātare docuiſti: da q̄s: vt innocentiū laudē in tēplo clamātiū et eorū merita in celeſtibus cōſequi mereamur. Per eūdē xp̄z. ¶ In ingreſſu ꝓceſſionis Sicq; incepta. an. ſequētī a ꝓceptore ꝓcedat ꝓceſſio vſq; tātoriū. an. Ante ſex dies ſolēnitatis paſche quando venit dñs in ciuitatem hieruſalē occurrerūt ei pueri et in manibus portabāt ramos palmarum: et clamabant voce magna dicentes oſanna in excelſis benedictus qui veniſti in multitudine miſericordie: oſanna in excelſis. An. Prima die azimoꝝ acceſſerūt diſcipuli ad ieſū dicētes vbi vis parem⁹ tibi comedere paſcha: at ieſ⁹ dicit eis: ite in ciuitatē ad quēdā ⁊ dicite ei: magiſter dicit tēpus meū prope eſt: apud te facio paſcha cū diſcipulis meis: ⁊ fecerunt diſcipuli ſicut preceperat eis dñs ⁊ parauerūt paſcha. ℟. Dñs ieſ⁹. ℟. Cogitauerūt. ℟. Cū audiſſet turba. ā. Cū audiſſet popul⁹ qꝛ ieſ⁹ venit hieroſolimā acceperūt ramos palmarū et exierūt ei obuiā et clamabāt pueri dicētes. Hic eſt ſal⁹ nr̄a redēptio iſrael: quāt⁹ eſt iſte cui throni ⁊ dñatiōes occurrunt: noli timere filia ſyō: ecce rex tu⁹ venit tibi ſedēs ſup pullū aſine ſicut ſcriptuꝫ eſt: ſalue rex fabricator mundi q̄ veniſti redimere nos. Deīde cū āte tētoriū proceſ. ordinata fuerit diaconus accepta bñdictiōe a ꝑlato cū pbr̄o ⁊ ſubdiacono ⁊ crucifero ⁊ ceroferarijs ī medio ſtās legat euāg. S. mat. xxi.

I N illo tēpore. Cū appropinquaſſet ieſus hieroſolimis et veniſſet bethphage ad mōtē oliueti: tunc miſit duos diſcipulos ſuos dicens. Ite in caſtel. ¶ Et cetera vt in .i. dñica aduen. dñi. Et poſtea ſacerdos flexis genibus dicat ter. Dign⁹ es domine accipere gloriā et honorem. Adorans corpus chriſti quod tenet preſbiter in tētorio ⁊ ſimiliter chorus adoret ter dicēs Dignꝰ es dñe deꝰ noſter accipe gloriā et honorē. Et cetera. Tunc redeat ſacer. cum corpore dñi et miniſtri eiꝰ in eccleſiam: per eandē viam per quā venerunt. Interim fiat ſermo. Deinde finito ſermone: ⁊ cātore incipiēte. an. Cum appropinquaret dñs hieroſolimā: miſit duos ex diſcipulis ſuis dicēs: ite in ca. Progrediatur proceſſio circa eccleſiā cātādo. an.

Cum appropīquaret dñs hieroſolimā miſit duos ex diſcipulis ſuis dicens: ite in caſtellū qđ contra vos eſt: et inuenietis pullū aſine alligatū ſuꝑ quē nullꝰ homo ſedit ſoluite ⁊ adducite michi: ſi q̄s vos interrogauerit: dicite opꝰ dñi eſt: ſoluētes adduxerunt ad ieſum et impoſuerunt illi veſtimēta: et ſedit ſuper eū: alij proſternebant veſtimēta ſua in via alij ramos de arboribus externebāt: et qui ſequebātur clamabāt: oſanna bñdictꝰ q̄ venit ī noīe dñi: benedictū regnū patris dauid noſtri: oſanna ī excelſis miſerere nobis fili dauid. ¶ Percātata vero. an. addātur Rña. Dñs ieſus. R. Cogitauerunt. R. Cum audiſſet. Et alia Rña. ſi opꝰ fuerit. Cū aūt ad portas vrbis vel oſtiū occidētalis eccleſie peruentū fuerit: ibi ordinata proceſſiōe. incipiat cātor. R. Collegerūt pōtifices ⁊ phariſei cōſilium et dicebant: quid faciemꝰ quia hic homo multa ſigna facit Si dimittimus eū ſic: omnes credent in eū ⁊ forte venient romani: et tollent noſtrū locū et gentem ¶ Tres vicarij dicant verſū. Unꝰ autē ex ip̄is cayphas nomine: cum eſſet pontifex anni illius prophetauit dicens: expedit vobis vt vnus moriatur homo ꝓ populo et nō tota gens pereat: ab illo ergo die cogitauerūt interficere eū dicētes. Si dimittimꝰ eū ſic: oēs credēt in eū: et forte veniēt romani: et tollēt locū nr̄m ⁊ gentē. ¶ Finito regreſſu pueri in altū ſupra oſtiū eccleſie cantant verſum Gloria laus ⁊ honor tibi ſit rex chriſte redēptor: cui puerile decꝰ ꝓmpſit oſanna piū. Chorꝰ cū genuflexiōe dicat Gloria laus et honor tibi ſit. Pueri Iſrael es tu rex dauidis et inclita proles: nomine qui in dñi rex bñdicte venis. Chorus Gloria laus. Pueri Cetꝰ in excelſis te laudat celitꝰ omnis ⁊ mortalis homo: et cuncta creata ſimul. Chorus Gloria laus. Pueri. Plebs hebrea tibi cum palmis obuiam venit cum p̄ce voto hymnis aſſumus ecce tibi. Chorus Gloria laus et honor tibi ſit. Pueri reincipiāt Gloria laus ⁊ honor tibi ſit rex xp̄e redēptor: cui puerile decus prompſit oſanna piū. et chorꝰ ſtando finiat. Deīde itroeat ꝓceſſio cātore incipiē. R. Ingrediēte dño in ſctām ciuitatē hebreoꝝ pueri reſurrectionē vite ꝓnūciātes. Cū ramiſ palmarū oſanna clamabāt in excelſis. V. Cum audiſſet populꝰ quia ieſus venit hieroſolimā: exierunt obuiam ei. Cū ramiſpalmarū. In ingreſſu ꝓceſſionis prelatꝰ ter flexis genibus ante crucem diſcoopertā adoret dicens cantando. Aue rex noſter. Et chorꝰ idem repetat. an.

Aue rex noſter fili dauid redēptor mundi: quē ꝓphete predicauerunt ſaluatorē domui iſrael eſſe venturū te enī ad ſalutarē victimā pater miſit in mundū: quē expectabāt oēs ſancti ab origine mūdi et nūc oſanna filio dauid: bñdictꝰ q̄ venit ī noīe dñi: oſanna ī excelſis Poſtea vo quattuor vel ſex vicarij ī pulpito īcipiāt. R. Circūdederūt me. V. Qm̄ tribulatio. Reſcepto ab eiſdē. ℟. intret ꝓceſſio ī chorū ⁊ ſequat̄ vſicu. ſacerdotalis Bñdictꝰ q̄ venit in noīe dñi. ℟. Oſanna ī excelſis. Oro. Oḿps ſempiterne deus q̄ humano generi. ¶ Dñica ī ramiſpalmarum. Ad miſſam. Officium.

DOmine ne longe facias auxilium tuum a me ad defenſionem meam aſpice libera me de ore leonis ⁊ a cornibꝰ vnicornium humilitatē meā. Ps. Deus deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti. Oratio.

OMñps ſempiterne deꝰ qui humano generi ad imitandū humilitatis exemplū ſaluatorem noſtrū carnē ſumere ⁊ crucē ſubire feciſti: cōcede ꝓpicius: vt et patiētie ipſius habere documēta et reſurrectionis conſortia mereamur. Per eundē. ¶ Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli. Ad philippēſes ſecūdo.

FRatres Hoc ſentite ī vobis: qđ et ī xp̄o ieſu. Qui cū in forma dei eſſet/ nō rapinā arbitratus eſt eſſe ſe equalē deo: ſed ſemetipſū exinaniuit formā ſerui accipiēs In ſimilitudinē hoīm factꝰ ⁊ habitu īuentꝰ vt homo. Humiliauit ſemetipſum factꝰ obediēs vſq; ad mortē mortē aūt crucis. Propter qđ et deus exaltauit illū et donauit illi nomen qđ eſt ſuper oē nomē: vt ī noīe ieſu omne genu flectat̄ celeſtiū terreſtriū et infernorū. Et omnis lingua cōfiteatur: qꝛ dñs ieſus xp̄s in gl̄ia eſt dei patris. Grad. Tenuiſti manū dexterā meā: ⁊ in voluntate tua deduxiſti me et cū gloria aſſumpſiſti me. ℣. Quā bonꝰ iſrael deꝰ rectis corde: mei autē pene moti ſunt pedes pene effuſi ſunt greſſus mei: quia zelaui in peccatoribꝰ pacem peccatorum videns. Tractus.

DOmine deꝰ meꝰ reſpice in me quare me dereliquiſti. ℣. Lōge a ſalute meā verba delictoꝝ meorum. ℣. Deus meus clamabo ꝑ diē nec exaudies et nocte et nō ad inſipientiā michi. ℣. Tu autem in ſancto habitas laus iſrael: in te ſperauerūt patres noſtri: ſperauerūt et liberaſti eos. ℣. Ad te clamauerūt et ſalui facti ſunt: in te ſperauerūt et nō ſūt cōfuſi. ℣. Ego autē ſū vermis ⁊ nō homo: opprobriū hoīm ⁊ abiectio plebis. ℣. Oēs qui videbant me aſpernabantur me: locuti ſunt labijs et mouerunt caput. ℣. Sperauit ī dño eripiat eū: ſaluū faciat eū qm̄ vult eū. ℣. Ipſi vero cōſiderauerūt ⁊ inſpexerūt me diuiſerunt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſuꝑ veſtē meā miſerūt ſortē. ℣. Libera me de ore leonis: et a cornibꝰ vnicorniū humilitatē meā. ℣. Qui timetꝫ dñꝫ laudate eū vniuerſum ſemē iacob glorificate eū. ℣. Annūciabit̄ dño generatio ventura et annūciabūt celi iuſticiam eius. ℣. Populo qui naſcetur: quem fecit dñs. Lectio. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo ¶ Paſſio dñi noſtri ieſu xp̄i ſecundum matheum. xxvi. Non reſpōdeatur. Gloria tibi domine.

IN illo tēpore. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Scitis qꝛ poſt biduū paſcha fiet et filius hoīs tradetur vt crucifigat̄. Tūc cōgregati ſūt ꝑncipes ſacerdotū ⁊ ſeniores populi in atriū pricipis ſacerdotū qui dicebatur cayphas: ⁊ conſiliū fecerūt: vt ieſum dolo tenerēt ⁊ occiderēt. Dicebāt aūt. Nō in die feſto. Ne forte tumultꝰ fieret ī populo. Cū autē eſſet ieſus in bethania in domo ſymōis leproſi: acceſſit ad eum mulier habēs alabaſtrum vnguēti ꝓcioſi: et effudit ſuper caput ipſius recūbentis. Vidētes aūt diſcipuli: indignati ſunt dicētes. Vt quid perditio hec? Potuit ei iſtud venũdari multo: et dari pauꝑibus. Sciẽs aũt ieſꝰ: ait illis. Quid moleſti eſtis huic mulieri Opus enim bonũ operata eſt in me. Nã ſemper pauperes habetis vobiſcũ: me aũt nõ ſemꝑ habebitis. Mittens enim hec vnguentũ hoc in corpus meũ: ad ſepeliendum me fecit. Amẽ dico vobis: vbicũq; predicatum fuerit hoc euãgeliũ in toto mundo dicetur et qđ hec fecit in memoriã eiꝰ. Tunc abijt vnus de duodecim qui dicitur iudas ſcarioth ad pricipes ſacerdotũ: et ait illis. Quid vultis michi dare: et ego vobis eũ tradã? At illi cõſtituerũt ei: triginta argẽteos. Et exinde querebat oportunitatẽ: vt eũ traderet. Prima aũt die azimoꝝ: acceſſerunt diſcipuli ad ieſum dicẽtes Vbi vis paremus tibi comedere paſcha? At ieſꝰ dixit. Ite i ciuitatẽ ad quẽdã: & dicite ei. Magiſter dicit. Tẽpus meũ prope eſt: apud te facio paſcha cuz diſcipulis meis. Et fecerũt diſcipli ſicut cõſtituit illis ieſꝰ: & parauerũt paſcha. Veſpere aũt facto diſcũbebat cum duodecim diſcipulis ſuis. Et edentibus illis: dixit. Amen dico vobis qꝛ vnus veſtrum me traditurꝰ eſt. Et cõtriſtati valde ceperunt ſinguli dicere. Nũquid ego ſum dñe? At ipſe reſpõdens: ait. Qui intigit me cum manũ i parapſide: hic me tradet. Filiꝰ quidem hoĩs vadit: ſicut ſcriptũ eſt de illo. Ve aũt hoĩ illi ꝑ quẽ filius hoĩs tradetur. Bonum erat ei: ſi natꝰ nõ fuiſſet homo ille. Reſpondens aũt iudas q̃ tradidit eum: dixit. Nunqđ ego ſum rabbi? Ait illi. Tu dixiſti. Cenãtibus aũt eis: accepit ieſus panẽ et benedixit ac fregit deditq; diſcipulis ſuis et ait. Accipite: et comedite. Hoc eſt corpꝰ meũ. Et accipiẽs calicẽ grãs egit: & dedit illis dicens. Bibite ex hoc oẽs. Hic eſt enim ſanguis meꝰ noui teſtamẽti: q̃ pro multis effundetur i remiſſionẽ peccatoꝝ. Dico autẽ vobis: nõ bibã amodo de hoc genimine vitis vſq; in diẽ illum cũ illud bibã vobiſcũ nouũ: in regno patris mei. Et hymno dicto: exierũt i montẽ oliueti. Tunc dicit illis ieſus. Oẽs vos ſcãdalum patiemini in me: in iſta nocte. Scriptũ eſt enĩ Percutiã paſtorem: et diſpergẽtur oues gregis. Poſtq̃ aũt reſurrexero: precedã vos in galileã. Reſpondẽs autẽ petrꝰ: ait illi. Et ſi oẽs ſcãdalizati fuerint i te: ego nunq̃ ſcãdalizabor. Ait illi ieſus Amen dico tibi: quia in hac nocte anteq̃ gallꝰ cãtet: ter me negabis. Ait illi petrꝰ Etiã ſi oportuerit me mori tecum: nõ te negabo. Similiter et omnes diſcipuli dixerunt. Tunc venit ieſus cum illis in villam que dicitur gethſemani: et dixit diſcipulis ſuis. Sedete hic: donec vadam illuc et orem. Et aſſumpto petro et duobus filijs zebedei: cepit ꝯtriſtari et meſtꝰ eſſe. Tũc ait illis. Triſtis eſt anima mea vſq; ad mortẽ. Suſtinete hic & vigilate mecũ. Et progreſſus puſillũ: ꝓcidit i faciẽ ſuã: orãs & dicens. Mi pater/ ſi poſſibile eſt: trãſeat a me calix iſte. Veruntamẽ nõ ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu. Et venit ad diſciplos ſuos: et inuenit eos dormiẽtes. Et dicit petro: ſic. Nõ potuiſtis vna hora vigilare mecũ. Vigilate & orate: vt nõ itretis in tẽtationẽ. Spiritus quidẽ ꝓptꝰ eſt caro aũt infirma Iterũ ſecũdo abijt et orauit dicẽs. Pater mi: ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bibã illum fiat voluntas tua. Et venit iterũ: et inuenit eos dormiẽtes. Erant enĩ: oculi eoꝝ grauati. Et relictis illis iterũ abijt & orauit tertio: eũdẽ ſermonẽ dicens. Tunc venit ad diſcipulos ſuos: et dicit illis. Dormite iã ⁊ reqeſcite. Ecce appropiquabit hora: et filius hoĩs tradetur in manus peccatoꝝ. Surgite eamꝰ: ecce appropinquabit qui me tradet. Adhuc eo loquẽte: ecce iudas vnus de duodecim venit: ⁊ cũ eo turba multa cũ gladijs et fuſtibꝰ miſſi a principibus ſacerdotũ ⁊ ſenioribus populi. Qui autẽ tradidit eũ: dedit illis ſignũ dicens. Quẽcunq; oſculatus fuero: ipſe eſt Tenete eũ. Et cõfeſtim accedẽs ad ieſum: dixit. Aue rabbi. Et oſculatꝰ eſt eũ. Dixitq; illi ieſꝰ. Amice: ad quid veniſti? Tũc acceſſerũt / et manꝰ iniecerũt in ieſum: ⁊ tenuerũt eũ Et ecce vnus ex his qui erant cũ ieſu extẽdẽs manũ exemit gladiũ ſuũ: et percutiẽs ſeruũ prĩcipis ſacerdotũ / amputauit auriculam eius. Tunc ait illi ieſꝰ. Cõuerte gladiũ tuũ: in locũ ſuum. Oẽs eni qui acceperint gladium: gladio peribunt. An putas qr non poſſum rogare patrẽ meum: et exhibebit michi modo pluſq̄ duodecim legiones angeloꝝ? Quomodo ergo implebũtur ſcripture? Qr ſic oportet fieri In illa hora dixit ieſꝰ turbis. Tanq̄ ad latronem exiſtis cum gladijs et fuſtibꝰ cõprehẽdere me. Quotidie apud vos ſedebã i tẽplo docens: ⁊ nõ me tenuiſtis. Hoc autẽ totum factũ eſt vt adimplerẽtur ſcripture prophetarũ. Tunc diſcipuli oẽs: relicto eo fugerunt. At illi tenẽtes ieſũ duxerũt ad cayphã principẽ ſacerdotũ vbi ſcribe et ſeniores cõuenerãt. Petrus aũt ſeq̄batur eũ a longe: vſq; in atriũ principis ſacerdotũ. Et īgreſſus intro ſedebat cũ miniſtris: vt videret finem. Principes aũt ſacerdotum et omne conſiliũ querebãt falſum teſtimoniũ cõtra ieſum: vt eũ morti traderẽt. Et nõ inuenerũt: cũ multi falſi teſtes acceſſiſſent. Nouiſſime aũt venerũt duo falſi teſtes: ⁊ dixerũt. Hic dixit. Poſſum deſtruere tẽplũ dei: et poſt triduũ reedificare illud. Et ſurgẽs princeps ſacerdotũ ait illi. Nichil reſpõdes ad ea q̄ iſti aduerſũ te teſtificant? Ieſꝰ aũt tacebat. Et princeps ſacerdotũ: ait illi. Adiuro te per deũ viuũ: vt dicas nobis ſi tu es xp̄s filiꝰ dei. Dicit illi ieſus. Tu dixiſti. Verũtamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis ſedentem a dextris virtutis dei: et venientem in nubibus celi. Tunc princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua dicens. Blaſphemauit. Quid adhuc egenus teſtibus? Ecce nunc audiſtis blaſphemiam. Quid vobis videtur? At illi reſpõdentes: dixerunt. Reus eſt mortis. Tũc expuerũt in faciẽ eius: et colaphis eum ceciderunt. Alij autẽ palmas in faciẽ eius dederũt: dicẽtes. Prophetiza nobis xp̄e: quis eſt q̄ te ꝑcuſſit? Petrꝰ vero ſedebat foris i atrio. Et acceſſit ad eũ vna ancilla dicẽs. Et tu cum ieſu galileo eras. At ille negauit corã oĩbus: dicẽs Neſcio qd̄ dicis. Exeũte aũt illo ianuã: vidit eũ alia ancilla: ⁊ ait his q̄ erãt ibi. Et hic erat cũ ieſu nazareno. Et iterũ negauit cũ iuramẽto qr non nouiſſet hoĩem. Et poſt puſillũ acceſſerunt qui ibi ſtabãt: ⁊ dixerũt petro. Vere et tu ex illis es: nã et loquela tua manifeſtum te facit Tũc cepit deteſtari et iurare: quia non nouiſſet hoĩem. Et ꝯtinuo gallus cãtauit. Et recordatꝰ eſt petrꝰ verbi ieſu qd̄ dixerat Priuſq̄ gallꝰ cantet: ter me negabis. Et egreſſꝰ foras: fleuit amare. Mane autẽ facto conſiliũ inierũt oẽs principes ſacerdotũ ⁊ ſeniores populi aduerſus ieſum: vt eũ morti traderẽt. Et vinctũ adduxerunt eum: et tradiderunt pontio pilato pꝛeſidi. Tũc videns iudas qui tradidit eũ qđ damnatꝰ eſſet: penitẽtia ductus retulit triginta argẽteos pꝛincipibꝰ ſacerdotũ: et ſenioꝛibus dicẽs. Peccaui tradens ſanguinẽ iuſtum At illi dixerunt. Quid ad nos? Tu videris Et ꝓiectis argẽteis in tẽplo receſſit: et abiẽs laqueo ſe ſuſpẽdit. Pꝛincipes autẽ ſacerdotum acceptis argẽteis: dixerũt. Non licet mittere eos ĩ coꝛbanã: qꝛ pꝛeciũ ſanguinis eſt. Cõſilio aũt inito: emerunt ex illis agrũ figuli ĩ ſepulturã peregrinoꝝ. Pꝛopter hoc vocatꝰ eſt ager ille acheldemach: hoc eſt ager ſãguinis vſq; in hodiernum diem. Tunc adimpletũ eſt qđ dictũ eſt per hieremiã ꝓphetã: dicẽtẽ. Et acceperunt triginta argẽteos pꝛeciũ appꝛeciati quẽ appꝛeciauerũt a filijs iſrael: et dederũt eos in agrũ figuli ſicut cõſtituit michi dñs. Jeſus autẽ ſtetit ante p̃ſidẽ: ⁊ ĩterrogauit eũ pꝛeſes dicẽs. Tu es rex iudeoꝝ? Dixit illi ieſus Tu dicis. Et cũ accuſaret̃ a p̃ncipibꝰ ſacerdotũ et ſenioꝛibꝰ: nihil reſpõdit Tũc dicit illi pylatꝰ Nõ audis quãta aduerſũ te dicunt teſtimonia? Et nõ reſpõdit ei ad vllũ verbũ: ita vt miraret̃ pꝛeſes vehementer. Per diẽ autem ſolennẽ conſueuerat pꝛeſes dimittere pplo vnũ vinctũ quẽ voluiſſent. Habebat aũt tunc vnũ vinctum inſignẽ qui dicebat̃ barrabas q̃ pꝛopter homicidiũ miſſus fuerat in carcerem Cõgregatis ergo illis: dixit pylatꝰ Quem vultis dimittã vobis barrabã: an ieſum qui dicitur xp̃s. Sciebat enim quod per inuidiã tradidiſſent eum. Sedente autẽ eo pꝛo tribunali: miſit ad illũ vxoꝛ eiꝰ dicẽs Nichil tibi et iuſto illi. Multa eni paſſa hodie ſum per viſũ pꝛopter illum Pꝛincipes autem ſacerdotum et ſenioꝛes perſuaſerũt populis vt peterẽt barrabã: ieſum vero perderent. Reſpõdens autem pꝛeſes: ait illis. Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt. Barrabã. Dicit illis pylatus. Quid ergo faciã de ieſu qui dicitur chꝛiſtꝰ? Dicunt omnes. Crucifigatur. Ait illis pꝛeſes. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem pilatus quia nichil ꝓficeret / ſed magꝭ tumultꝰ fieret: accepta aqua lauit manus ſuas coꝛã omni populo dicens. Innocens ego ſum a ſanguine iuſti eius: vos videritis. Et reſpondens vniuerſus populꝰ dixit. Sanguis eius ſuper nos ⁊ ſuper filios noſtros. Tũc dimiſit illis barrabã: ieſum vero flagellatũ tradidit eis vt crucifigeretur. Tũc milites p̃ſidis ſuſcipiẽtes ieſũ ĩ p̃toꝛio: cõgregauerũt ad eũ vniuerſam cohoꝛtẽ. Et exuentes eum: clamidem coccineã circũdederũt ei. Et plectẽtes coꝛonã de ſpinis poſuerũt ſuꝑ caput eiꝰ ⁊ arũdinẽ in dextera eiꝰ. Et genu flexo ante eũ illudebãt ei: dicẽtes. Aue rex iudeoꝛũ. Et expuẽtes in eũ acceperũt arundinẽ ⁊ percutiebãt caput eius. Et poſtq̃ illuſerũt ei: exuerũt eũ clamide ⁊ ĩduerũt eũ veſtimẽtis eiꝰ: ⁊ duxerũt eũ vt crucifigerent. Exeuntes aũt inuenerũt hoĩem quendã cyreneum: nomine ſymonẽ. Hũc ãgariauerũt vt tolleret crucẽ eiꝰ. Et venerũt in locum q̃ dicit̃ golgotha: qđ eſt caluarie locus. Et dederũt ei vinũ bibere cũ felle mixtũ. Et cũ guſtaſſet noluit bibere. Poſtq̃ aũt crucifixerunt eũ: diuiſerunt veſtimẽta eius ſoꝛtẽ mittẽtes vt ĩpleret̃ qđ dictũ eſt per pꝛophetã dicentẽ Diuiſerũt ſibi veſtimẽta mea ⁊ ſuꝑ veſtẽ meã miſerunt ſoꝛtẽ: et ſedẽtes ſeruabãt eũ. Et impoſuerunt ſuper caput eiꝰ cauſã ipſius ſcriptã: hic eſt ieſꝰ rex iudeoꝝ. Tunc crucifixi ſũt cum eo duo latrones: vnꝰ a dextris ⁊ vnꝰ a ſiniſtris. Pretereũtes autẽ blaſphemabant eum: mouẽtes capita ſua ⁊ dicentes. Vah ꝗ deſtruit templũ dei: et in triduo illud reedificat Salua temetipſũ. Si filius dei es: deſcẽde de cruce. Similiter ⁊ principes ſacerdotũ illudẽtes cũ ſcribꝫ ⁊ ſenioribꝰ: dicebãt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ poteſt ſaluum facere. Si rex iſrael eſt deſcẽdat nũc de cruce ⁊ credimꝰ ei. Confidit in deo liberet nũc eum ſi vult. Dixit ei qꝛ filiꝰ dei ſũ. Idipſũ autẽ ⁊ latrones ꝗ crucifixi erãt cũ eo: improperabãt ei A ſexta autẽ hora tenebre facte ſunt ſuper vniuerſam terrã: vſꝗ ad horam nonã. Et circa horã nonã clamauit ieſus voce magna dicẽs. Hely hely: lamazabatani. Hoc eſt. Deus meꝰ: deus meꝰ vt ꝗd dereliq̃ſti me? Quidã autẽ illic ſtãtes et audiẽtes: dicebãt. Helyam vocat iſte Et cõtinuo currẽs vnꝰ ex eis: acceptam ſpõgiã impleuit aceto: et impoſuit arũdini: et dabat ei bibere. Ceteri vero dicebãt. Sine: videamꝰ an veniat helyas liberare eũ. Ieſꝰ autem iterũ clamans voce magna emiſit ſpiritũ. Pat̃ nr̃. Et ecce velum tẽpli ſciſſum eſt ĩ duas partes a ſummo vſꝗ deorſũ. Et terra mota eſt et petre ſciſſe ſũt: ⁊ monumẽta aperta ſũt: et multa corpora ſanctoꝝ qui dormierãt ſurrexerũt. Et exeũtes de monumẽtis: poſt reſurrectionẽ eius venerũt in ſanctã ciuitatẽ ⁊ apparuerũt multis. Cẽturio autẽ et ꝗ cum eo erãt cuſtodientes ieſũ: viſo terremotu et his ꝗ fiebãt timuerũt valde dicẽtes. Vere filiꝰ dei erat iſte. Erant ibi mulieres multe a longe: ꝗ ſecute erant ieſũ a galilea miniſtrãtes ei. Inter quas erat maria magdalene et maria iacobi et ioſeph mater et mater filiorum zebedei. Cum ſero autem factũ eſſet venit quidam homo diues ab arimathia nomine ioſeph: ꝗ et ipſe diſcipulꝰ erat ieſu. Hic acceſſit ad pilatũ: et petijt corꝰ ieſu. Tũc pilatus iuſſit reddi corpꝰ. Et accepto corpore ioſeph inuoluit illud ĩ ſyndone munda: ⁊ poſuit in monumẽto ſuo nouo: quod exciderat ĩ petra. Et aduoluit ſaxum magnum ad oſtium monumenti: ⁊ abijt. Erant autem ibi maria magdalene et altera maria ſedentes cõtra ſepulchrum. Euangeliũ.

Altera autem die que eſt poſt paraſceuẽ: cõuenerunt principes ſacerdotũ et phariſei ad pylatum dicẽtes. Dñe recordati ſumus qꝛ ſeductor ille dixit adhuc viuens poſt tres dies reſurgã. Iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſꝗ in diem tertium: ne forte veniãt diſcipuli eius et furẽtur eum et dicant plebi ſurrexit a mortuis. Et erit nouiſſimus error peior priore. Ait illis pylatꝰ. Habetis cuſtodiã. Ite: cuſtodite ſicut ſcitis. Illi autẽ abeũtes munierunt ſepulchrum ſignantes lapidem: cum cuſtodibus. Offer. Improperium expectauit cor meũ et miſeriam et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur et non fuit conſolãtem me queſiui et non inueni et dederunt in eſcam meam fel: ⁊ in ſiti mea potauerũt me aceto. Secreta.

Concede q̃s dñe vt oculis tue maieſtatis munꝰ oblatũ: et gratiã nobis deuotiõis obtineat: et effectum beate perennitatis acquirat. Per. Prefatio. Qui ſalutem huma. Cõmunio. Pater ſi nõ poteſt hic calix trãſire niſi bibam illũ fiat voluntas tua. Poſtcõio.

PEr huius dñe operationem miſterij: et vicia noſtra purgẽtur et iuſta deſideria cõpleãtur. Per dñm. ¶ Feria ſcd̃a. Officiũ.

IUdica dñe nocentes me expugna impugnãtes me apprehende arma et ſcutum et exurge in adiutoriũ meum: domine virtꝰ ſalutis mee. Ps. Effunde frameã et conclude aduerſus eos qui me ꝑſequũtur: dic anime mee ſalus tua ego ſum. Oratio.

DA q̃s oĩps deus: vt q̃ in tot aduerſis ex nr̃a infirmitate deficimus: ĩtercedẽte vnigeniti filij tui paſſione reſpiremus. Qui tecũ viuit. ¶ Lectio yſaie prophete. L.

IN diebus illis. Dixit yſaias. Dñs deus aperuit michi aurem: ego aũt nõ ꝯtradico retrorſũ nõ abij. Corpus meũ dedi percutiẽtibus: et genas meas vellentibus. Faciem meã non auerti ab ĩcrepãtibus et conſpuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: ideo non ſum confuſus. Ideo poſui faciem meã vt petram duriſſimam: et ſcio quoniã non confũdar. Iuxta eſt q̃ iuſtificat me: q̃s ꝯtradicit michi? Stemꝰ ſimul. Quis eſt aduerſarius meus. Accedat ad me. Ecce dñs deus auxiliator meus quis eſt qui condẽnet me. Ecce omnes quaſi veſtimentum conterentur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timẽs dominum: audiens vocẽ ſerui ſui. Quis ambulauit in tenebris: & nõ eſt lumen ei? Speret in nomine domini: & initatur ſuper domino deo ſuo. Gradale. Exurge dñe et intende iudicio meo deꝰ meꝰ & dominꝰ meus ĩ cauſã meã. V. Effunde frameam & cõclude aduerſꝰ eos qui me ꝑſequũtur. ¶ Scd̃m iohannem. xij.

ANte ſex dies paſche venit ieſus bethaniã: vbi fuerat lazarus mortuus quẽ ſuſcitauit ieſꝰ. Fecerunt aũt ei cenã ibi: & martha miniſtrabat. Lazarꝰ vero vnꝰ erat ex diſcũbẽtibꝰ cũ eo. Maria ergo accepit librã vnguẽti nardi piſtici p̃cioſi & vnxit pedes ieſu & extersit capillis ſuis pedes eiꝰ: et domus impleta eſt ex odore vnguẽti. Dicit ergo vnꝰ ex diſcipulis eius iudas ſcariothis qui erat traditurꝰ eũ. Quare hoc vnguẽtũ nõ venijt trecẽtis denarijs: et datũ eſt egenis. Dixit autem hoc nõ qꝛ de egenis pertinebat ad eũ: ſed qꝛ fur erat & loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ieſus. Sine illã: vt ĩ diẽ ſepulture mee ſeruet illud. Pauperes enim ſemꝑ habetis vobiſcum: me aũt nõ ſemꝑ habebitis. Cognouit ergo turba multa ex iudeꝫ qꝛ illic eſſet: et venerunt nõ propter ieſum tantũ: ſed vt lazarum viderẽt quem ſuſcitauit a mortuꝫ. Cogitauerũt autẽ p̄ncipes ſacerdotũ vt & lazarũ ĩterficerẽt: qꝛ multi ꝓpt̃ eũ abibãt ex iudeis: et credebãt ĩ ieſũ. In craſtinũ aũt turba multa q̃ ꝯuenerat ad diẽ feſtum: cũ audiſſent qꝛ venit ieſꝰ hieroſolimã acceperũt ramos palmaꝝ et ꝓceſſerũt obuiã ei: et clamabãt. Oſanna: bñdictꝰ qui venit ĩ noĩe dñi: rex iſrael. Et inuenit ieſꝰ aſellũ: et ſedit ſuꝑ eũ: ſicut ſcriptũ eſt. Noli timere filia ſyõ ecce rex tuꝰ venit tibi mãſuetꝰ: ſedẽs ſuper pullũ aſine. Hec nõ cognouerũt diſcipuli eius primũ ſed qñ glorificatꝰ eſt ieſꝰ: tũc recordati ſunt qꝛ hec erãt ſcripta de eo: et hec fecerunt ei. Teſtimoniũ ergo perhibebat turba q̃ erat cũ eo: qñ lazaꝝ vocauit de monumẽto & ſuſcitauit eũ a mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: qꝛ audierant eũ feciſſe hoc ſignũ. Phariſei ergo dixerũt ad ſemetipſos. Videtis qꝛ nichil ꝑ ficimus. Ecce mūdus totꝰ: poſt eū abijt. Erāt aūt gētiles quidā ex his qui aſcēderant vt adorarēt ī die feſto. Hi ergo acceſſerūt ad philippū qui erat a bethſaida galilee ⁊ rogabāt eū dicētes. Dñe volumꝰ ieſum videre. Venit philippꝰ: ⁊ dixit andree. Andreas rurſū et philippꝰ: dixerūt ieſu. Ieſꝰ aūt reſpōdit eis dicēs. Venit hora vt clarificet̄ filius hoīs. Amē amē dico vobꝫ: niſi granū frumēti cadēs in terra mortuū fuerit ipſū ſolū manet. Si aūt mortuū fuerit: multum fructum affert. Qui amat aīam ſuā: perdet eā. Et qui odit aīam ſuā ī hoc mundo: in vitā eternā cuſtodit eā. Si quis michi miniſtrat: me ſequatur. Et vbi ſū ego illic ⁊ miniſter meꝰ erit. Si quis michi miniſtrauerit honorificabit eū pater meus qui eſt in celis. Nunc anima mea turbata eſt. Et qd dicā? Pater ſaluifica me ex hac hora. Sed propterea veni ī horam hāc. Pater clarifica nomē tuū. Venit ergo vox de celo dicēs. Et clarificaui ⁊ iterū clarificabo. Turba ergo q̄ ſtabat ⁊ audierat dicebat tonitruū factū eſſe. Alij dicebāt: āgelꝰ ei locutus eſt. Reſpōdit ieſus ⁊ dixit. Non propter me vox hec venit ſed ꝓpter vos. Nūc iudiciū eſt mūdi: nūc prīceps mūdi huiꝰ eijcietur foras. Et ego ſi exaltatꝰ fuero a terra oīa trahā ad meipſū. Hoc aūt dicebat ſignificās q̄ morte eſſet moriturꝰ. Reſpōdit ei turba. Nos audiuimus ex lege qꝛ xp̄s manet ī eternū: ⁊ quomodo tu dicis oportet exaltari filiū hoīs? Quis eſt iſte filiꝰ hoīs. Dixit ergo eis ieſꝰ Adhuc modicū lumen in vobis eſt. Ambulate dū lucē habetis: vt nō tenebre vos cōprehendant. Et qui ambulat ī tenebris: neſcit quo vadat. Dum lucem habetis credite ī lucem: vt filij lucis ſitis. Hec locutus eſt ieſus et abijt et abſcōdit ſe ab eis. Offerto. Eripe me de inimicꝫ meis dñe ad te cōfugi doce me facere volūtatē tuā quia deus meus es tu. Secreta.

Hec ſacrificia nos omīps deꝰ: potenti virtute mūdatos ad ſuum faciant puriores venire principium. Per dominū. Communio. Erubeſcant et reuereantur ſimul qui gratulantur malis meis: induantur pudore ⁊ reuerētia q̄ maligna loquūtur aduerſum me. Poſtcōio.

Prebeant nobis domine diuinum tua ſancta feruorem quo eoꝝ pariter ⁊ actu delectemur et fructu. Per do. ¶ Sup populū.

Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter: et ad bñficia recolēda q̄bus nos inſtaurare dignatꝰ es: tribue venire gaudētes Per dominū.

¶ Feria tercia. Officium.

Nos autē gloriari oportet ī cruce domini nr̄i ieſu chriſti: in quo eſt ſalus vita ⁊ reſurrectio noſtra per quē ſaluati et liberati ſumus. ps. Deus miſereatur noſtri et benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos et miſereatur noſtri. Or.

Omīps ſempiterne deꝰ: da nobꝫ ita dñice paſſiōis ſacramēta peragere: vt īdulgētiam percipere mereamur. p. Le. hieremie. prophe. xi.

In diebꝰ illis. Dixit hieremias. Dñe demōſtraſti michi et cognoui: tu oſtēdiſti michi ſtudia eoꝝ. Et ego quaſi agnꝰ māſuetus qui portatur ad victimā: et nō cognoui qꝛ cogitauerūt aduerſū me cōſilia dicētes. Mittamꝰ lignū ī panē eiꝰ ⁊ eradamꝰ eū de terra viuentiū: et nomē eiꝰ nō memoret̄ āpliꝰ. Tu autē dñe ſabaoth q̄ iudicas iuſte: ⁊ ꝓbas renes ⁊ corda: videā vitionem tuā ex eis. Tibi ei reuelaui cauſã meã: dñe deus meus. Grad. Ego autem dum michi moleſti eſſent induebam me cilicio et humiliabam in ieiunio animã meam et oratio mea ĩ ſinu meo cõuertet. V. Judica dñe nocentes me: expugna ĩpugnãtes me: apprehẽde arma ⁊ ſcutũ ⁊ exurge ĩ adiutoriũ michi. Dñs vobiſcũ. Et cum ſpũ tuo. ¶ Paſſio dñi noſtri ieſu chriſti. Secũdũ marcũ. xiiij. Nõ dicatur. Glia tibi dñe

IN illo tp̃e. Erat paſcha ⁊ azima poſt biduũ. Et querebant ſũmi ſacerdotes ⁊ ſcribe quomodo ieſũ dolo tenerẽt ⁊ occiderẽt. Dicebãt enĩ. Nõ ĩ die feſto. Ne forte tumultꝰ fieret ĩ pplo. Et cũ eſſet ieſꝰ bethanie ĩ domo ſymonis leproſi ⁊ recũberet venit mulier habẽs alabaſtrũ vnguenti nardi ſpicati p̄cioſi: ⁊ fracto alabaſtro effudit ſr̃ caput eiꝰ. Erãt aũt qdã ĩdigne ferẽtes intra ſemetipſos ⁊ dicẽtes. Ut qd perditio iſta vnguenti fctã eſt? Poterat enĩ vnguentũ iſtud venundari pluſq̃ trecẽtis denariis: ⁊ dari pauperibꝰ. Et fremebãt ĩ eã. Jeſꝰ aũt dixit. Sinite eã. Quid illi moleſti eſtis? Bonũ opꝰ operata eſt in me. Semp enĩ pauperes habetꝫ vobiſcũ: et cũ volueritis poteſtꝫ illis bñ facere. Me aũt ſemp nõ habebitis. Quod habuit hoc fecit: p̄uenit vngere corpꝰ meũ in ſepulturã. Amẽ dico vobꝫ vbicũqꝫ predicatũ fuerit euãgeliũ iſtud ĩ vniuerſo mundo ⁊ qd hec fecit narrabitur ĩ memoriã eius. Et iudas ſcarioth vnꝰ de duodecim abiit ad ſummos ſacerdotes vt proderet eũ illis. Qui audiẽtes gauiſi ſũt ⁊ promiſerũt ei pecuniã ſe daturos. Et q̃rebat quomodo illũ oportune traderet. Et p̄mo die azimorꝝ qñ paſcha ĩmolabãt dicũt ei diſcipuli. Quo vis eamus ⁊ paremus tibi vt manduces paſcha? Et mittẽs duos ex diſcipulꝫ ſuis dicit eis. Jte in ciuitatẽ ⁊ occurret vobꝫ homo lagenã aque portãs. Sequimini eũ: ⁊ quocũqꝫ ĩtroierit dicite dño domus qꝛ magiſter dicit. Ubi eſt refectio mea vbi paſcha cũ diſcipulis meis mãducẽ? Et ipſe vobis demonſtrabit cenaculũ grãde ſtratũ: ⁊ illic parate nobis. Et abierũt diſcipuli eius et venerũt ĩ ciuitatẽ et ĩuenerũt ſicut dixerat illꝫ ⁊ parauerũt paſcha. Veſpere aũt fctõ: venit cũ duodecim. Et diſcũbentibꝰ eis ⁊ mãducantibꝰ: ait ieſus. Amẽ dico vobis: qꝛ vnꝰ ex vobis me tradet qui mãducat mecũ. At illi ceperũt contriſtari: ⁊ dicere ſigillatim Nunquid ego? Qui ait illis. Unꝰ ex duodecim: q̇ ĩtingit mecum manũ in cathino. Et filiꝰ quidẽ hominis vadit ſicut ſcriptũ eſt de eo. Ue aũt hoĩ illi: per quẽ filiꝰ hoĩs tradetur. Bonũ erat ei: ſi natꝰ nõ fuiſſet hõ ille. Et mãducãtibꝰ illꝫ accepit ieſus panẽ et bñdicẽs fregit ⁊ dedit eis: ⁊ ait. Sumite hoc eſt corpꝰ meum. Et accepto calice grãs agens dedit eis: ⁊ biberunt ex illo oẽs. Et ait illis. Hic eſt ſãguis meꝰ noui teſtamẽti: qui pro multis effũdetur. Amen dico vobis: qd iã nõ bibã de hoc genimine vitis: vſqꝫ in diẽ illũ cũ illud bibã nouum in regno dei. Et hymno dicto exierunt in mõtẽ oliuarũ. Et dicit eis ieſꝰ. Oẽs ſcãdalizabimini ĩ me in iſta nocte: qꝛ ſcriptũ eſt. Percutiã paſtorẽ: ⁊ diſpergẽtur oues. Sed poſtq̃ reſurrexero precedã vos in galileã. Petrꝰ aũt ait illi Et ſi oẽs ſcãdalizati fuerit: ſed nõ ego. Et ait illi ieſꝰ. Amẽ dico tibi qꝛ hodie ĩ nocte hac priuſq̃ gallus bis vocẽ dederit ter me es negaturꝰ. At ille ampliꝰ loquebat̃ Et ſi oportuerit me ſimul cõmori tibi: nõ te negabo. Similit ⁊ oẽs di ſcipuli dicebāt Et veniūt ī p̄diū: cui nomē gethſemani. Et ait diſcipulis ſuis. Sedete hic donec orem. Et aſſūpſit petrū ⁊ iacobū ⁊ iohannē ſecū: et cepit pauere ⁊ tedere. Et ait illis Triſtis eſt aīa mea: vſqꝫ ad mortē. Suſtinete hic ⁊ vigilate Et cū ꝓceſſiſſet paululū: ꝓcidit ſuper terrā et orabat vt ſi fieri poſſet: trāſiret ab eo hora. Et dixit. Abba pat̄ oīa tibi poſſibilia ſūt trāſfer calicē hūc a me. Sed nō qđ ego volo: ſed qđ tu. Et vēit: ⁊ īuenit eos dormiētes: ⁊ ait petro Symō dormis? Nō potuiſti vna hora vigilare mecum Vigilate ⁊ orate vt nō ītretis in tētationē. Spūs quidē promptꝰ eſt: caro aūt infirma. Et iterū abiens: orauit eundē ſermonē dicēs. Et reuerſꝰ denuo: īuenit eos dormiētes Erā enī oculi eoꝝ grauati: ⁊ ignorabāt qđ reſpōderēt ei. Et venit tercio ⁊ ait illis. Dormite iā ⁊ req̄eſcite. Sufficit Venit hora: ecce tradet̄ filiꝰ hoīs in manꝰ pctōꝝ Surgite: eamus. Ecce q̄ me tradet prope eſt. Et adhuc eo loquente venit iudas ſcarioth vnꝰ de duodecim ⁊ cū illo multa turba cum gladijs et lignis miſſi a ſūmis ſacerdotibꝰ ⁊ ſcribis et ſenioribꝰ. Dederat āt traditor ſignū eis: dicēs. Quēcūqꝫ oſculatus fuero ip̄e eſt: tenete eū ⁊ ducite caute. Et cū veniſſet ſtatim accedēs ad eum: ait. Rabbi. et oſculatus eſt eū At illi manus iniecerūt in eū: et tenuerūt eum. Unus autē de circunſtantibus educēs gladiū: percuſſit ſeruū ſummmi ſacerdotis: ⁊ āputauit illi auriculā. Et reſpōdens ieſꝰ ait illis. Tanq̄ ad latronem exiſtis cū gladijs et fuſtibus ꝯprehendere me. Quotidie erā apud vos ī tēplo docēs: et nō me tenuiſtis. Sed vt īpleant̄ ſcripture. Tūc diſcipuli eiꝰ relinquētes eū: oēs fugerūt. Adoleſcēs autē quidā ſequebatur eū amictus ſyndone ſuꝑ nudo: ⁊ tenuerūt eū. At ille reiecta ſyndone: nudꝰ ꝓfugit ab eis. Et adduxerūt ieſū ad ſummū ſacerdotē: ⁊ cōueniunt oēs ſacerdotes ⁊ ſcribe ⁊ ſeniores. Petrus aūt a lōge ſecutꝰ eſt eū: vſqꝫ in atriū ſummi ſacerdotis Et ſedebat cum miniſtris: ⁊ calefaciebat ſe ad ignē. Sūmi vero ſacerdotes et oē conſiliū querebāt aduerſus ieſum teſtimoniū: vt eum morti traderēt nec inueniebāt. Multi enī falſum teſtimonium dicebāt aduerſꝰ eum: et conuenientia teſtimonia nō erāt. Et quidā ſurgētes falſum teſtimonium ferebant aduerſus eum dicētes. Quoniā nos audiuimus eum dicētē. Ego diſſoluā templum hoc manufactū: ⁊ poſt triduū aliud nō manufactū reedificabo Et nō erat cōueniens teſtimoniū illorum. Et exurgēs ſummꝰ ſacerdos ī mediū: interrogauit ieſum dicēs. Non reſpōdes quicq̄ ad ea que tibi obijciūtur ab his? Ille autē tacebat: ⁊ nichil reſpondit Rurſum ſummus ſacerdos iterrogauit eum et dixit ei. Tu es chriſtꝰ filius dei bñdicti. Jeſus autē dixit illi. Ego ſum. Et videbitis filium hominis ſedētem a dextris virtutis dei et veniētem in nubibus celi. Sūmus autem ſacerdos ſcindens veſtimenta ſua ait. Quid adhuc deſideramꝰ teſtes. Audiſtis blaſphemiā. Quid vobis videtur. Qui omnes condēnauerunt eum eſſe reum mortis. Et ceperunt quidā cōſpuere in eū ⁊ velare faciē eiꝰ: ⁊ colaphis eum cedere ⁊ dicere ei Prophetiſa: ⁊ miniſtri alapis eū cedebant. Et cū eſſet petrꝰ in atrio deorſum: venit vna ex āncillis ſūmi ſacerdotis. Et cum vidiſſet petrū calefacientē ſe: aſpiciēs illū ait Et tu cū ieſu nazareno eras. At ille ne gauit dicēs Neqꝫ ſcio neqꝫ noui q̄d dicas. Et exijt f[illegible] ante oſtium ⁊ gallus cantauit. Rurſum aūt cum vidiſſet illū alia ācilla: cepit dicere circūſtātibꝰ: qꝛ hic ex illis eſt. At ille negauit iterꝝ. Et poſt puſillū rurſū qui aſtabāt dicebāt petro. Vere ex illis es: nā ⁊ galileꝰ es. Ille āt cepit anathematizare ⁊ iurare: qꝛ neſcio hominē iſtū quē dicitis. Et ſtatim iterū gallus cātauit. Et recoꝛdatus eſt petrꝰ verbi qd̄ dixerat ei ieſus: pꝛiuſq̄ gallus cantet bis: ter me negabis. Et cepit flere. Et cōfeſtim mane cōſiliū faciētes ſummi ſacerdotes cū ſenioꝛibꝰ ⁊ ſcribis ⁊ vniuerſo cōſilio: vincientes ieſū duxerūt et tradiderūt pylato. Et īterrogauit eū pilatꝰ. Tu es rex iudeorū? At ille reſpōdēs: ait illi. Tu dicis. Et accuſabant eum ſummi ſacerdotes ī multꝫ. Pylatꝰ aūt rurſꝰ īterrogauit eū dicēs. Non reſpondes q̄cq̄? Vide in q̄tis te accuſāt. Ieſus aūt āpliꝰ nichil reſpōdit ita vt miraretur pylatꝰ. Per diē aūt feſtū: dimittere ſolebat illis vnū ex vinctis: quēcūqꝫ petiſſēt. Erat aūt qui dicebat barrabas q̄ cū ſeditioſis erat vīctꝰ q̄ in ſeditione fecerat homicidiū. Et cū aſcēdiſſet turba cepit rogare ſicut ſemꝑ faciebat illis. Pilatꝰ aūt reſpōdit eis: ⁊ dixit Vultis dimittā vobis regem iudeorū? Sciebat enī q̄ per īuidiā tradidiſſent eū ſūmi ſacerdotes. Pōtifices aūt cōcitauerūt turbam: vt magꝫ barrabā dimitteret eis. Pylatꝰ aūt iterū reſpōdēs: ait illis. Quid vultꝫ faciā regi iudeoꝝ? At illi iterꝝ clamauerūt. Crucifige eū. Pylatꝰ vero dicebat. Quid enī mali fecit? At illi magis clamabāt. Crucifige eū. Pylatꝰ āt volēs pplo ſatiſfacere dimiſit illꝫ barrabā ⁊ tradidit illis ieſū flagellꝫ ieſū vt crucifigeretur. Milites aūt duxerunt eū īntro in atriū pꝛetoꝛij ⁊ cōuocāt totā cohoꝛtem: ⁊ īduūt eū purpura ⁊ īponūt ei plectētes ſpineā coꝛonā: ⁊ ceperunt ſalutare eū. Aue rex iudeoꝝ. Et pcutiebāt caput eiꝰ arūdine: et cōſpuebāt ī eū. Et ponētes genua: adoꝛabāt eū. Et poſtq̄ illuſerūt ei exuerunt illū purpura et induerūt eū veſtimētis ſuis ⁊ educūt illū vt crucifigerēt eū. Et angariauerūt p̄tereuntē quēpiā ſymonē ſyreneū venientē de villa patrē alexādꝛi ⁊ ruffi: vt tolleret crucē eiꝰ. Et pducūt illū ī golgotha locū: qd̄ eſt īterp̄tatū caluarie locꝰ: et dabāt ei bibere mirratū vinū ⁊ nō accepit. Et crucifigētes eum diuiſerunt veſtimēta eius: ſoꝛtem mittētes ſuper his quis quid tolleret. Erat autē hoꝛa tercia: ⁊ crucifixerūt eum. Et erat titulus cauſe eius īſcriptus: rex iudeoꝛum. Et cū eo crucifigūt duos latrones vnū a dextris ⁊ aliū a ſiniſtris eius. Et adimpleta eſt ſcriptura q̄ dicit. Et cum iniq̄s reputatꝰ eſt. Et pꝛetereuntes blaſphemabāt eum mouētes capita ſua: et dicentes. Vah qui deſtruis templū: et in tribꝰ diebꝰ reedificas Saluū fac temetipſū: deſcēdens de cruce. Similiter ⁊ ſūmi ſacerdotes illudētes ad alterutrum cum ſcribis: dicebant Alios ſaluos fecit: ſeipſū nō poteſt ſaluū facere. Xp̄s rex iſrl' deſcēdat nūc de cruce: ⁊ videamꝰ ⁊ credamꝰ Et q̄ cū eo crucifixi erāt: ꝯuiciabātur ei. Et factā hoꝛa ſexta tenebꝛe facte ſunt ſuꝑ totā terrā vſqꝫ in hoꝛā nonā: et hoꝛa nona exclamauit voce magna dicēs. Heloy. Heloy. Lamazabatani. Qd̄ eſt īterpꝛetatum deus meꝰ: deus meus: vt q̄d dereliquiſti me? Et quidā de circūſtantibus audiētes: dicebāt. Ecce: heliā vocat. Currēs autē vnus et īplens ſpōgiā aceto: circūponenſq; calamo: potū dabat ei dicēs. Sinite videamꝰ ſi veniat helias: ad deponendum eū. Jeſus autē emiſſa voce magna expirauit. Pat noſter. Et velum tēpli ſciſſum eſt in duo: a ſummo vſq; deorſum. Uidens autē centurio q̄ ex aduerſo ſtabat quia ſic clamās expiraſſet ait. Vere homo hic filius dei erat. Erāt autē ⁊ mulieres multe a longe aſpiciētes: inter quas erat maria madalene/ et maria iacobi minoris ⁊ ioſeph mater et ſalome. Et cū eſſet in galilea ſequebantur eum: ⁊ miniſtrabant ei. Et alie multe que ſimul cum eo aſcēderant hieroſolimam. Euangelium.

Et cū iam ſero eſſet factum qꝛ erat paraſceue qđ eſt ſabbatū venit ioſeph ab arimathia nobilis decurio q̄ ⁊ ipē erat expectās regnū dei. Et audacter introiuit ad pylatū: ⁊ petijt corpꝰ ieſu. Pylatꝰ autē mirabat̄ ſi iā obijſſet. Et accerſito cēturione: īterrogauit eū ſi iam mortuꝰ eſſet. Et cū cognouiſſet a cēturione: donauit corpꝰ ioſeph. Joſeph autē mercatꝰ ſyndonem: et deponēs eū inuoluit ſyndone: et poſuit eum ī monumento quod erat excisum de petra. Et aduoluit lapidē: ad oſtiū monumenti. Offer. Cuſtodi me de manu pctōꝛis: ab hominibꝰ iniq̄s eripe me dn̄e. Secreta.

Sacrificia q̄s dn̄e nos propenſius iſta reſtaurent q̄ medicinalibus ſūt īſtituta ieiunijs. Per.

Cōmunio. Aduerſum me exercebātur qui ſedebāt ī porta ⁊ in me pſallebant qui bibebant vinum ego vero orationem meam ad te domine tempus beneplaciti deus in multitudine miſericordie tue. Poſtcōio.

Sanctificationibus tuis omnipotens deus: et vicia noſtra curētur: et remedia nobis ſem

ſdā ſeq

piterna ꝓueniāt. Per. Sup ppłm.

Tua nos miā deus ⁊ ab omni ſurreptiōe vetuſtatis expurget: ⁊ capaces ſācte nouitatꝭ efficiat. Per. ¶ Feria quarta. Officiū.

In nomine domini omē genu flectatur: celeſtium terreſtrium et infernorum qꝛ dominꝰ factꝰ eſt obediens vſq; ad mortem mortem autem crucis ideo dominꝰ ieſus chriſtꝰ ī gloria eſt dei patris. Ps. Domine exaudi orationem meam: et clamor meus ad te veniat. Iſta orō dicitur ſine Dominus vobiſcum. Premiſſo tn̄ Orēmꝰ. Flectamꝰ ge. Leua. Or.

Preſta q̄s omnipotens deus: vt qui noſtris exceſſibus inceſſanter affligimur: per vnigeniti tui paſſionē liberemur. Qui tecū viuit. ¶ Lectō yſaie prophete. lxiij.

Hec dicit dn̄s deus. Dicite filie ſyō. Ecce ſaluator tuꝰ venit: ⁊ merces eiꝰ cū eo. Quis eſt iſte q̄ venit de edō tīctis veſtibꝰ de boſra? Iſte formoſꝰ ī ſtola ſua gradiēs ī multitudine fortitudis ſue. Ego q̄ loquor iuſticiā: ⁊ ꝓpugnator ſū ad ſaluādū. Quare ergo rubrū eſt īdumētū tuū ⁊ veſtimēta tua ſicut calcantium ī torculari? Torcular calcaui ſolus: et de gentibus non eſt vir mecum. Calcaui eos in furore meo: et cōculcaui eos ī ira mea. Et aſperſus eſt ſanguis eorū ſuper veſtimenta mea. Et omnia indumenta mea inquinaui. Dies eni vltionis in corde meo: annꝰ retributionis mee venit. Circumſpexi et non erat auxiliator: queſiui ⁊ non erat qui adiuuaret Et ſaluauit michi brachiū meū: ⁊ īdignatio mea auxiliata eſt michi. Miſerationū dn̄i recordabor: et laudē dn̄i annūciabo ſup oīa q̄ reddidit nobis dn̄s deꝰ nr̄. Gradu. Ne auertas faciem tuā a puero tuo q̄m tribulor velociter exaudi me. V. Saluum me fac deus quoniam intrauerunt aque vſqꝫ ad animā meam īfixus ſū ī limo pfūdi et nō eſt ſubſtātia. Gradale. poſt. v. nō repetat̄. Dñs vobiſcum Oremꝰ. Flectamꝰ genū. Leua. Or.

Deus q̇ ꝓ nobis filiū tuū crucis patibulū ſubire voluiſti vt inimici a nobꝫ expelleres poteſtatē: cōcede nobꝫ famulis tuis: vt reſurrectiõis gl'iā cōſequamur. Per eūdē dñm. ¶ Lctō yſaie ꝓphē. liij.

In diebꝰ illis: Dixit yſayas. Dñe q̇s credidit auditui nr̄o ⁊ brachium dñi cui reuelatū eſt. Et aſcēdit ſicut virgultū corā eo: ⁊ ſicut radix de t̄ra ſitiēti et nō eſt ſpecies et neqꝫ decor. Et vidimꝰ eū et nō erat aſpectꝰ et deſiderauimꝰ eū deſpectū ⁊ nouiſſimū virorū: virū dolorū ⁊ ſcientē īfirmitatē. Et quaſi abſcōditus vultꝰ eiꝰ et deſpectꝰ: vnde nec reputauimꝰ eū. Vere languores nr̄os ip̄e tulit ⁊ dolores noſtros ip̄e portauit. Et nos putauimus eū quaſi leproſū: ⁊ ꝑcuſſum a deo et humiliatū. Ipſe autē vulneratꝰ eſt ꝓpter iniq̄tates nr̄as: attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis nr̄e ſuper eum: ⁊ liuore eius ſanati ſumus. Oēs nos quaſi oues errauimꝰ: vnuſq̇ſqꝫ in viam ſuā declinauit ⁊ dñs poſuit ī eo iniquitatē oīm noſtrū. Oblatꝰ eſt q2 ipſe voluit: et nō aꝑuit os ſuū. Sicut ouis ad occiſionem ducet̄ ⁊ q̄ſi agnꝰ corā tondēte ſe obmuteſcet ⁊ nō aperiet os ſuū. De āguſtia et de iudicio ſublatꝰ eſt: generationē eiꝰ q̇s enarabit? Q2 abſciſus eſt de terra viuētiū. Propter ſcelus populi mei percuſſi eū: et dabit ipios ꝓ ſepultura: et diuitē ꝓ morte ſua eo ꝙ iniquitatē nō fecerit: nec dolꝰ fuerit ī ore eiꝰ: ⁊ dñs voluit ꝯterere eū in īfirmitate. Si poſuerit pro pctō aīam ſuā: videbit ſemē lōgeuū/ et volūtas dñi in manu eiꝰ dirigetur. Pro eo ꝙ tradidit ī mortē aīam ſuam: ⁊ cū ſceleratis reputatꝰ eſt. Et ipſe peccata multorū tulit: ⁊ ꝓ trāſgreſſoribus orauit vt non perirēt. Dicit dñs: omnipotēs. Tractus.

Domine exaudi orationē meā: et clamor meus ad te veniat. Vꝰ. Ne auertas faciem tuam a me in quacunqꝫ die tribulor īclina ad me aurē tuā. V. In quacūqꝫ die inuocauero te velocitē exaudi me. V. Q2 defecerūt ſicut fumꝰ dies mei: ⁊ oſſa mea ſicut ī frixorio cōfrixa ſūt. Vꝰ. Percuſſus ſū ſicut fenū ⁊ aruit cor meum: q2 oblitus ſū mãducare panē meū. V. Tu exurgēs dñe miſereberis ſyon: q2 venit tēpus miſerēdi eiꝰ. Dñs vobiſcū. Et cū ſpū tuo non dicat̄ Glla tibi dñe. ¶ Paſſio dñi nr̄i ieſu xp̄i. Scd̄m lucam. xxij.

In illo tēpore. Appropinquabat dies feſtus azimoruꝫ qui dicitur paſcha: ⁊ querebant principes ſacerdotū ⁊ ſcribe quomodo ieſum interficerent. Timebant vero plebē. Intrauit aūt ſathanas in iudā qui cognominabatur ſcarioth: vnū ex duodeci: ⁊ abijt ⁊ locutꝰ eſt cū p̄ncipibꝰ ſacerdotū et magiſtratibus quemadmodū illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: ⁊ pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopōdit. Et querebat oportunitatem: vt traderet illum ſine turbis. Venit aūt dies feſtus azimorum/ in qua neceſſe erat occidi paſcha: et miſit petrum et iohannē dicēs. Eūtes parate nobis paſcha: vt mãducemus. At illi dixerūt. Vbi vis paremꝰ? Et dixit ad eos. Ecce introeuntibꝰ vobꝫ in ciuitatē: occurret vobis homo amphorā aque portās. Sequimini eū in domū in quā intrat: ⁊ dicetis pa.

trifamilias domꝰ. Dicit tibi magiſter. Ubi eſt diverſoꝛiū: ubi paſcha cū diſcipulis meis māducē? Et ipſe vobis oſtendet cenaculū magnum ſtratū: ⁊ ibi parate. Euntes aūt invenerūt ſicut dixit illis: ⁊ paraverūt paſcha. Et cū facta eſſet hoꝛa diſcubuit / ⁊ duodecim apoſtoli cum eo: ⁊ ait illis Deſiderio deſideravi hoc paſcha manducare vobiſcū anteq̄ patiar. Dico eī vobis: qꝛ ex hoc nō māducabo illud donec īpleat̄ in regno dei. Et accepto calice: gratias egit ⁊ dixit. Accipite: ⁊ dividite inter vos. Dico enī vobis ꝙ nō bibā de generatiōe vitis huiꝰ: donec regnum dei veniat. Et accepto pane gr̄as egit ⁊ fregit: ⁊ dedit eis dicēs Hoc eſt coꝛpꝰ meū qđ pꝛo vobis datur: hoc facite ī meā cōmemoꝛationē. Similiter et calicē: poſtq̄ cenavit dicēs Hic eſt calix novum teſtamentū in meo ſanguine: q̄ ꝓ vobis fundet̄. Verūtamē ecce manꝰ tradētis me: mecū eſt in menſa Et quidē filius hoīs ſcđm qđ diffinitū eſt vadit. Veruntamē ve illi homini: per quē tradetur. Et ipſi ceperunt querere inter ſe: quis eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. Facta eſt autē et cōtentio inter eos: quis eoꝛū videret̄ eſſe maioꝛ. Dixit autē eis ieſus. Reges gentiū dominātur eoꝝ: et q̄ poteſtatē habēt ſuper eos benefici vocantur. Vos autē non ſic: ſed q̄ maioꝛ eſt ī vobis: fiat ſicut minoꝛ. Et qui pꝛeceſſoꝛ : eſt ſicut miniſtratoꝛ. Nam quis maioꝛ eſt qui recumbit an qui miniſtrat? Nonne qui recūbit? Ego aūt in medio veſtrū ſum: ſicut qui miniſtrat. Vos autē eſtis qui permanſiſtis mecū: in tentationibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut diſpoſuit michi pater meꝰ regnū: ut edatis et bibatis ſuper mēſam meā in regno meo. Et ſedeatis ſup thꝛonos duodecī iudicātes duodecī tribus iſrael Ait aūt dñs ſimoni. Simon ecce ſathanas expetivit vos: ut cribꝛaret ſicut triticū Ego autē rogavi ꝓ te: ut non deficiat fides tua. Et tu aliqñ ꝯverſus: cōfirma fratres tuos. Qui dixit ei. Dñe tecū paratꝰ ſū: ⁊ ī carcerē et ī moꝛtē ire. At ille dixit. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallꝰ donec ter abneges noſſe me. Et dixit eis. Quando miſi vos ſine ſacculo ⁊ pera ⁊ calciamētis: nūquid aliquid defuit vobis? At illi dixerūt. Nichil. Dixit ergo eis Sed nūc q̄ habet ſacculū tollat ſimiliter ⁊ perā Et q̄ non habet vendat tunicā ſuā et emat gladiū. Dico enī vobis: qm̄ adhuc qđ ſcriptū eſt: opoꝛtet īpleri ī me. Et cū iniquis deputatꝰ eſt. Etenī ea q̄ ſūt de me: finē habēt. At illi dixerūt. Dñe ecce gladii duo hic. At ille dixit Satis eſt. Et egreſſꝰ: ibat ſcđm ꝯſuetudinē in montē olivarū. Secuti ſūt aūt illū ⁊ diſcipuli Et cū pveniſſet ad locū: dixit illis. Oꝛate: ne intretꝭ ī tētationē. Et ipſe avulſꝰ eſt ab eis q̄tū iactꝰ eſt lapidis. Et poſitis genibꝰ: oꝛabat dicēs. Pat̄ ſi vis trāſfer calicē iſtū a me. Verūtamen nō mea volūtas: ſed tua fiat. Apparuit autē illi angelꝰ de celo: cōfoꝛtās eū. Et factꝰ in agonia: pꝛolixius oꝛabat. Et factꝰ eſt ſudoꝛ eiꝰ: ſicut gutte ſanguinis decurrētis ī terrā. Et cum ſurrexiſſet ab oꝛatione ⁊ veniſſet ad diſcipulos ſuos: invenit eos doꝛmiētes pꝛe triſticia. Et ait illis Quid doꝛmitis? Surgite / oꝛate: ne intretis in tētationē. Adhuc eo loquēte: ecce turba et qui vocabat̄ iudas unus de duodecim antecedebat eos. Et appꝛopinquavit ieſu: ut oſcularetur eū Jeſus aūt: dixit illi Juda: oſculo filiū hoīs tradis? Videntes aūt hi qui circa eū erant qđ futurū erat dixerunt ei. Dn̄e ſi ꝑcutimus in gladio. Et ꝑcuſſit vnꝰ ex illis ſeruū pꝛīcipis ſacerdotū: ⁊ āputauit auriculā eiꝰ dextrā. Reſpōdens autē ieſꝰ: ait. Sinite vſꝫ huc. Et cū tetigiſſet auriculā eiꝰ: ſanauit eū. Dixit aūt ieſus ad eos q̇ venerant ad ſe pꝛincipes ſacerdotū ⁊ magiſtratꝰ tēpli: ⁊ ſenioꝛes. Quaſi ad latronē exiſtis cum gladijs et fuſtibꝰ: cū quotidie vobiſcū fueri in tēplo ⁊ nō extēdiſtis manꝰ ī me. Sed hec eſt hoꝛa veſtra: ⁊ poteſtas tenebꝛaꝝ. Cōpꝛehendentes aūt eū duxerūt ad domū pꝛīcipis ſacerdotum. Petrꝰ aūt ſequebatur eū a lōge. Accēſo aūt igne in medio atrio et circūſedētibus illis: erat petrꝰ in medio eoꝝ. Quē cū vidiſſet ācilla quedā ſedentē ad lumē et eū fuiſſet ītuita: dixit. Et hic cū illo erat. At ille negauit eū: dicens. Mulier nō noui illū. Et poſt puſillū aliꝰ videns eū: dixit. Et tu de illis es. Petrus vero ait. Homo: nō ſum. Et īteruallo facto quaſi hoꝛe vniꝰ: alius q̇dē affirmabat dicens. Vere et hic cū illo erat nā et galileꝰ eſt. Et ait petrꝰ. Hō: neſcio quid dicȝ. Et cōtinuo adhuc eo loquēte: cātauit gallus. Et conuerſus dn̄s: reſpexit petrū. Et recoꝛdatus eſt petrꝰ verbi dn̄i ſicut dixerat: qꝛ pꝛiuſꝙ gallus cātet: ter me negabis. Et egreſſus foꝛas fleuit amare. Et viri q̇ tenebant eū illudebāt ei cedētes. Et velauerūt eū: ⁊ percutiebant faciē eius: et interrogabāt eum dicētes Pꝛophetiza: q̇s eſt qui te percuſſit. Et alia multa blaſphemātes: dicebant in eū. Et vt factus eſt dies cōuenerūt ſenioꝛes plebis ⁊ pꝛīcipes ſacerdotū ⁊ ſcribe: ⁊ duxerūt eū in cōſiliū ſuū dicentes. Si tu es xp̄s: dic nobis. Et ait illis. Si vobis dixero: nō credetis michi. Si aūt ⁊ īterrogauero nō reſpondebitis michi neqꝫ dimittetis. Ex hoc autem erit filius hoīs ſedēs a dextris virtutis dei. Dixerunt aūt oēs. Tu ergo es filius dei. Qui ait. Vos dicitis: qꝛ ego ſū. At illi dixerūt. Quid adhuc deſideramus teſtimonium. Ipſi enī audiuimus de oꝛe eiꝰ. Et ſurgēs oīs multitudo eoꝝ duxerūt ad pilatū. Ceperūt autem accuſare illū dicētes. Hunc inuenimus ſubuertentē gentē noſtrā: ⁊ ꝓhibentē tributa dari ceſari: ⁊ dicētē ſe xp̄m regē eſſe. Pilatus aūt īterrogauit eū: dicēs. Tu es rex iudeoꝝ. At ille reſpōdēs ait. Tu dicis. Ait autem pilatꝰ ad pꝛīcipes ſacerdotū et turbas. Nichil īuenio cauſe: ī hoc homine. At illi inualeſcebāt: dicētes Cōmouit populū docēs ꝑ vniuerſam iudeā: incipiens a galilea vſꝫ huc. Pilatꝰ aūt audiens galileam interrogauit ſi homo galileꝰ eſſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eſſet: remiſit eū ad herodē q̇ ⁊ ipſe hieroſolimis erat illis diebus Herodes aūt viſo ieſu: gauiſus eſt valde. Erat enī cupiēs ex multo tēpoꝛe videre eū: eo qd̄ audierat multa de illo ⁊ ſperabat ſignū aliq̇d videre ab eo fieri. Interrogabat aūt illū multis ſermonibus. At ipſe nichil illi reſpōdebat. Stabāt etiam pꝛīcipes ſacerdotū ⁊ ſcribe: ꝯſtāter accuſantes eū. Spꝛeuit aūt illū herodes cū exercitu ſuo: et illuſit īdutum veſte alba: ⁊ remiſit ad pilatū Et facti ſunt amici herodes et pilatus in ipſa die. Nam ātea: inimici erāt adinuicem. Pilatus autē conuocatis pꝛīcipibus ſacerdotum et magiſtratibꝰ ⁊ plebe dixit ad illos Obtuliſtis michi hunc hoīem quaſi auertētē populū: ⁊ ecce ego coꝛā vobis interrogans: nullā cauſam inuenio in hoīe iſto ex his in quibꝰ eũ accuſatꝫ / ſed neq; herodes. Nã remiſi vos ad illũ: et ecce nichil dignum morte actũ eſt ei. Emẽdatũ ergo illum: dimittã. Neceſſe autẽ habebat dimitere eis ꝑ diẽ feſtum vnum. Exclamauit aũt ſimul vniuerſa turba dicẽs. Tolle hũc: et dimitte nobis barrabã. Qui erat propter ſeditionẽ quandã factã ĩ ciuitate ⁊ homicidiũ miſſus in carcerẽ Iterũ aũt pilatus locutꝰ eſt ad illos: volens dimitere ieſum. At illi ſucclamabant dicentes. Crucifige crucifige illũ. Ille aũt tertio dixit ad illos. Quid enim mali fecit iſte? Nullã cauſã mortis inuenio in eo Corripiã ergo illũ et dimittã. At illi inſtabãt vocibꝰ magnis poſtulãtes vt crucifigeret᷑. Et ĩualeſcebãt voces eoꝝ. Et pilatꝰ adiudicauit fieri petitionẽ eoꝝ Dimiſit aũt illis eũ q propter homicidiũ ⁊ ſeditionẽ miſſus fuerat ĩ carcerẽ quẽ petebãt ieſum vero tradidit volũtati eoꝝ. Et cũ ducerẽt eũ apprehẽderunt ſymonẽ quẽdã ſyrenẽſem venientem de villa ⁊ ĩpoſuerũt illi crucẽ portare poſt ieſum. Seq̃batur aũt illum turba multa populi ⁊ mulierũ que plãgebãt ⁊ lamentabãtur eũ. Conuerſꝰ aũt ad illas ieſꝰ: dixit. Filie hieruſalẽ nolite flere ſup̱ me ſed ſup̱ voſipſas flete et ſup̱ filios vr̃os Qm̃ ecce veniẽt dies in q̇bus dicẽt Btẽ ſteriles et vẽtres q̃ non genuerunt: ⁊ vbera que non lactauerũt. Tunc icipiẽt dicere mõtibus cadite ſup̱ nos: et collibus operite nos Qꝛ ſi ĩ viridi ligno hec faciũt: ĩ arido quid fiet? Ducebãtur aũt et alij duo nequam cũ eo: vt interficerẽt Et poſtq̃ venerũt in locũ q̇ vocat᷑ caluarie: ibi crucifixerũt eũ. Et latrones: vnũ a dextris et alterũ a ſiniſtris. Ieſꝰ aũt dicebat. Pat. Dimitte illis: nõ enĩ ſciunt q̇d faciũt Diuidẽtes vero veſtimẽta eiꝰ miſerũt ſortes. Et ſtabat pp̄lus ſpectãs ⁊ deridebãt illũ prĩcipes ſacerdotũ cũ eis dicẽtes. Alios ſaluos fecit ſe ipſum ſaluũ faciat: ſi hic eſt xp̄s dei electꝰ. Illudebãt autẽ ei et milites accedẽtes ⁊ acetũ offerẽtes illi: ⁊ dicentes. Si tu es rex iudeoꝝ ſaluũ te fac. Erat aũt ⁊ ſup̱ſcriptio ſcripta ſuper eũ litteris grecis et latinꝫ: et hebraicis. Hic eſt rex iudeoꝝ. Vnꝰ aũt ex his qui pendebãt latronibꝰ: blaſphemauit eum dicẽs. Si tu es xp̄s ſaluũ fac temetipſũ et nos. Reſpondens aũt alter: icrepabat illũ dicẽs. Neq; tu times deũ: qui in eadem dãnatione es. Et nos quidem iuſte: nam digna factis recipimus Hic vero nichil mali geſſit. Et dicebat ad ieſum. Dñe memento mei: dum veneris ĩ regnũ tuum. Et dixit illi ieſus. Amen dico tibi: hodie mecũ eris ĩ paradiſo. Erat autem fere hora ſexta et tenebre facte ſũt ĩ vniuerſa terra: vſq; ad horã nonã. Et obſcuratꝰ ẽ ſol: ⁊ velũ tẽpli ſciſſum eſt medium. Et clamans voce magna ieſus: ait. Pater. In manꝰ tuas: cõmendo ſpiritũ meũ. Et hec dicẽs: expirauit. Pater nr̃. Vidẽs autẽ centurio quod factum fuerat glorificauit deũ dicẽs. Vere hic hõ iuſtus erat. Et oĩs turba eoꝝ qui ſimul aderãt ad ſpectaculũ iſtud ⁊ videbant q̃ fiebant percutiẽtes pectora ſua: reuertebãtur. Stabãt autẽ omnes noti eius alonge et mulieres q̃ ſecute erãt eũ a galilea hec videntes. Euangelium. Et ecce vir nomine ioſeph q̃ erat decurio vir bonus ⁊ iuſtꝰ hic nõ cõſenſerat cõſilio ⁊ actibus eoꝝ ab arimathia ciuitate iudee: q̃ expectabat ⁊ ipſe regnũ dei. Hic acceſſit ad pilatũ ⁊ petijt corpꝰ ieſu Et depoſitũ inuoluit ſyndone: ⁊ poſuit in monumento ſuo exciſo. In quo nondum quiſꝙ poſitus fuerat. Offertoriū. Domine exaudi orationem meā et clamor meus ad te veniat. Secreta.

PUrifica nos miſericors deus vt eccleſie tue preces que tibi grate ſūt pia munera deferētes fiant expiatis mētibꝰ gratiores. Per dn̄m. Cōio. Potū meū cū fletu tēperabā: qꝛ eleuās alliſiſti me et ego ſicut fenū arui: tu aūt dn̄e ſeternū ꝑmanes tu exurgēs miſereberis ſyō qꝛ venit tp̄s miſerendi eiꝰ. Poſtcō.

LArgire ſenſibus noſtris omnipotens deus: vt per temporalem filij tui mortem quā myſteria veneranda teſtātur: vitā nobis dediſſe perpetuā confidamus. Per eundem. ¶ Super populum.

REſpice q̄s dn̄e ſuper hanc familiam tuam pro qua dn̄s noſter ieſus xp̄s nō dubitauit manibꝰ tradi nocētium ⁊ crucis ſubire tormētum. Qui tecū. ¶ Feria. v. idie cene. Facto ſermōe i pulpito ꝓlatꝰ cū ſuis ad gradū altaris ꝓſtratꝰ dicat. vij. pſalmos penitētiales ſn̄. Ne reminiſcaris. Et chorꝰ ſimilit᷑ ꝓ ſe ſubiūgendo cuilibet pſalmo. Gloria pr̄i. Pſalmis vō cū ātiphōis finitꝫ ſequat᷑. Kyrieł. Xp̄e eł. Kyrieł. Pat nr̄. Prelatꝰ vero erectꝰ ⁊ ceteris ꝓſtratis dicat. Et ne nos. Sed li. Tu mādaſti mādata tua. Cuſtodiri nimis. Dn̄e non ſcd̄m peccata nr̄a facias nobꝫ. Neq̃ ſcd̄m iniq̄ta. Saluos fac ſeruos tus et ācillas tuas. Deꝰ meus ſperantes ī te. Conuertere dn̄e vſq̃ quo. Et dep̄cabilꝫ. Eſto dn̄e turris fortitudinis. A facie inimici. Mitte eis domine auxilium de ſancto. Et de ſyon tuere eos. Domine exaudi. Dominꝰ vobiſcum. Et cla. Oremus. Oratio.

ADeſto dn̄e ſupplicatiōibus noſtris: ⁊ me q̄ etiam mīa tua p̄mꝰ idigeo clemēter exaudi et quē nō electiōe meriti/ ſꝫ dono gr̄e tue cōſtituiſti opis huiꝰ miniſtrū da fiduciā tui muneris exequēdi: ⁊ ip̄e i noſtro miniſterio qđ tue pietatꝫ eſt opare. Per xp̄m. Alia oratio.

PReſta q̄s dn̄e famulis tuis dignum penitentie fructū: vt eccleſie tue ſācte a cuiꝰ itegritate deuiarant peccādo: admiſſoꝝ reddātur innoxij veniā conſequēdo. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Alia oratio.

DEus humani generis benigniſſime cōditor et miſericordiſſime reformator q̄ hoīem iuidia dyaboli ab et̄nitate deiectū: vnici filij tui ſāguine redemiſti viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenꝰ mori deſideras et q̄ nō derelinq̄s deuios aſſume correctos. Moueant pietatē tuā q̄s dn̄e horum famuloꝝ tuorū lachrimoſa ſuſpiria tu eoꝝ medere vulneribꝰ tu iacentibus manū porrige ſalutarē ne eccleſia tua aliqua ſui corporis portio ne vaſtetur: ne grex tuus detrimentū ſuſtineat/ ne de familie tue dāno inimicꝰ exultet/ ne renatos lauacro ſalutari mors ſecūda poſſideat. Tibi ergo dn̄e ſupplices p̄ces tibi fletū cordis effūdimꝰ tu parce cōfitētibus vt ſic i hac mortalitate peccata ſua te adiuuāte defleāt quatinꝰ in tremendi iudicij die ſentētiā dānationis eterne euadāt et neſciant quod terret i tenebris qđ ſtridet in flammis atq̃ ab erroris via ad iter reuerſi iuſticie nequaq̄ vulneribꝰ vltra ſauciētur ſed itegrum ſit eis atq̃ perpetuū et qđ gratia tua contulit: ⁊ qđ miſericordia tua reformauit. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Oro.

DEus miſericors deꝰ clemens qui ſcd̄m multitudinē miſerationū tuarū peccata deliquētiū deles: ⁊ p̄teritoꝝ criminū culpas venia remiſſionis euacuas: reſpice ſup hos famulos tuos: ⁊ remiſſionē ſibi oīm peccatoꝝ ſuoꝝ tota cordis cōfeſſione poſcētes dep̄catꝰ exaudi: renoua ī eis pijſſime pater q̄cquid terrena fragilitate corruptū vel quicq̄d dyabolica fraude violatū eſt ⁊ in vnitate corporis eccleſie tue mēbris ꝑfecta remiſſiōe reſtitue Miſerere dn̄e gemituū miſerere lachrimarū: et non habentes fiduciā niſi in tua mīa ad ſacramentum recōciliationis admitte. Per chriſtū dominū noſtrum. Amen. Oratio.

Maieſtatē tuam dn̄e ſupplices deprecamur: vt his famulis tuis lōgo ſqualore penitētie maceratꝫ miſeratiōis tue veniā largiri digneris: vt nuptiali veſte recepta ad regalē mēſā vnde eiecti fuerant mereāt̄ itroire. Per do. Abſolutio

Dominus ieſus chriſtꝰ q̄ diſcipulis ſuis dixit: q̄cunq̄ ligaueritis ſup terrā: erūt ligata et ī celis: ⁊ q̄cunq̄ ſolueritis ſup terram erūt ſoluta et ī celis: de quoꝝ numero q̄uis me īdignū et pctōrē: miniſtrū tamen eſſe voluit: ipſe vos abſoluat ꝑ miniſteriū noſtrū ab oībꝰ peccatis vr̄is q̄cūq̄ cogitatiōe aut locutione ⁊ opatione negligenter egiſtis atq̄ a vinculis peccatoꝝ veſtroꝝ abſolutos ꝑducere dignet̄ ad regna celorum. Qui cū patre ⁊ ſpiritu ſācto viuit et regnat deꝰ. Per oīa ſecula ſeculorum. Amen. Orō.

Miſereatur veſtri omnipotens deus et dimittat vobis omnia peccata veſtra/ꝑducat vos ad vitam eternā. Abſolutio.

Abſolutionem et remiſſionē omnium peccatorū veſtroꝝ ꝑcipere mereamini hic et in eternū

¶ Poſt hec īcipiatur miſſa. Offm̄. Nos autē gloriari oportet ī cruce dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. ⁊ cetera vt ſupra in feria t̄tia. Prelatꝰ vero ī reueſtiario feſtiue paratꝰ cum duodecim presbyterꝫ caſulatis et ſeptē diaconibus ⁊ totidē ſubdiaconibꝰ cum dalmaticꝫ ⁊ tunicis feſtiue īdutꝫ ⁊ thuriferꝫ ⁊ ceroferarijs ad altare ſecūdum q̄ ordinatum erit. incepto. Gloria patri. itroeat. Et dicto Kyrie eleyſō. prelatus incipiat. Gloria ī excelſis quod dū canitur claſſicum pulſetur prelatꝰ dicat. Pax vobis. Et cum ſpiritu tuo. ſacerdos dicat. Dn̄s vobiſcū. ſed non dicat. Flectamꝰ genua. nec Gloria in excelſis. nec Credo. nec Agnꝰ dei. nec Ite miſſa eſt. Niſi ī matrici eccliā vbi penitentium ſit reconciliatio et criſmatis conſecratio. Oratio.

Deus a quo et iudas proditor reatꝰ ſui penā et cōfeſſionis ſue latro p̄miū ſūpſit cōcede nobis tue ꝓpiciatiōis effectū: vt ſicut in paſſiōe ſua ieſus xp̄s dn̄s nr̄ diuerſa vtriſq̄ intulit ſtipēdia meritorū ita nobis ablato vetuſtatis errore: reſurrectiōis ſue gratiā largiatur. Qui tecū viuit et regnat deꝰ. Per oīa. ſ. ¶ Lectio epiſtole beati pauli apoſtoli. Ad corinthios. p̄ma. xi.

Fratres. Cōuenientibus vobis in vnū: iā nō eſt dn̄icā cenā manducare. Vnuſquiſq̄ enim ſuā cenā preſumit ad manducandū Et alius quidē eſurit: aliꝰ autem ebrius eſt. Nunq̄d domos non habetis ad manducandū et bibendū: aut eccleſiam dei contēnitis et confunditis eos q̄ non habēt? Quid dicā vobis. Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a dn̄o quod et tradidi vobis: quoniam dominus ieſus ī qua nocte tradebatur accepit panē et gratias agens fregit: et dixit. Accipite: et māducate. Hoc eſt corpus meū: quod pro vobis tradetur. Hoc facite: ī meā ꝯmemoratio nē. Similiter ⁊ calicē: poſtq̄ cenauit dicēs Hic calix nouū teſtamētū eſt: ī meo ſanguine. Hoc facite quotienſcunq; biberitis: in meā cōmemorationē. Quotienſcūq; enī māducabitis panē hunc et calicē bibetis: mortē dn̄i annūciabitis donec veniat. Itaq; q̇cunq; manducauerit panē vel biberit calicem dn̄i īdigne: re⁹ erit corporis et ſanguinis dn̄i. Probet autē ſeipſum homo: et ſic de pane illo edat et de calice bibat Qui eī māducat ⁊ bibit īdigne iudiciū ſibi manducat ⁊ bibit non diiudicās corp⁹ dn̄i. Ideo īter vos multi īfirmi ⁊ ībecilles: ⁊ dormiūt multi. Quod ſi noſipſos diiudicaremus: nō vtiq; iudicaremur. Dū iudicamur autē a dn̄o corripimur vt non cum hoc mūdo damnemur.

Gradale. Chriſtus fact⁹ eſt pro nobis obediens vſq; ad mortem: mortem autē crucis. V⁹. Propter quod et deus exaltauit illum: ⁊ dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomē. Gradale poſt verſum reincipiatur

¶ Secundum iohannem. xiij.

Ante diem feſtum paſche ſciens ieſus qꝛ venit ei⁹ hora/ vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē cū dilexiſſet ſuos qui erant in mundo in finē dilexit eos Et cena facta cum dyabolus iam miſiſſet in cor/ vt traderet eū iudas ſymōis ſcariotis: ſciēs ieſus qꝛ oīa dedit ei pater in man⁹: et qꝛ a deo exiuit ⁊ ad deū vadit: ſurgit a cena et ponit veſtimenta ſua Et cū accepiſſet lintheū precinxit ſe. Deinde miſit aquā in peluī: ⁊ cepit lauare pedes diſcipuloꝝ ⁊ extergere lītheo quo erat precinctus. Venit ergo ad ſymonē petrum: et dicit ei petrus. Dn̄e tu michi lauas pedes? Reſpōdit ieſus et dixit ei. Qđ ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea. Dicit ei petrus. Non lauabis michi pedes ī eternū. Reſpondit ei ieſus. Si nō lauero te: nō habebis partē mecū Dicit ei ſymō petr⁹. Dn̄e nō tantū pedes meos: ſed et man⁹ et caput. Dicit ei ieſus. Qui lot⁹ eſt nō indiget niſi vt lauet pedes: ſed eſt mūd⁹ totus et vos mundi eſtis: ſed nō oēs. Sciebat enī quiſnā eſſet qui traderet eum propterea dixit. non eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eorum accepit veſtimēta ſua: et cū recubuiſſet iterū dixit eis. Scitis: quid fecerim vobis. Vos vocatis me magiſter et domine/ et bene dicitis: ſum etenim Si ergo ego laui veſtros pedes dominus ⁊ magiſter et vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis: vt quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis. Offer. Dextera domini fecit virtutē dextera dn̄i exaltauit me: non moriar ſed viuā et narrabo opera domini. Secreta.

Ipſe tibi q̄s dn̄e ſancte pater oīpotens eterne deus ſacrificium noſtrū reddat acceptū: qui diſcipulis ſuis in ſui cōmemoratiōe actiōe hec fieri hodierna traditione mōſtrauit: ieſ⁹ xp̄s dn̄s noſter. Qui tecum. Prefatio. Qui ſalutē. Infra actionē. Cōmunicātes ⁊ diē ſa. Infra actionē Hāc igit̄ oblationem. et Qui pridie q̄ pro nr̄a. vſq; Per quē oīa. Prelat⁹ facta benedictiōe cōuerſ⁹ ad altare: factaq; fractione dicat. Et pax ei⁹ ſit ſemꝑ vobiſcū. Et ſi ali⁹ celebret q̄ prela. dicat Pax dn̄i ſit ſemꝑ vobiſcū. Chorus rn̄deat. Et cū ſpū tuo. Et ſine pacis oſculo. Et cōmunicet maiores eccleſie. Sāguis peruit⁹ ſumat̄ De corpe dn̄i in craſtinū ſeruet̄: et a p̄lato vbi ſeruādū erit reuerēter ponat̄. Cōio. Dn̄s ieſ⁹ poſtq̄ cenauit cū diſcipulis ſuis: lauit pedes eoꝝ et ait illis ſcitis qđ feceri vobꝫ ego dñs ⁊ magr̃ exẽplū dedi vobꝫ vt et ita vos faciatꝫ. Dicta cõmunide cãtor incipiat. an. Ad veſperas. an.

Calicē ſalutaris accipiã et nomen domini inuocabo. ps.

Credidi ꝓpter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis. Ego dixi in exceſſu meo: oĩs homo mendax. Quid retribuã dño pro oĩbus que retribuit michi Calicē ſalutaris accipiã: et nomē dñi inuocabo. Vota mea dño reddam corã omni populo eiꝰ: precioſa in cõſpectu dñi mors ſanctorum eius. O dñe quia ego ſeruus tuus ego ſeruus tuꝰ ⁊ filius ancille tue. Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis et nomen dñi inuocabo. Vota mea domino reddam ĩ cõſpectu omnis populi eiꝰ: in atriis domus domini in medio tui hieruſalem. Gloria patri et fil. Sicut erat in principio. an. Cū his qui oderūt pacē erã pacificꝰ cū loquebar illis ĩpugnabãt me gratis. ps.

Ad dñm cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Domine libera animã meam a labiis iniquis et a lĩgua doloſa. Quid detur tibi aut qđ apponat̃ tibi: ad lĩguã doloſã. Sagitte potentis acute cū carbonibꝰ deſolatoriis. Heu michi qr incolatus meus prolõgatus eſt habitaui cum habitantibꝰ cedar: multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cum loquebar illꝫ impugnabant me gratis. Gloria patri. Sicut erat. an. Ab hoĩbꝰ iniquis libera me dñe. Pſalmus.

Eripe me dñe ab homine malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerūt iniq̃tates ĩ corde tota die cõſtituebant prelia. Acuerunt linguã ſuã ſicut ſerpentes venenū aſpidum ſub labiis eoꝝ. Cuſtodi me dñe manu peccatoris: et ab hoĩbus iniquis eripe me. Qui cogitauerūt ſupplantare greſſus meos abſconderūt ſuperbi laqueū michi. Et funes extenderūt in laqueum: iuxta iter ſcandalū poſuerunt michi. Dixi dño deus meus es tu: exaudi domine vocē deprecationꝫ mee. Dñe dñe virtus ſalutis mee: obūbraſti ſuꝑ caput meū ĩ die belli Nõ tradas me domine a deſiderio meo pctõri cogitauerūt ꝯtra me ne derelinquas me ne forte exaltēt. Caput circuitꝰ eoꝝ labor labioꝝ ipſoꝝ operiet eos. Cadēt ſuꝑ eos carbões ĩ ignē deiicies eos ĩ miſeriis nõ ſubſiſtēt. Vir lĩguoſꝰ nõ dirigēt ĩ terra virū iniuſtū mala capiēt ĩ interitu Cognoui qr faciet dñs iudiciū inopis: ⁊ vindictã pauperꝝ. Verūtamen iuſti ꝯfitebuntur nomini tuo et habitabunt recti cum vultu tuo Gloria. an. Cuſtodi me a laqueo quem ſtatuerunt michi et a ſcandalis operantium iniquitatem. ps.

Domine clamaui ad te exaudi me: intende voci mee dum clamauero ad te. Dirigat̃ oratio mea ſicut incēſum ĩ cõſpectu tuo eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſptinū. Pone dñe cuſtodiã ori meo: et oſtium circūſtantie labiis meis. Nõ declines cor meū ĩ verba malicie: ad excuſãdas excuſatiões ĩ peccatis. Cū hoĩbꝰ operãtibꝰ iniq̃tatē: et nõ cõmunicabo cū electis eorū. Corripiet me iuſtus in miſericordia et increpabit me: oleum aūt peccatoris nõ impinguet caput meū Qm̃ adhuc et oratio mea in bñplacitis eoꝝ: abſorpti ſūt iuncti petre iudices eorū. Audient verba mea qm̃ potuerūt: ſicut craſſitudo terre erupta eſt ſuꝑ terram. Diſſipapata ſunt oſſa noſtra ſecus infernū.

qꝛ ad te dñe dñe oculi mei: in te ſpaui nõ auferas aĩam meã. Cuſtodi me a laq̃o quē ſtatuerũt michi ⁊ ab ſcãdalis opantiũ iniq̃tatē. Cadēt ĩ retiaculo ei⁹ pctõres: ſingularitē ſum ego donec tranſeã. Gloria. ã. Cõſiderabã ad dexterã et videbã et nõ erat q̃ cognoſceret me. Pſalm⁹.

Uoce mea ad dñm clamaui voce mea ad dominum deprecatus ſum. Effundo in cõſpectu ei⁹ orationē meã: et tribulationē meã ante ipſum ꝓnũcio. In deficiēdo ex me ſpiritum meũ: et tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabã: abſcõderũt ſuperbi laqueum michi. Conſiderabam ad dexteram et videbã: et nõ erat qui cognoſceret me. Periit fuga a me et nõ eſt qui requirat animã meam Clamaui ad te dñe dixi tu es ſpes mea: portio mea in terra viuentiũ Intende ad deprecationē meam: quia humiliatus ſum nimis. Libera me a perſequētibus me qꝛ confortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animã meã ad confitēdũ nomini tuo me expectant iuſti donec retribuas michi. Gloria patri. ⁊c.

Diacon⁹ ad altare ĩcipiat hãc. ãn.



Cenātib⁹ autē accepit ieſus panē bñdixit ac fregit dedit diſciplĩs ſuis. p̃. Magñ. ã. ſine neumate ſicut et cetere dicat. ã. finita p̃lat⁹ dicat Dñs vobiſcum. Oremꝰ. Poſtcõio

Refecti vitalibus alimentis quęſumus domine deus noſter: vt quod tēpore noſtre mortalitatis exequimur īmortalitatis tue munere cõſequamur. Per dñm no. Diacon⁹ ĩ eccleſijs exteriorib⁹ dicat



Sicq̃ ꝯſummatis oĩbus recedant. Poſt refectionē circa horã veſptinaꝝ cõueniãt p̃latus ⁊ clerici oĩs eccleſie ad eccleſiã. Et fcõ pri⁹ mã dato pauperꝝ. Poſtea fiat mãdatũ fratrũ vbi p̃latus ⁊ decan⁹ ⁊ maiores eccleſie nudis pedib⁹ accĩcti lintheis lauēt fratrũ circũſedētiũ pedes: et cãtēt iteri ã. Dñs ieſ⁹ poſtꝗ̃ cũ reliquis ãtiph. q̃ ad hoc ĩſtitute ſunt ĩ ãtiphonario. Poſt hec diaconus in albis ⁊ ſubdiacon⁹ et ceroferarij in mediũ procedant: vbi diaconus legat in modum lectionis. Euãgeliũ. Scdm iohannem. xiij.

Ante diem feſtum paſche ſciens ieſus qꝛ venit hora eius vt tranſeat ex hoc mundo ad patrē cũ dilexiſſet ſuos qui erant in mundo: ĩ finē dilexit eos. Et cena facta cum dyabolus iam miſiſſet in cor vt traderet eum iudas ſymonis ſcariothis: ſciens quia oĩa dedit ei pater ĩ manus: et qꝛ a deo exiuit et ad deũ vadit ſurgit a cena et ponit veſtimenta ſua. Et cum accepiſſet lintheũ: precixit ſe. Deide miſit aquã ĩ peluim et cepit lauare pedes diſcipulorum: et extergere lintheo quo erat precinctus. Uenit ergo ad ſymonem petrum: et dicit ei petrus. Dñe tu lauas michi pedes? Reſpõdit ieſ⁹: et dicit ei. Quod ego facio tu neſcis modo: ſcies autem poſtea Dicit ei petr⁹. Nõ lauabis michi pedes in eternũ? Reſpondit ei ieſus Si non lauero te non habebis partem mecum. Dicit ei ſymõ perus. Domine non tantum pedes meos: ſed et manus et caput. Dicit ei ieſ⁹

Qui lotus eſt / non indiget niſi vt pedes lauet: et ſed eſt mūdꝰ totus. Et vos mūdi eſtis: ſed nō omnes. Sciebat enī quiſnā eſſet q̄ traderet eū: ꝓpterea dixit nō eſtis mūdi oēs. Poſtq̄ ergo lauit pedes eoꝝ accepit veſtimēta ſua cū recubuiſſꝫ: ⁊ iteꝝ dixit eis. Scitꝫ q̄d fecerī vobꝫ. Vos vocatis me magiſter ⁊ dñe: ⁊ bñ dicitis: ſū etenī. Si ergo ego laui veſtros pedes dñs ⁊ magiſter: ⁊ vos debetis alter alteriꝰ lauare pedes. Exemplū enī dedi vobis: vt quēadmodū ego feci vobis ita ⁊ vos faciatis. Amen amē dico vobis: nō eſt ſeruus maioꝛ dño ſuo: neqꝫ apoſtolus maioꝛ illo q̄ miſit illū. Si hec ſcitis beati eritis ſi feceritꝫ ea. Nō de oībus vobis dico: ego ſcio quos elegerim. Sed vt īpleatur ſcriptura: qui māducat meū panem: leuabit cōtra me calcaneū ſuum. Amodo dico vobꝫ pꝛiuſq̄ fiat: vt credatis cum factum fuerit: qꝛ ego ſum. Amen amē dico vobis: qui accipit ſi quē miſero me accipit. Qui autē me accipit: accipit eū qui me miſit Cū hec dixiſſet ieſus turbatꝰ eſt ſpiritu: et proteſtatus eſt ⁊ dixit. Amē amen dico vobis: qꝛ vnus ex vobis tradet me. Aſpiciebant ergo ad īuicem diſcipuli heſitātes de quo diceret. Erat ergo recūbens vnus ex diſcipulis eiꝰ in ſinu ieſu: quē diligebat ieſꝰ. Innuit ergo huic ſymō petrus: ⁊ dicit ei. Quis eſt de quo dicitur? Itaqꝫ cū recubuiſſet ille ſupꝛa pectꝰ ieſu dicit ei. Dñe q̄s ē? Reſpōdit ieſꝰ. Ille eſt cui ego intinctū panē poꝛrexero Et cū intinxiſſet panē: dedit iude ſymonis ſcariothis. Et poſt bucellā tūc introiuit in illū ſathanas. Dicit ei ieſus. Quod facis fac citius. Hoc autē nemo ſciuit diſcumbētiū: ad quid dixerit ei. Quidam enī putabant quia loculos habebat iudas quod dixiſſet ei ieſus: eme ea que opus ſunt nobis ad diē feſtum: aut egenis vt aliquid daret Cum ergo accepiſſet ille bucellam: exiuit continuo. Erat autē nox. Cū ergo exiſſet dicit ieſꝰ. Nūc clarificatus eſt filius hoīs et deus clarificatus eſt in eo. Si deus clarificatꝰ eſt in eo / et deus clarificabit eū ī ſemetipſo: et cōtinuo clarificabit eū. Filioli adhuc modicum vobiſcum ſū. Queretis me / et ſicut dixi iudeis: quo ego vado vos non poteſtis venire. Et vobis dico modo. Mandatum nouum do vobis: vt diligatis īuicem ſicut dilexi vos vt ⁊ vos diligatis inuicem. In hoc cognoſcent oēs quia mei eſtis diſcipuli ſi dilectionem habueritis ad īuicem. Dicit ei ſymō petrus. Dñe quo vadis? Reſpondit ieſus. Quo ego vado nō potes me modo ſequi: ſequeris autē poſtea. Dicit ei petrꝰ. Quare non poſſum ſequi te modo? Animam meā: pꝛo te ponam. Reſpondit ieſus. Animā tuā ꝓ me pones? Amē amen dico tibi nō cātabit gallꝰ donec me ter neges. Et ait diſcipulis ſuis. Nō turbetur coꝛ veſtrū Creditꝫ ī deū et ī me credite. In domo p̄ris mei māſiones multe ſunt. Si quominꝰ dixiſſem vobis: qꝛ vado parare vobis locū. Et ſi abiero et p̄parauero vobis locū iteꝝ veniam ⁊ accipiā vos ad meipſū vt vbi ego ſum ⁊ vos ſitis: et quo ego vado ſcitis: ⁊ viā ſcitis. Dicit ei thomas. Dñe: neſcimus quo vadis et quomodo poſſumꝰ viā ſcire? Dicit ei ieſꝰ. Ego ſum via / veritas / et vita. Nemo venit ad patrē: niſi ꝑ me Si cognouiſſetis me: et patrē meū vtiqꝫ cognouiſſetis. Et amodo cognoſcetis eū: et vidiſtis eū. Dicit ei philippus. Dñe: oſtēde nobis patrem ⁊ ſufficit nobis. Dicit ei ieſꝰ.

Tāto tēpoꝛe vobiſcum ſum: et non cognouiſtis me. Philippe: qui videt me: videt ⁊ patrē meū. Quomodo tu dicis oſtende nobis patrem? Nō credis qꝛ ego in pr̄e: ⁊ pr̄ in me eſt? Verba que ego loquoꝛ vobis a meipſo nō loquoꝛ. Pater autē ī me manēs: ipſe facit opera. Nō credꝭ qꝛ ego in pr̄e. et pr̄ in me eſt? Alioqn ꝓpter opera ipſa credite. Amē amē dico vobis qui credit in me opera q̄ ego facio ⁊ ipſe faciet et maioꝛa hoꝛum faciet: qꝛ ego ad patrem vado Et qđcunqꝫ petieritis in noīe meo: hoc faciā. Vt clarificetur pater in filio: ſi quid petieritis in noīe meo hoc faciam. Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrē et alium paraclitū dabit vobis: vt maneat vobiſcum ineternū ſpiritū veritatis quē mundus non poteſt accipere: quia nō vidit eum nec ſcit eū. Vos autē cognoſcetis eum: qꝛ apud vos manebit: et ī vobis erit. Nō derelinquā vos oꝛphanos: veniā ad vos. Adhuc modicū et mundus me iam non videt. Vos autē videtis me qꝛ ego viuo et vos viuetis. In illo die vos cognoſcetꝭ me: qꝛ ego ſū ī pr̄e meo: et vos ī me ⁊ ego ī vobis. Qui habet mandata mea ⁊ ſeruat ea: ille eſt q̄ diligit me Qui aūt diligit me: diligetᷣ a patre meo. Et ego diligā eū: ⁊ manifeſtabo ei meipſum. Dicit ei iudas nō ille ſcariothis Dn̄e qđ factū eſt qꝛ nobis manifeſtaturus es teipſū: et nō mūdo? Reſpōdit ieſꝰ ⁊ dixit ei. Si qͥs diligit me: ſermonē meū ſeruabit. Et pater meꝰ diliget eū ⁊ ad eū veniemꝰ et manſionē apud eum faciemus. Qui non diligit me: ſermones meos nō ſeruat. Et ſermonem quē audiſtis nō eſt meus: ſed eius q̄ miſit me pr̄is. Hec locutus ſum vobis: apud vos manēs. Paraclitus autē ſpūs ſāctus quē mittet pater in noīe meo: ille vos docebit oīa et ſuggeret vobis oīa quecunqꝫ dixero vobis. Pacē relinquo vobis pacem meam do vobis. Non quomodo mūdus dat: ego do vobis. Nō turbetur coꝛ veſtrū: neqꝫ foꝛmidet Audiſtis qꝛ ego dixi vobis vado et venio ad vos. Si diligeretis me: gauderetis vtiqꝫ qꝛ vado ad patrē: qꝛ pat̄ maioꝛ me eſt. Et nūc dixi vobiˢ pꝛiuſq̄ fiat vt cū factū fuerit credatꝭ. Iā nō multa loquar vobiſcū. Venit eñi pꝛīceps mūdi huius: ⁊ ī me non habet qͥcq̄. Sed vt cognoſcat mūdus qꝛ diligo patrē: et ſicut mādatū dedit michi pater ſic facio **Surgite: eamꝰ hinc.** Interim a miniſtris eccleſie ponāt coꝛā pꝛelato ⁊ ceteris cōſedētibꝰ mappe: ⁊ nebule cum vino quaſi ad cenādum. Finita vero lectione poſt mādatū cōpletū ſtati pꝛelatꝰ dicat hāc oꝛationem. **Dn̄s vobiſcū. Oꝛemꝰ.** Oꝛo.

Adeſto dn̄e officio ſeruitutis nr̄e: et qꝛ tu pedes lauare dignatꝰ es tuis diſcipulis ne deſpicias opa manuū tuarū q̄ nobis retinēda mādaſti vt ſicut hic exterioꝛa abluūt a nobis inqͥnamēta ſic a te oīm nr̄oꝝ interioꝛa lauēt peccata Qđ ip̄e p̄ſtare digneris q̄ cū deo patre ī vnitate ſpūs ſancti: viuis ⁊ regnas deꝰ. Per oīa ſc̄la ſc̄loꝝ. Amē

His pactis ſtati ſacerđ cū miſtris ⁊ crucifero ⁊ ceroferꝛ. ſīt ī albꝭ comitāte clero ad altaria lauāda pcedāt vbi pꝛiꝰ aqua bn̄dicta ſupiſūdant lauētqꝫ ſacerđ ⁊ diaconꝰ altaria cū yſopo ⁊ ſauina ſiľ mixta ⁊ deīde vinū ſupiſūdāt dū hec ſiūt canat. R. **Circūdederūt me,** cū v. Poſtea vođi. an. de ſctō cuiuſcūqꝫ altare erit. ⁊ ſacerdos ſubiūgat vſiculū cū oꝛone de eodē ꝯcludēs oꝛonē **Per xp̄z [illegible].** Hoc oꝛdie fiat ꝑ ſingula altaria. Poſt hec vo bini ⁊ bini dicant cōpletoriū priuatim cum. an. Dn̄s tanꝗ. ps. Cum inuocarem. ps. In te dn̄e ſperaui. ps. Ecce nūc benedicite. vſ. Chriſtus factus eſt pro nobis. Pater noſter. Ego dixi, ⁊ ceteri. ps. Miſerere mei. Subiūcta cōtinuo poſt pſalmū oratione. Reſpice queſumus dō. premiſſo tm̄ Oremus. ¶ Feria. vi. ĩ paraſceue dn̄i. Poſt nonā prelatus ſacris veſtibus indutus cū caſula: et miniſtris in albis tantū preeuntibus ceroferarijs introeat ad altare et dicto ante gradus altaris. Pater noſter. Sedeāt. Interim lectio iſta a preſbytero in nigra cappa ĩ medio chori abſqꝫ titulo legatur. Oſee. vi.

IN tribulatione ſua mane cōſurgēt ad me. Venite reuertamur ad dn̄z: qꝛ ipſe cepit ⁊ ſaluabit nos: ꝑcutiet ⁊ curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies ĩ die tercia ſuſcitabit nos. Et viuemꝰ in ꝯſpectu eiꝰ: ſciemꝰ ſeq̄murqꝫ vt cognoſcamꝰ dn̄m. Quaſi diluculū preparatus eſt egreſſus eiꝰ: ⁊ veniet quaſi imber tēporaneus: ⁊ ſerotinꝰ terre. Quid faciā tibi effraym: q̄d faciam tibi iuda? Mia veſtra quaſi nubes matutina: ⁊ quaſi ros mane ꝑtrāſiens. Propter hoc dolaui in ꝓphetis ⁊ occidi eos: ĩ verbis oris mei et iudicia mea quaſi lux egredient. Quia miſericordiā volo et non ſacrificium: ⁊ ſcientiā dei pluſꝗ olocauſta. ¶ Tractus iſte a duobꝰ vicarijs in cappis nigris cantetur.

DOmine audiui auditū tuū ⁊ timui: cōſideraui op̄a tua et expaui. ℣. In medio duū aīaliū innoteſceris dū appropinquauerint anni cognoſceris: dum aduenerit tēpus oſtēderis. ℣. In eo dū cōturbata fuerit aīa mea: in ira miſe̅ memoreris. ℣. Deꝰ a libano veniet et ſanctus de monte vmbroſo et condenſo. ℣. Operuit celos gloria eiꝰ et laudis eius plena eſt terra. Tunc dicat prelatus Oremus. Diaconꝰ. Flectamus genua. Prelatus orationē. Deus a quo et iudas. Require ſupra in cena dn̄i ante epiſtolam. Iſta lectio a preſbytero in nigra cappa in medio chori: abſqꝫ titulo legatur. lectio prima. Exodi. xij.

MEnſis iſte vobis principium menſiū: primꝰ erit in menſibus anni. Loquimini ad vniuerſū cetū filioꝝ iſrael: ⁊ dicite eis. Decima die mēſis huiꝰ tollat vnuſquiſqꝫ agnū per familias et domos ſuas. Si aūt minor eſt numerus vt ſufficere non poſſit ad veſcēdum agnū aſſumat vicinū ſuū qui iunctus eſt domui eius: iuxta numerū animarū q̄ ſufficere poſſint ad eſum agni. Erit enī agnus abſqꝫ macula: maſculus anniculus. Iuxta quē ritū tolletis et edū: ⁊ ſeruabitis eum vſqꝫ ad quartamdecimā diem menſis huius: immolabitqꝫ eum vniuerſa multitudo filioꝝ iſrael ad veſperā: et ſumēt de ſanguine ac ponent ſuper vtrūqꝫ poſtē et in ſuperliminaribus domoꝝ in quibus comedent illū. Et edent carnes nocte illa: aſſas igni: et azimos panes cū lactucis agreſtibꝰ. Non comedetis ex eo crudū q̄d nec coctū aqua: ſed aſſum tantū igni. Caput cū pedibus eius et inteſtinis vorabitis et os eiꝰ nō ꝯfringetis: nec remanebit ex eo q̄c q̄ vſqꝫ mane. Si q̄d reſiduum fuerit: igne cōburetis. Sic autē comedetis illū. Renes veſtros accingetis: calciamēta habebitis ĩ pedibꝰ tenētes baculos in manibus: et comedetis feſtinantes. Eſt enim phaſe: id eſt tranſitus dn̄i. ¶ Cōpleta iſta lectione ſtatim iſte tractus a duobus vicacarijs ĩ nigris cappis cantetur vt ſolitum eſt. Tractus.

Eripe me dn̄e ab hoīe malo: a viro īiquo libera me. ℣. Qui cogitauerūt malicias in corde: tota die cōſtituebant prelia. ℣. Acuerūt linguas ſuas ſicut ſerpētes: venenū aſpidū ſub labijs eoꝝ. ℣. Cuſtodi me dn̄e de manu pctōris: et ab hoībus iniquis libera me. ℣. Qui cogitauerūt ſupplātare greſſꝰ meos: abſcōderūt ſuperbi laqueū michi. ℣. Et funes extēderūt in laqueum pedibꝰ meis: iuxta iter ſcandalū poſuerūt michi. ℣. Dixi dn̄o deꝰ meꝰ es tu: exaudi dn̄e vocē orationis mee. ℣. Dn̄e dn̄e ꝟtutis ſalutis mee obumbra caput meū in die belli. ℣. Ne tradas me a deſiderio meo peccatori: cogitauerūt aduerſum me ne derelīquas me ne vnq̄ exaltent̄. ℣. Caput circuitꝰ eoꝝ labor labiorū ipſorū operiet eos. ℣. Veruntamen iuſti cōfitebūtur nomini tuo: ⁊ habitabūt recti cū vultu tuo. Hodie nō dicitur. Gloria tibi. ſed tūc diaconꝰ accepta benedictiōe legat paſſionē ſine. Dn̄s vobiſcū. ⁊ ſine aliqua alia rn̄ſiōe vel legat̄ a tribꝰ p̄ſby. ſi ſic ordīatū erit. ¶ Paſſio dn̄i nr̄i ieſu x̄p̄i. Scd̄m iohānē. xviij. c.

IN illo tēpore. Egreſſꝰ eſt ieſus cum diſcipulis ſuis trās torrentē cedron: vbi erat ortꝰ ī quē īntroiuit ipſe et diſcipuli eius. Sciebat aūt et iudas qui tradebat eū locum: qꝛ frequēter ieſus cōuenerat illuc cū diſcipulis ſuꝫ. Judas ergo cū accepiſſet cohortē ⁊ a pōtificibꝰ et phariſeis miniſtros: venit illuc cū laternis ⁊ facibꝰ ⁊ armis. Jeſꝰ itaqꝫ ſciēs oīa q̄ ventura erāt ſuper eū ꝓceſſit: et dixit eis. Quē q̄ritis? Reſpōderūt ei. Jeſum nazarenum. Dicit eis ieſꝰ Ego ſum. Stabat autem ⁊ iudas q̄ tradebat eū cū ipſis. Vt ergo dixit eis ego ſū: abierūt retrorſum et ceciderūt ī terrā. Jterū ergo īterrogauit eos. Quē q̄ritis? Jlli aūt dixerūt. Jeſum nazarenū. Reſpōdit ieſus Dixi vobis: qꝛ ego ſum. Si ergo me q̄ritis: ſinite hos abire. Vt īpleret̄ ſermo quē dixit: qꝛ quos dediſti michi nō perdidi ex eis quēq̄. Symon ergo petrus habēs gladiū eduxit eum: ⁊ percuſſit pontificis ſeruū et abſcidit auriculam eius dextrā. Erat autē nomen ſeruo malchus. Dixit ergo ieſꝰ petro. Mitte gladiū tuū in vaginam Calicē quē dedit michi pater: non vis vt bibā illū? Cohors ergo ⁊ tribunus et miniſtri iudeorū comprehenderūt ieſum/ et ligauerunt eū: et adduxerunt eū ad annā primum Erat autē ſocer cayphe: q̄ erat pontifex anni illiꝰ. Erat autē cayphas qui cōſiliū dederat iudeis: qꝛ expedit vnū hoīem mori pro pplo. Seq̄batur aūt ieſum ſymō petrꝰ: ⁊ aliꝰ diſcipłs. Diſcipulꝰ aūt ille erat notus pōtifici ⁊ īntroiuit cū ieſu ī atrium pontificis. Petrꝰ aūt ſtabat ad oſtiū foris. Exiuit ergo alius diſcipłs q̄ erat notꝰ pōtifici ⁊ dixit oſtiarie ⁊ īntroduxit petrū Dixit ergo petro āncilla oſtiaria. Nūquid ⁊ tu ex diſcipulis es hoīs iſtius? Dicit ille Nō ſum. Stabāt aūt ſerui et miniſtri ad prunas qꝛ frigꝰ erat: ⁊ calefaciebāt ſe. Erat autē cū eis petrꝰ ſtās: ⁊ calefaciēs ſe. Pōtifex ergo īterrogauit ieſū de diſciplꝭ ſuis: ⁊ de doctrina eiꝰ. Rn̄dit ei ieſꝰ. Ego palā locutꝰ ſum mūdo: ego ſemper docui in ſynagoga et in tēplo quo oēs iudei cōueniūt: et ī occulto locutꝰ ſum nichil. Quid me interrogas? Interroga eos q̄ audierūt q̄d locutus ſum ipſis. Ecce hi ſciūt q̄d dixeri ego. Hec aūt cū dixiſſet vnꝰ aſſiſtens miniſtrorū dedit alapam ieſu dicēs. Sic reſpōdes pontifici?

Reſpõdit ei ieſꝰ. Si male locutus ſum: teſtimoniũ perhibe de malo. Si aũt bene q̃d me cedis? Et miſit eum annas ligatũ: ad cayphã pontificē. Erat autē ſymon petrꝰ ſtãs et calefaciens ſe. Dixerunt ergo ei Nunquid et tu ex diſcipulꝫ eiꝰ es? Negauit ille: et dixit. Nõ ſum. Dicit ei vnꝰ ex ſeruis põtificis cognatus eius cuiꝰ abſcidit petrus auriculam. Nõne ego te vidi in orto cũ illo? Iterum ergo negauit petrꝰ: et ſtatim gallus cãtauit. Adducũt ergo ieſum ad caypham in pretorium. Erat autem mane: ⁊ ipſi non introierũt in pretorium: vt nõ contaminarētur: ſed vt manducarent paſcha. Exiuit ergo pylatꝰ ad eos foras: et dixit. Quã accuſationē affertis aduerſꝰ hoīem hunc. Reſpõderũt et dixerunt ei. Si nõ eſſet hic malefactor: nõ tibi tradidiſſemus eũ. Dixit ergo eis pylatꝰ. Accipite eũ vos: et ſecundũ legem veſtrã iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei Nobꝫ nõ licet īterficere quēq̄. Ut ſermo ieſu īplerētquē dixit: ſignificans qua morte eſſet moriturus. Introiuit ergo iterũ ī pretoriũ pylatꝰ et vocauit ieſũ: ⁊ dixit ei. Tu es rex iudeorum. Reſpondit ieſus. A temetipſo hoc dicis an alij tibi dixerũt de me. Reſpõdit pylatꝰ. Nũquid ego iudeus ſum? Gens tua / et pontifices tradiderunt te michi Quid feciſti? Reſpondit ieſus. Regnum meũ non eſt de hoc mundo. Si ex hoc mundo eſſet regnũ meũ: miniſtri mei vtiq̃ decertarēt vt nõ traderer iudeis. Nunc autē regnũ meũ nõ eſt hinc. Dixit itaq̃ ei pylatus. Ergo rex es tu. Reſpõdit ieſꝰ. Tu dicis qꝛ rex ſũ ego. Ego in hoc natus ſum et ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeã veritati. Omnis ꝗ eſt ex veritate audit vocem meam. Dicit ei pylatus Quid eſt veritas Et cũ hoc dixiſſet iterũ exiuit ad iudeos ⁊ dicit eis. Ego nullã īuenio ī eo cauſã. Eſt aũt ꝯſuetudo vobis vt vnũ dimittã vobis ī paſcha. Uultis ergo dimittã vobis regē iudeorũ? Clamauerunt omnes rurſum dicentes. Nõ hũc: ſed barrabam. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatꝰ ieſum: et flagellauit. Et milites plectentes coronã de ſpinis: īpoſuerũt capiti eiꝰ: et veſte purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum et dicebãt. Aue rex iudeorum. Et dabãt ei alapas. Exijt ergo iterum pylatus foras: et dixit illis. Ecce adduco eũ vobis foras: vt cognoſcatꝫ qꝛ in eo nullã cauſã inuenio. Exijt ergo ieſus portans ſpineam coronam: ⁊ purpureũ veſtimentum. Et dicit eis pylatꝰ. Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices ⁊ miniſtri: clamabãt dicẽtes. Crucifige: crucifige eũ. Dicit eis pylatꝰ. Accipite eum vos: ⁊ crucifigite. Ego enim non īuenio in eo cauſam. Reſpõderunt ei iudei Nos legem habemus ⁊ ſecundum legem debet mori qꝛ filiũ dei ſe fecit Cũ ergo audiſſet pylatus hunc ſermonē: magis timuit. Et ingreſſus eſt pretorium iterum: et dixit ad ieſum. Unde es tu? Ieſus autē reſpõſum nõ dedit ei. Dicit ergo ei pylatus Michi nõ loq̇ris? Neſcis quia poteſtatē habeo crucifigere te ⁊ poteſtatē habeo dimittere te? Reſpõdit ieſus. Nõ haberes poteſtatem aduerſum me vllam: niſi tibi datũ eſſet deſuꝑ. Propterea qui me tradidit tibi: maius peccatum habet. Et exinde querebat pylatus dimittere eũ. Illi autem clamabãt dicentes. Si hunc dimittis: non es amicus ceſaris. Omnis qui ſe regē faeſt: contradicit ceſari. Pylatꝰ autẽ cũ audiſſet hos ſermones adduxit foꝛas ieſũ ⁊ ſedit pꝛo tribunali ĩ loco q̇ dicit̄ licoſtratos: hebꝛaice gabatha. Erat aũt paraſceue paſche: hoꝛa quaſi ſexta. Et dicit iudeꝭ Ecce rex veſter. Illi aũt clamabãt. Tolle tolle crucifige eũ. Dicit eis pylatus. Regẽ veſtrum crucifigã? Reſpõderũt pontifices. Nõ habemus regẽ niſi ceſarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt crucifigeret̄. Suſceperũt aũt ieſũ: ⁊ eduxerunt Et baiulãs ſibi crucẽ exiuit ĩ eum qui dicitur caluarie locũ hebꝛaice autẽ golgotha: vbi eũ crucifixerũt Et cum eo alios duos hinc et hinc mediũ autem ieſum. Scripſit autẽ et titulũ pylatus: ⁊ poſuit ſuꝑ crucem. Erat autẽ ſcriptum: Ieſꝰ nazarenus rex iudeoꝝ. Hũc ergo titulum multi legerunt iudeoꝝ: qꝛ ꝓpe ciuitatẽ erat locꝰ vbi crucifixꝰ eſt ieſꝰ. Et erat ſcriptũ: hebꝛaice / grece / et latine. Dicebãt ergo pylato põtifices iudeoꝝ. Noli ſcribere rex iudeoꝝ: ſed quia ip̄e dixit rex ſũ iudeoꝛũ. Reſpondit pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent eũ: acceperũt veſtimẽta eius ⁊ fecerũt quattuoꝛ partes vnicuiq̃ militi partem ⁊ tunicã. Erat autẽ tunica inconſutilis deſuꝑ: cõtexta per totũ. Dixerũt ergo adinuicem. Non ſcindamꝰ illã: ſed ſoꝛtiamur de illa cuius ſit. Ut ſcriptura impleretur dicẽs.

¶ Hic diſtrahant̄ lintheamina ſuꝑ altare ꝯnexa.

Partiti ſunt veſtimẽta mea ſibi: ⁊ in veſtem meã miſerũt ſoꝛtẽ. Et milites quidẽ hec fecerũt Stabãt autem iuxta crucẽ ieſu mater eiꝰ ⁊ ſoroꝛ matris eiꝰ maria cleophe: ⁊ maria magdalene. Cũ vidiſſet ergo ieſꝰ matrẽ ⁊ diſcipulũ ſtãtẽ quẽ diligebat dixit matri ſue. Mulier ecce filiꝰ tuꝰ Deinde dicit diſcipulo. Ecce mat̄ tua. Et ex illa hoꝛa: accepit eã diſcipulꝰ in ſua. Poſtea ſciẽs ieſus qꝛ iam oĩa conſummata ſunt: vt cõſummaretur ſcriptura dicit Sitio Uas ergo poſitũ erat: aceto plenũ. Illi aũt ſpongiã plenã aceto: yſopo circũponẽtes obtulerũt oꝛi eiꝰ. Cum ergo accepiſſet ieſꝰ acetũ: dixit. Cõſummatũ eſt. Et ĩclinato capite: tradidit ſp̄m. Pater noſter.

Iudei ergo qm̄ paraſceue erat / vt nõ remanerẽt in cruce coꝛpoꝛa ſabbato erat eni magnus dies ille ſabbati: rogauerũt pylatũ vt frangerẽtur eoꝝ crura / ⁊ tollerent̄. Uenerũt ergo milites / ⁊ pꝛimi q̇dem fregerũt crura: et alterius q̇ crucifixꝰ eſt cum eo. Ad ieſum autẽ cũ veniſſent vt viderũt eũ iã moꝛtuũ: non fregerunt eiꝰ crura. Sed vnꝰ militum lãcea latus eius aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit ſãguis ⁊ aqua. Et q̇ vidit teſtimoniũ perhibuit: ⁊ veꝝ eſt teſtimoniũ eiꝰ. Et ille ſcit qꝛ vera dicit: vt et vos credatis. Facta ſũt eni hec: vt ſcriptura ĩpleret̄ Os nõ cõminuetꝫ ex eo. Et iteꝝ alia ſcriptura dicit. Uidebũt: in quẽ tranſfixerunt. Euangelium. Poſt hec autem rogauit pylatũ ioſeph ab arimathia eo ꝙ eſſet diſcipulꝰ ieſu occultus autẽ ꝓpter metũ iudeoꝝ: vt tolleret coꝛpꝰ ieſu Et ꝑmiſit pylatꝰ Uenit ergo: ⁊ tulit coꝛpꝰ ieſu. Uenit autẽ et nichodemꝰ q̇ venerat ad ieſũ nocte pꝛimũ ferẽs mixturã mirre ⁊ aloes quaſi libꝛas cẽtũ Acceperũt ergo coꝛpꝰ ieſu: ⁊ ligauerũt lintheis cũ aromatibus: ſicut mos eſt iudeis ſpelire. Erat autẽ ĩ loco vbi crucifixꝰ eſt oꝛtus: ⁊ in oꝛto monumentũ nouũ in quo nondũ quiſq̃ poſitus fuerat. Ibi ergo ꝓpter paraſceuẽ iudeoꝝ: qꝛ iuxta erat monumẽtũ poſuerũt ieſũ.

¶ Poſt paſſio

nē pꝛelatꝰ oſculato textu dicat hās oꝛōnes: ſtās ī dextra p̄te altaris. oꝛ.

ORemus dilectiſſimi nobis ꝓ eccleſia ſancta dei: vt eā deꝰ ⁊ dñs noſter pacificare adunare ⁊ cuſtodire dignetur toto oꝛbe terraꝝ: ſubiiciens ei pꝛincipatus ⁊ poteſtates: detq; nobis quietā ⁊ trāquillā vitā: de gentibus gloꝛificare deū ⁊ patrē oīpotētē. Oꝛemꝰ. Diaconꝰ. Flectamus genua. Leuate. Oꝛo.

OMñpꝰs ſempiterne deꝰ q̄ gloꝛiam tuā oībꝰ in xp̄o gentibꝰ reuelaſti cuſtodi oꝑa mīe tue vt eccleſia toto oꝛbe diffuſa ſtabili fide ī cōfeſſione tui nominis ꝑſeueret. Per eundem dominū noſtrū. Pꝛelatus.

ORemꝰ et ꝓ btiſſimo papa noſtro. N. vt deꝰ et dñs nr̄ q̄ elegit eū ī oꝛdinē epiſcopatꝰ: ſaluū atq; icolumē cuſtodiat eccliē ſue ſctē ad regendū populum ſanctum dei. Oꝛemꝰ. Diaconꝰ. Flecta. ge. Oꝛo.

OMñpꝰs ſempit̃ne deꝰ cuiꝰ iudicio vniuerſa fundant̄ reſpice ꝓpicius ad p̄ces nr̄as et electū nobis ātiſtitē tua pietate cōſerua: vt xp̄iana plebs q̄ tali gubernatur auctoꝛe: ſub tāto pōtifice credulitatꝫ ſue meritis augeat̄. Per do. Oꝛo.

ORemꝰ ⁊ ꝓ oībꝰ epiſcopis pꝛeſbyteris diaconibꝰ ⁊ ſubdiaconibꝰ accolitis/ exoꝛciſtis/ lectoribꝰ oſtiariis/ ꝯfeſſoꝛibꝰ / ꝟginibꝰ viduis: et ꝓ oī populo ſctō dei. Oꝛemus. Diaconus. Flectamꝰ. Oꝛo.

OMñpꝰs ſempiterne deꝰ cuiꝰ ſpū totū coꝛpus eccleſie ſctificatur et regit̄: exaudi nos pꝛo vniuerſis oꝛdinibꝰ ſupplicātes vt gratie tue munere ab oībus tibi gradibꝰ fideliter ſeruiatur. Per dñꝫ no. In vnitate eiuſdē ſpū ſcti deus. Oꝛo.

ORemus et ꝓ xp̄ianiſſimo ip̄eratoꝛe nr̄o: vt deus et dñs nr̄ ſubditas illi faciat oēs barbaras natiōes ⁊ faciat ſap̄e ea q̄ recta ſūt atq; cōtra īimicos catholice ⁊ apoſtolice eccleſie triūphū largiat̄ victoꝛie ad noſtrā ꝑpetuā pacē. Oꝛemus. Diaconꝰ. Flectamꝰ. Oꝛatio.

OMñpꝰs ſempiterne deꝰ in cuiꝰ manu ſunt oīm poteſtates et oīa iura regnoꝝ reſpice chꝛiſtianū benignus imperiū vt gētes que in ſua feritate cōfidūt: potētie tue dextera cōpꝛimantur. Per dñm. Oꝛo.

ORemꝰ et ꝓ cathecuminis noſtris vt deus et dñs nr̄ adaperiat aures p̄coꝛdioꝝ ipoꝝ: ianuaq; mīe: vt ꝑ lauacrū regeneratiōis accepta remiſſiōe oīꝫ peccatoꝝ digni et ipſi īueniātur ī xp̄o ieſu dño nr̄o. Oꝛemꝰ. Diaconꝰ. Flectamꝰ. Oꝛo.

OMnipotens ſempiterne deus qui eccleſiā tuā noua ſemper pꝛole fecundas auge fidem et intellectū cathecuminis nr̄is vt renati fonte baptiſmatis adoptionis tue filiis aggregētur. Per dñm. Oꝛo.

ORemꝰ dilectiſſimi nobis deū patrē oīpotētē: vt cūctis mūdū purget erroꝛibus: moꝛbos auferat: famē repellat: ap̄iat carceres: vincula diſſoluat: ꝑegrinātibꝰ reditū / infirmātibus ſanitatē nauigātibus poꝛtū ſalutis īdulgeat. Oꝛemus. Diaconꝰ. Flecta. genua. oꝛo.

OMñpꝰs ſēpiterne deꝰ: meſtoꝛū cōſolatio: laboꝛantiū foꝛtitudo perueniāt ad te pꝛeces de quacūq; tribulatiōe clamātiū: vt oēs ſibi in neceſſitatibꝰ ſuis miām tuā gaudeant affuiſſe. Per dñm. Oꝛatio.

ORemꝰ et ꝓ hereticis ⁊ ſciſmaticis: vt deus et dñs nr̄ eruat eos ab erroꝛibꝰ vniuerſis: ⁊ ad ſanctā matrē ecclīam catholicā atq; apoſtolicā reuocare dignet̄. Oꝛemꝰ. Diaconus. Flectamꝰ genua. Oꝛo.

OMnipotens ſempiterne deus qui ſaluas omnes et neminē vis perire: reſpice ad alas diabolica fraude deceptas: vt omni heretica prauitate depoſita errantiū corda reſipiſcāt: et ad veritatis tue redeant vnitatē. Per dn̄m. Oratio.

Oremus et pro ꝑfidis iudeis: vt deus et dominꝰ noſter auferat velamen de cordibus eorum: vt ⁊ ipſi cognoſcāt ieſum xp̄m dn̄m noſtrū. hic nō dr̄. Flecta. gen̄. Orō.

Omnipotens ſempiterne deus qui etiā iudaicam perfidiam a tua miſericordia non repellis: exaudi preces noſtras quas tibi pro illius populi obcecatione deferimus: vt agnita veritatis tue luce que chriſtꝰ eſt a ſuis tenebris eruātur. Per eundē dn̄m noſtrū. Orō.

Oremus et ꝓ paganis vt deus om̄ps auferat iniquitatē de cordibꝰ eoꝝ: et relictis ydolis ſuis cōuertantur ad deū viuū: et verum ⁊ vnicū filiū eiꝰ ieſū xp̄m: deū ⁊ dn̄m noſtrum cū quo viuit et regnat cū ſpiritu ſancto deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Oremꝰ. Diaconus. Flectamus genua. Oratio.

Omnip̄s ſempiterne deus: q̄ non vis mortē peccatoꝝ: ſed vitā ſemꝑ inq̄ris: ſuſcipe propiciꝰ orationē noſtrā: et libera eos ab ydolorū cultura: et aggrega ecclīe tue ſancte/ ad laudē et gloriā nōis tui. Per dn̄m. ¶ Orationibus completis prelatꝰ et miniſtri ī reueſtiario diſcalciati in albis tm̄ ꝓcedāt ſuꝑ tapeta ſtrata et ī auſtrali parte chori ſedeāt ſuper ſcannū ſubſtrato illis tapeto et litheo ſuꝑ puluinaria iniecto. Deīde vicarij duo ī albis a dextera parte altaris ſtolas ſuas coram ſe in modū crucis habētes pedibus ſuper tapeta ab altari vſqꝫ ī chorū expanſa procedētes: et crucē coopertā cū ceruicali ſuperpoſito baiulantes canant antiphonam.

Popule meꝰ q̄d feci tibi aut in quo cōtriſtaui te reſpōde michi q̄r eduxi te de terra egypti paraſti crucē ſaluatori tuo. Duo diaconi ī albis nudis pedibꝰ ī medio chori āte oſtiū occidētale chori rn̄deāt: ter genua flectendo. Agyos otheos: agyos yſkyros: agyos athanathos: eleyſon. ymas. Chorus ſimiliter ter genua flectendo dicat. an̄. Sanctus deus ſanctus fortis: ſanctus et īmortalis: miſerere nobis. Poſtea dicti duo vicarij cum cruce aliquantulū progreſſi dicant. an̄. Quia eduxi te per deſertū quadraginta annis et māna cibaui te: et ītroduxi in terram ſatis optimā: paraſti crucē ſaluatori tuo Diaconꝰ. Agios otheos: agyos yſkyros: agyos athanatos: eleyſō ymas Chorꝰ. Sanctus deus: ſanctus fortis: ſanctus et īmortalis miſerere nobis. Deinde duo vicarij choro appropinquantes dicant. Quid vltra debui facere tibi et nō feci: ego quidē plātaui te vineā meā fructu decorā: et tu facta es michi nimis amara: aceto nāqꝫ ſitim meā potaſti: et lancea perforaſti latꝰ ſaluatoris tui. Diaconus. Agyos otheos: agyos yſkyros agyos athanatos eleyſō. ymas Chorus. Sanctus deus: ſanctꝰ fortis: ſanctꝰ ⁊ īmortalis miſerere nobis. Tādē duo vicarij ītra ianuas auſtrales chori ſuper gradus altiores ſtātes diſcooperta cruce dicāt hāc an̄. Ecce lignum crucis in qua ſalus mundi pepēdit: venite adoremus. Chorus flexis genibus dicat. Ecce lignū crucis in qua ſalus mūdi pepēdit: venite adoremꝰ. p̄s. Beati īmaculati ī via q̄ ambulāt ī lege dn̄i. an̄. Ecce lignum crucis in qua ſalꝰ mūdi. p̄s. Bti q̄ ſcrutātur. an̄. Ecce lignū crucis ī qua ſalus. vt ſ. p̄s. Nō eni q̄ operant̄. ⁊ cetera. In terim prelat⁹ ⁊ miniſtri ⁊ decanus cũ reliquo clero adorẽt crucẽ. Alia ãn. interim canẽda. Tuã crucẽ adoramus dñe et ſanctã reſurrectionẽ tuã laudamus ⁊ glorificamus ecce enim ꝓpter crucẽ venit gaudiũ in vniuerſo mũdo. ps. Deus miſereatur noſtri et bñdicat nobis illuminet vultũ ſuũ ſuper nos ⁊ miſereat̃ noſtri. ãn. Tuã crucẽ adoram⁹ dñe. ℣. Ut cognoſcam⁹ in terra. Itẽ dũ chorus adorat canatur. Hymnus.

Crux fidelis inter oẽs / arbor vna nobilis: nulla ſilua talẽ ꝓfert frõde flore germine: dulce lignũ dulces clauos: dulce pondus ſuſtinet. ℣. Pange lingua glorioſi. hy⁹. Crux fidelis. ℣⁹. De parentis. Hymn⁹. Crux fidelis inter omnes arbor. ℣. Hoc opus. ¶ Dum populus adorat canatur. ãn. cum. ℣ſu.

Dum fabricator mũdi mortis ſuppliciũ pateret̃ ĩ cruce clamãs voce magna tradidit ſpm̃: ⁊ ecce velũ tẽpli ſciſſũ eſt: monumenta aperta ſunt terremot⁹ enĩ fact⁹ fuerat magn⁹ qꝛ mortẽ filij dei clamabat mũd⁹ ſe ſuſtinere nõ poſſe apto ergo militis lãcea latere crucifixi dñi exiuit ſanguis et aqua in redẽptionẽ ſalutis nr̃e. ℣. O admirabile ꝓciũ cui⁹ põdere captiuitas redẽpta eſt mũdi: tartarea cõfracta ſũt clauſtra ĩferni apta ẽ nobis ianua regni. Tandẽ adorata cruce baiulẽt eã duo vicarij vſq; ad locũ ſepulchri: vbi prelat⁹ eã accipiẽs: incipiat has ãtiphonas et chorus finiat.



Super omnia ligna cedrorũ tu ſola excelſior in qua vita mundi pependit in qua xp̃s triumphauit: et mors mortem ſuperauit infernũ.



In pace ĩ idipm̃ dormiã ⁊ requieſcã.



Habitabit in tabernaculo tuo requieſcet in monte ſancto tuo.



Caro mea requieſcet in ſpe. Poſtea p̃lat⁹ ponat flexis genib⁹ crucẽ ĩ ſepulchro et duos cereos accẽſos cũ duob⁹ vrceis poſtea thurificet eã: et tunc erect⁹ incipiat. ãn.



Sepulto domino ſignatũ eſt monumẽtum ponentes milites qui cuſtodirent illud. Chorus canendo finiat. Deinde prelatus caſulatus ⁊ miniſtri in albis in reueſtiario calciati accedant ad gradus ante altare. dictiſq; Confiteor. ⁊ Miſereatur. et abſolutione. cum precibus et oratione Aufer a nobis. more ſolito prelat⁹ accipiat in armariolo calicẽ cũ corpore dñi quod a pridie ſeruabatur: et precedẽtibus duob⁹ torchijs accẽſis vſq; ad altare baiulet. Sacrificioq; ſuper altare collocato: vinum aqua mixtum non ſanctificatũ in calicẽ ponat et thurificet. ablutiſq; manibus redeat ad al tare pretermiſſis ẽc. In ſpiritu humilitatis ẽc. et factã cõuerſione ad populum dicat ſtatim mediocri voce



Per omnia ſecula ſeculorũ



Oremus. Preceptis ſalutaribus



moniti: et diuina inſtitutione



formati audemus dicere.



Pater noſter q̃ es in celis ſan=



ctificetur nomen tuum. Adueniat



regnũ tuũ. Fiat voluntas tua ſicut



in celo et in terra. Panem noſtrũ



quotidianũ da nobis hodie. Et di=



mitte nobis debita noſtra ſicut ⁊



nos dimittim⁹ debitorib⁹ noſtris



Et ne nos inducas in tentationẽ. Chorus reſpõdeat. Sed libera nos a malo. Deinde dicat. Amen.

Libera nos q̃s dñe ab omnibus malis preteritis preſentibus et futuris: et intercedẽte p̱ nobis beata ⁊ glorioſa ſemper virgĩe dei genitrice maria: ⁊ beatis apl̃is tuis Petro ⁊ Paulo atq̃ Andrea cũ omnibus ſanctis. Da propici⁹ pacẽ in dieb⁹ noſtris vt ope miſericordie tue adiuti: et a pctõ ſimus ſemper liberi: et ab omni perturbatione ſecuri. Per eundẽ dñm nrm̃ ieſũ xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ viuit et regnat in vnitate ſpirit⁹ ſancti de⁹.

In qua oratione diuidat corpꝰ domini: ſicut fieri ſolet aliis diebus. Poſtea dicat modeſta voce.



Per omnia ſecula ſeculorum. nō dicat Pax dñi nec. Agnꝰ dei. nec pax detur ſȝ ſtati mittat ꝑticula hoſt. ī calicē nec dr̄. Fiat ꝯmixtio. ſeu orationes alie q̄ ſequunt̄ qr ī eis fit mētio de ſāguine qui hodie nō cōſecratur. Et abſq̃ interuallo prelatꝰ ſe ipſum communicet dicendo.

Corpus dñi noſtri ieſu xp̄i: ſit michi remediū ſempiternū in vitam eternam. Amen. Et fiat recincerationes more ſolito. dicēdo

Quod ore ſumpſimꝰ dñe: pura mente capiamus: et de munere temporali fiat nobis remediū ſempiternū in vitā eternā. Amen.

Hec nos dñe cōmunio purget a crimine ꝛ celeſtiȝ remedij faciat eſſe cōſortes. Per chriſtum dominum noſtrum. Amen. Non dicatur nec ſequatur. Placeat tibi ſācta trinitas qr ibi cōtinet̄. Preſta vt hoc ſacrificium qd̄ oculȝ tue maieſtatis idignus obtuli. Hac enim die ſacrificium nō offert̄ ſacramentalit̄ ſȝ ſumit̄ altera die oblatū. p̄lato autem cum ſilen. cōicato. vt premittitur cum ceterȝ qui cōicare voluerint. Idem p̄la. ad alta. cū ſuis et ī choro bini ꝛ bini dicāt priuati veſperas cum antipho Calicem. ps. Credidi propter quod locutus ſum. et cetera. vts. In euange. an. Ieſus autem cum accepiſſet acetū dixit conſummatū eſt: ꝛ inclinato capite tradidit ſpiritum. ps. Magnificat. Finita ān. ſubmiſſa voce p̄la. dicat mediocri voce. Oremꝰ. Or.

Refecti vitalibꝰ alimētis quesumꝰ domine deus noſter: vt qd̄ tempore noſtre mortalitatȝ exequimur immortalitatis tue munere cōſequamur. Per dñm noſtrum ieſū. Chorus rñdeat. Amen. Sicq̃ prelato ab altari digreſſo. Clerꝰ et populꝰ diſcedat. ¶ In ſabbato ſancto paſche ignis de berillo vel de ſilice exceptꝰ ī occidentali pte eccleſie accēdat̄. Prelatꝰ vo poſt nonā decātatam ſacris veſtibꝰ capa alba ſerica īdutus ꝑcedētibꝰ miniſtris ī albȝ cū textu ꝛ cū cruce appēſo ꝛ thurifero cū thuribulo vacuo ꝛ cū cereo haſte affixo q̄ ab aliquo maiori debet ferri et ceroferarijs cum cereis nō accēſis ꝛ puero cū aqua benedicta ad ignem benedicēdū procedat maioribꝰ eccleſie proximo p̄latum ſequentibꝰ: et inferioribus ſubſequentibus ſtanteq̃ in ordine clero: prelatꝰ cum miniſtris ſtans iuxta ignē dicat legendo. Dñs vobiſcum. Et cū ſp̄ũ. Oremus. Oro.

Deus qui filium tuum āgularem ſcilicet lapidem caritatis ignem fidelibus cōtuliſti: ꝑductum e ſilice noſtris ꝓfuturum nobis nouum ignem ſancti ✠ fica et cōcede nobȝ per hec feſta paſchalia celeſtibus deſiderijs inflammari vt ad ꝑpetua feſta purgatis mētibus ꝑtingere valeamus. Per eūdem dñm noſtrum. Alia oratio.

Dñe ſācte pater oīs eterne deus: bñdi ✠ cere et ſāctifi ✠ care digneris iſtū ignē quē nos īdigni ꝑ īuocationē vnigeniti filij tui dñi nr̄i ieſu xp̄i bñdi ✠ cere p̄ſumimus tu clemētiſſime deꝰ eū tua bñdictione ſanctifica et ad ꝑfectū humani generis ꝓuenire cōcede. Per eūdē. Bñdictio icēſi. Oremꝰ. Oro.

Veniat oīs deꝰ ſup hoc incēſum larga tue benedi ✠ ctio nis īfuſio huiuſq; thimiamatꝫ creaturā īuiſibilis regnator ītende: vt non ſolū ſacrificiū qđ in hac nocte litatū eſt archana luminis tui admixtione refulgeat: ſed ī quocūq; loco fideliū tuoꝝ aliqđ ex huius ſanctificationis fuerit miſterio deportatū expulſa oī diabolice fraudis nequitia: virtus tue maieſtatis aſſiſtat. Per dn̄m. ¶ Deinde aſpgat ignis a p̄lato aqua bn̄dicta: ⁊ īpleto thuribulo de igne benedicto: et incēſo benedicto a prelato impoſito thurificetur ignis a p̄lato. Poſtea accenſis cereis videlicet tā cereis a ceroferarijs deportatis q̄ cereo haſte aſſixo de igne bn̄dicto: redeat ī chorum proceſſio ex parte boriali: ⁊ p̄latus cū miniſtris et maioribus eccleſie proceſſionē ſequat: ceroferarijs canentibus hunc hymnum.



INuentor rutili dux bone lu-



minis q̄ certis vicibus tempora di-



uidis merſo ſole chaos ingruit



horridum lumen redde tuis xp̄e fi-



Chorus. Inuentor. Pueri.

delibus. Quāuis innu-



mero ſydere regiam lunariq; po-



lum lampade pinxeris īcuſſu ſili-



cis lumi na nos tamen monſtrās



ſaxi geno ſemine querere.

Chorus Inuen. Pueri.



Tu lux vera oculis lux



quoq; ſenſib9 intus tu ſpeculū tu ſpe-


cultū foris lumē. qđ famulās offero
suscipe tictū pacifici crismatis vn
Chor9.
Inuen.
Pueri.
guine
Per xp̄z genitū
sūme pater tuū i quo visibilis stat
tibi glia q̄ noster dn̄s q̄ tu9 vnic9
spirat de patrio corde paraclito.
Chor9
Inuen
Pueri.
Per quē splēdor honor laus
sapiētia maiestas bonitas ⁊ pietas


tua regnū cōtinuat numie triplici
terens perpetuis secula secu lis

Chorus. Inuentor.

Seq̄r bn̄dictio cerei paschal. a diacono dalmaticato faciēda p̄lato capato iteri i sede sua residēte. Exultet iā āgelica. c. diacon9 āte q̄ cātet postulet bn̄dictionē a p̄lato et cātata Exultet deferat libri p̄lato ad osculādum.



Exultet iā āgelica turba


celoꝝ exultēt diuīa misteria et p tā
ti regis victoria tuba intonet salu
taris. Gaudeat se tell9 tantis irra
diata fulgorib9 ⁊ eterni regis splē


doꝛe luſtrata toti⁹ oꝛbis ſe ſentiat
ami ſiſ ſe cali ginem. Letetur
et mater eccleſia tāti luminis ad
oꝛnata fulgoꝛibus et magnis po-
puloꝛū vocibus hec aula reſultet.
Quappt̄ aſtātib⁹ vobis frēs cariſ-
ſimi ad tā mirā ſcti. hui⁹ luminis
claritatē vna mecū q̄ſo dei oīpotē
tis miſericoꝛdiam invocate vt qui
me nō meis meritis intra levitaꝝ
numerū aggregare dignat⁹ eſt lu
minis ſui grati a infundente cerei
hui⁹ laudē implere perficiat. Per
dominū noſtrū ieſum chꝛiſtū filiū
eius qui cū eo vivit et regnat de⁹
in vnitate ſpiritus ſancti.


Per ola secula seculoꝝ. Amē.
Dñs vobiscū. Et cum spiritu tuo
Sursum corda. Habem⁹ ad dñm
Gratias agamus dño deo nostro
Dignum et iustum est.
Vere quia dignū ꝛ iustū est
inuisibilem deū omnipotentē pa-
trem filiumq̄ eius unigenitū do-
minū nostrū iesū xp̄m cū sctō spū
toto cordis ac mētꝭ affectu ꝛ vocis
ministerio psonare. Qui pro nobis
eterno pr̄i ade debitū soluit ꝛ vete-
ris piaculi cautionē pio cruore de-
tersit. Hec sunt enī festa paschalia.
in quib⁹ verus ille agnus occidit:
eiusq̄ sanguine postes cōsecrātur.


Hec nox eſt in qua primū patres
nr̄os filios iſrl' eductos de egypto
rubrū mare ſicco veſtigio tranſire
feciſti. Hec igitur nox eſt q̄ pctōrū
tenebras colūne illūiatiōe purga=
uit. Hec nox eſt q̄ hodie p̄ vniuerſū
mūdū in xp̄m credētes a viciis ſclī
gregatos et caligīe pctōꝝ reddit
gratie ſociat ſc̄titati. Hec nox
eſt i qua deſtructis mortis vinculis
chriſtus ab inferis victor aſcen dit
Nichil enī nobis naſci profuit niſi
redimi profuiſſet. O ſctē pr̄ q̄
mira circa nos tue pietatis dignatio
O ieſtimabilis dilectio caritatis
vt ſeruū redimeres filiū tradidiſti


O certe neceſſariũ ade peccatum et
noſtrũ qd xp̃i morte deletum eſt. O
felix culpa q̃ talẽ ac tãtũ meruit ha
bere redẽptorem. O beata nox
q̃ ſola meruit ſcire tp̃s ⁊ horã ĩ qua
xp̃s ab inferis reſurrexit. Hec
nox eſt de qua ſcriptũ eſt ⁊ nox vt di
es illuĩabit ⁊ nox illuĩatio mea ĩ de


licijs meis. Hu ius igitur ſanctifi
catio noctiꝫ fugat ſcelera culpas la
uat ⁊ reddit ĩnocẽtiã lapſis ⁊ meſtiꝫ
leticiã fu gat odia cõcordiã parat
et curuat impe ri a. In huius igit̃
noctis grã ſuſcipe ſctẽ p̃r ſcẽfi huiꝰ
ſacrificiũ veſpertinũ.
Quod tibi ĩ hac cerei oblatione ſo

Hic innotatur ſcẽm modum crucis et thurificet in circuitu.


ſeni ꝑ miniſtroꝝ man⁹ de operib⁹
apum ſacroſancta reddit eccle ſia
Sed iā colūne hui⁹ ꝑcōia nōis quā
in honorē dei rutilās ignis accēdit
Hic accē-dat cere⁹
Qui licet diuiſ⁹ i ꝑtes mutua
ti lumis detrimēta nō nouit alit̄ li
quātib⁹ cereis quasi ſubſtātiā ꝑcio
ſe hui⁹ lāpadis mater apes eduxit.


O vere btā nox q̄ expoliauit
egiptios ditauit hebreos nox i qua
terrenis celeſtia iūgunt. Oramus
ergo te dn̄e vt cere⁹ iſte i hono-
rē nōis tui ↄſecrat⁹ ad noctis hui⁹
caliginem deſtruendā indeficiens
ꝑſeueret i odorē ſuauitat̄ accept⁹
ſupnis luminarib⁹ miſceatur. Flā


mās eius lucifer matutinus inue:
niat ille inq̄ lucifer qui neſcit occa
ſum. Ille qui regreſſus ab inferis
humano generi ſerenus illuxit.
Precamur ergo te domine vt nos
famulos tuos omnem clerum et de
uotiſſimum populum vna cum pa
tre noſtro papa. N. et rege nr̄o


N. necnon et archiepiſcopo
nr̄o. N. quiete tempoꝝ con:
ceſſa in his paſchalibus gaudijs
conſeruare digneris.

Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. ¶ Hec lectio ſicut & ſequentes lectiones ſine titulo legatur in ſuppellicijs a ſuperioribus chori gradatim deſcendendo. Prelatus interim caſula in reueſtiario indutus cū miniſtris in albis: preeuntibus ceroferarijs: ingrediatur ad altare. cum oratione dñica intra ſemetipſum: ante gradus altaris ſecrete facta ſedeat donec legatur. ¶ Lectio prima geneſis. i.

IN principio creauit deus celum et terrā. Terra autē erat inanis et vacua. Et tenebre erant ſuper faciem abiſſi: et ſpūs dñi ferebatur ſuper aquas. Dixitq; deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit deus lucē quod eſſet bona: et diui:

ſit lucem a tenebris. Appellauitqꝫ lucē diē: et tenebras noctē. Factūqꝫ eſt veſpere et mane: dies vnus. Dixit quoqꝫ deus. Fiat firmamentum in medio aquarum: et diuidat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamentū diuiſitqꝫ aquas que erāt ſub firmamento: ab his que erāt ſupra firmamentū. Et factum eſt ita Vocauitqꝫ deus firmamentū celū Et factū eſt veſpere et mane: dies ſecundus. Dixit vero deus. Cōgregentur aque que ſub celo ſunt in locum vnū et appareat arida. Factūqꝫ eſt ita. Et vocauit deus aridam terrā: cōgregationeſqꝫ aquarū appellauit maria. Et vidit deꝰ quod eſſet bonū: et ait. Germinet terra herbā virentē et facientē ſemē: et lignū pomiferū faciēs fructū iuxta genus ſuū: cuiꝰ ſemē in ſemetipſo ſit ſuper terrā. Et factū eſt ita. Et protulit terra herbā virētē ⁊ afferētem ſemen iuxta genus ſuū: lignūqꝫ pomiferū faciens fructū: et habens vnūquodqꝫ ſementē ſecundū ſpeciē ſuam. Et vidit deus ꝙ eſſet bonū factumqꝫ eſt veſpere et mane dies tercius. Dixit autem deus. Fiant luminaria in firmamēto celi: et diuidant diem ac noctem et ſint in ſigna et tempora et dies et ānos vt luceant in firmamento celi et illuminēt terram. Et factum eſt ita. Fecitqꝫ deus duo magna luminaria: luminare maius vt p̄eſſet diei: et luminare minus vt preeſſet nocti et ſtellas. Et poſuit eas ī firmamento celi: vt lucerent ſuper terrā et preeſſent diei ac nocti et diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit deus quod eſſet bonum: et factum eſt veſpere et mane dies quartus. Dixit etiam deus. Producant aque reptile anime viuentis: ⁊ volatile ſuper terrā: ſub firmamēto celi. Creauitqꝫ deus cete grādia et omnē animam viuentem atqꝫ motabilē quā produxerant aque in ſpecies ſuas: et omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit deus ꝙ eſſet bonum benedixitqꝫ eis dicens. Creſcite et multiplicamini et replete aquas maris: aueſqꝫ multiplicētur ſuper terram Et factum eſt veſpere ⁊ mane: dies quintus. Dixit quoqꝫ deus. Producat terra animam viuentem in genere ſuo: iumenta et reptilia et beſtias terre ſecundum ſpecies ſuas. Factumqꝫ eſt ita. Et fecit deus beſtias terre ſecūdum ſpecies ſuas: et iumenta et omne reptile terre in genere ſuo. Et vidit deꝰ quod eſſet bonum: et ait. Faciamꝰ hominem ad ymaginem ⁊ ſimilitudinē noſtrā: et preſit piſcibus maris et volatilibus celi ⁊ beſtijs vniuerſeqꝫ creature omniqꝫ reptili qđ mouetur in terra. Et creauit deus hominē ad ymaginem ſuā: ad ymaginem dei creauit illum: maſculū et feminā creauit eos. Benedixitqꝫ illis deus: et ait. Creſcite et multiplicamini et replete terram et ſubijcite eam et dominamini piſcibꝰ maris et volatilibus celi: ⁊ vniuerſis animantibus que mouentur ſuper terram. Dixitqꝫ deus. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentē ſemē ſuper terrā: et vniuerſa ligna que habent in ſemetipſis ſemētem generis ſui: vt ſint vobis in eſcam et cunctis animantibus terre: omniqꝫ volucri celi: et vniuerſis q̄ mouentur in terra: ⁊ in quibus eſt aīa viuens vt habeant ad veſcēdū. Et factū eſt ita. Viditqꝫ deꝰ cūcta que fecit ⁊ erāt valde bona. Et factū eſt veſpere ⁊ mane dies ſextꝰ. Igitur ꝑfecti ſūt celi ⁊ terra: ⁊ oīs ornatꝰ eoꝛū. Cōpleuitq; deus die ſeptimo op⁹ ſuū quod fecerat: et requieuit ab omni opere ſuo quod patrarat. Prelatus dicat. Oremus. Oratio.

DEus qui mirabiliter hominē creaſti ⁊ mirabilius redemiſti da nobis q̄s cōtra oblectamēta pc̄ti mētis ratione perſiſtere: vt mereamur ad gaudia eterna peruenire. Per do. ¶ Lctō. ij. exod. xiiij.

FActum eſt in vigilia matutina ⁊ ecce reſpiciens dn̄s ſuper caſtra egiptorū: per colūnam ignis ⁊ nubis īterfecit exercitū eorū ⁊ ſubuertit rotas curruū ferebāturq; in profundum. Dixerunt ergo egiptij. Fugiamus iſraelē: dn̄s enī pugnat pro eis contra nos. Et ait dn̄s ad moyſen. Extende manū tuā ſuꝑ mare: vt reuertātur aq̄ ad egiptios ſuper currus ⁊ equites eorū. Cūq; extendiſſet moyſes manū cōtra mare: reuerſū eſt primo diluculo ad priorem locum fugiētibuſq; egiptijs occurrerūt aque et īuoluit eos dn̄s in medijs fluctib⁹. Reuerſeq; ſūt aque ⁊ cooperuerūt currus et equites cuncti exercit⁹ pharaonis qui ſequentes īgreſſi fuerāt mare: nec vnus quidē ſuperfuit ex eis. Filij autē iſrael perrexerūt per mediū ſicci maris: ⁊ aque eis erāt quaſi ꝓ muro a dextris ⁊ a ſiniſtrꝭ. Liberauit dn̄s in die illo iſrl̄ de manu egiptiorum ⁊ viderūt egiptios mortuos ſuper littus maris et manum magnam quā exercuerat dn̄s contra eos. Timuitq; ppl̄s dn̄m: ⁊ crediderunt dn̄o et moyſi ſeruo ei⁹. Tūc cecinit moyſes et filij iſrl̄ carmen hoc dn̄o: et dixerunt. Tract⁹.

CAntate dn̄o glorioſe enī honorificat⁹ eſt equū ⁊ aſceſſorē ꝓiecit ī mare adiutor ⁊ ꝓtector factus eſt michi in ſalutem. Vſus. Hic deus meus ⁊ honorificabo eū deus patris mei ⁊ exaltabo eum. ℣. Dn̄s ꝯterēs bella dn̄s nomē eſt illi. Or.

DEus cui⁹ antiqua miracula etiā nr̄is ſeculis choruſcare ſentim⁹: dū qd̄ vni ppl̄o a perſecutiōe egiptiaca liberādo dextere tue potētia cōtuliſti id ī ſalutē gētiū ꝑ aquā regeneratiōis operaris: preſta vt ⁊ ī abrahe filios: ⁊ ī iſraeliticam dignitatem totius mūdi tranſeat plenitudo. Per. Lctō. iij. yſaie.

APprehendēt ſeptē mulieres virū vnū ī die illa dicentes. Panē nr̄m comedem⁹ et veſtimētꝭ nr̄is operiemur tm̄modo īuocetur nomē tuū ſuꝑ nos aufer opprobrium nr̄m. In die illa erit germē dn̄i ī magnificētia et gl̄ia et fruct⁹ t̄re ſublimꝭ ⁊ exultatio his qui ſaluati fuerit de iſrl̄ ⁊ erit oīs q̄ relict⁹ fuerit ī ſyō ⁊ reſidu⁹ ī hierl̄m ſctūs vocabit oīs q̄ ſcript⁹ eſt ī vita ī hieruſalē. Si abluerit dn̄s ſordes filiarū ſyō ⁊ ſāguinē hierl̄m lauerit de medio ei⁹ in ſpū iudicij et ſpū ardoris. Et creabit dn̄s ſuꝑ oēm locū montis ſyō et vbi īuocat⁹ eſt nubē ꝑ diē ⁊ fumū ⁊ ſplendorē ignis flamātis ī nocte. Suꝑ oēm enī gl̄iaꝫ ꝓtectio ⁊ tabernaculū erit ī vmbraculū diei ab eſtu ⁊ ī ſecuritatē ⁊ abſconſionē a turbine et a pluuia. Tractus.

VInea facta eſt dilecto: in cornu in loco vberi. ℣. Et maceriam circundedit et circunfodit: ⁊ plantauit vineam ſoreth et edificauit turrim in medio eius. Vſus. Et torcular fodit ī ea vinea dn̄i ſabaoth dom⁹ iſrl̄ eſt. Oremus. Or.

DEus q̄ nos ad celebrandum paſchale ſacramentum vtriuſq; teſtamenti paginis ībuiſti: da nobis ītelligere miām tuam: vt ex perceptione preſentium munerum firma ſit expectatio futuroꝝ. Per.

¶ Lectio quarta. deuteronō. xxxi.

Scripſit moyſes canticum: ⁊ docuit filios iſrl' p̄cepitqꝫ ioſue filio nū: ⁊ ait. Cōfortare ⁊ eſto robuſt⁹. Tu ei ītroduces filios iſrl' ī terrā quā pollicitus ſū: ⁊ ego ero tecū. Poſtq̄ ergo ſcripſit moyſes verba legis hui⁹ in volumine atqꝫ compleuit p̄cepit leuitis qui portabant archā federis dn̄i dicēs. Tollite librū iſtū et ponite illū ī latere arche federis dn̄i dei vr̄i vt ſit ibi cōtra te ī teſtimoniū. Ego eni ſcio cōtentionē tuā et ceruicē tuā duriſſimā. Adhuc viuente me ⁊ īgrediēte vobiſcū ſemꝑ cōtentioſe egiſtis cōtra dn̄m q̄to magis cū mortu⁹ fuero: Cōgregate ad me oēs maiores natu per tribus veſtras atqꝫ doctores ⁊ loquar audiētibus eis ſermones iſtos: ⁊ īuocabo cōtra eos celū ⁊ terrā. Noui eī qđ poſt mortē meā iniq̄ agetꝭ ⁊ declinabitꝭ cito de via quā precepi vobis. Et occurrēt vobis mala ī extremo tp̄e q̄n feceritis malū ī cōſpectu dn̄i: vt irritetis eū ꝑ opera manuū vr̄arū. Locut⁹ eſt ergo moyſes audiēte vniuerſo cetu filiorū iſrael v̉ba carminis hui⁹ et ad finē vſqꝫ compleuit. Tractus.

Attende celū ⁊ loquar ⁊ audiat terra verba ex ore meo. ℣. Expectetē ſicut pluuia eloquiū meum ⁊ deſcēdāt ſicut ros v̉ba mea: ſicut ymber ſuꝑ gramina ⁊ ſicut nix ſuꝑ fenū q2 nomē dn̄i inuocabo. ℣. Date magnificētiā deo nr̄o deus verax opera ei⁹ et oēs vie ei⁹ iudicia. ℣. De⁹ fidelis in quo non eſt iniquitas iuſt⁹ ⁊ ſctūs dn̄s. Orem⁹. Or.

Deus qui eccleſiā tuā ſemper gentiū vocatione multiplicas cōcede propicius: vt quos aqua baptiſmatꝭ abluꝭ: cōtinua ꝓtectione tuearis. Per dn̄m. ¶ Le. v. oſee

Hec eſt hereditas ſeruoꝝ dn̄i: et iuſticia eorū apud me dicit dn̄s. Oēs ſitiētes venite ad aquas ⁊ qui non habetis argentum: ꝓperate emite ⁊ comedite. Venite emite abſqꝫ argēto ⁊ abſqꝫ vlla commutatiōe: vinū et lac. Quare appēditis argentū nō in panib⁹: ⁊ laborē veſtrū nō ī ſaturitate: Audite audientes me ⁊ comedite bonum ⁊ delectabitur ī craſſitudine aīa vr̄a. Inclinate aurē veſtrā ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aīa veſtra. Et feriā vobiſcū pactū ſempiternū mias dauid fidelis. Ecce teſtem ppl'is dedi eū ducē ac preceptorē gētib⁹. Ecce gentē quam neſciebas vocabis ⁊ gentes que nō cognouerūt te ad te currēt propter dn̄m deū tuū: ⁊ ſctm̄ iſrl' q2 glorificabit te. Querite dn̄ꝫ dū inueniri poteſt īuocate eū dū prope eſt. Derelinquat ipi⁹ viā ſuā et vir iniquus cogitationes ſuas et reuertatur ad dn̄m ⁊ miſerebitur eius ⁊ ad deū nr̄m q̄m mult⁹ eſt ad ignoſcendū. Nō eni cogitationes mee cogitationes vr̄e neqꝫ vie mee vie veſtre dicit dn̄s. Qr ſicut exaltātur celi a terra ſic exaltate ſūt vie mee ab vijs veſtris: ⁊ cogitatiōes mee a cogitationib⁹ vr̄is Et quomodo deſcēdit ymber ⁊ nix de celo et illuc vltra nō reuertitꝰ ſed īebriat terrā ⁊ infūdit eā: et germinare eam facit et dat ſemen ſerenti et panem comedēti: ſic erit oē verbum quod egredietur de ore meo. Dicit dn̄s oīps. Tractus.

Sicut ceruus deſiderat ad fontes aquarū ita deſiderat aīa mea ad te deus. ℣. Sitiuit aīa mea ad deū viuū q̄n veniā et apparebo ante faciem dei mei. ℣. Fuerunt michi lachrime mee panes die ac nocte: dū dicitur michi per ſingulos dies vbi eſt de⁹ tu⁹. Oremus. Oro.

Concede q̄s oīps de⁹: vt qui feſta paſchalia agim⁹ celeſtib⁹ deſiderijs accēſi: fōtē vite ſitiamus dn̄m nr̄m iesū xp̄m filiū tuū. Qui te. Postea septē pue. ī suppell. vel ī albis ī choro letaniā hāc cātent cho. eis alterna. rn̄dēte. ¶ Letania

Kyrie eleysō. Christe eleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus: miserere nob̄. Fili redemptor mundi deus: misere no. Sp̄us sctē deus mise. no. Sctā trinitas vnus deus mise. no. Sācta maria or. Sctē michael. or.

Oēs scti āgeli ⁊ archāgel. dei or̄t.
Oēs scti btōꝝ spirituū ordīes. or̄t.
Sancte iohannes baptista. or.
Oēs scti pr̄iarche ⁊ prophete. or̄t.
Sancte petre. ij. Ora pro nobis.
Sancte paule or.
Sancte andrea or.
Oēs scti apl̄i et euangeliste. or̄t.
Oēs sancti discipuli domini or̄t.
Omnes sancti innocentes or̄t.
Sancte stephane or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Omnes sancti martyres. or̄t.
Sancte siluester or.
Sancte martine or.
Sancte benedicte or.
Omnes sancti confessores or̄t.
Oēs scti monachi ⁊ heremite or̄t.
Sancta maria magdalena or.
Sancta felicitas or.
Sancta perpetua or.
Omnes sancte virgines or̄t.
Omnes sancti. or̄t.

¶ Deīde quiqꝫ diaconi vel subdiaconi ī suppellicijs hāc etinno subiūgāt letaniā: ⁊ cū dr̄. Sctā dei genitrix procedat pcessio ad fōtes bn̄dicēdos p̄cedētibꝰ puero cū aqua bn̄dicta ⁊ ceroferarijs et crucifero et duobꝰ diaconibꝰ in suppellicijs cū crismate et oleo et subdiacono cū textu ⁊ diacono ī albis. ⁊ his q̄ letaniā canūt ī medio processionis subsequētibꝰ p̄latꝰ vo capatꝰ cū capellano et baculo sue crucis et duobꝰ ceroferarijs sequatur processionē.

Kyrie eleyson. Christe eleysō. Christe audi nos.

Sancta dei genitrix or.
Sancte gabriel Ora pro nobis.
Oēs scti angeli ⁊ archāgeli or̄t.
Oēs scti pr̄iarche ⁊ prophete or̄t.
Sancte iacobe or.
Sancte iohannes or.
Sancte philippe or.
Oēs scti apl̄i et euangeliste. or̄t.
Sancte clemens or.
Sancte sixte or.
Sancte laurenti or.
Omnes sancti martyres or̄t.
Sancte gregori or.
Sancte iohannes or.
Sancte vuilfride or.
Omnes sancti confessores or̄t.
Sancta agata or.
Sancta agnes or.
Sancta cecilia. or.
Omnes sancte virgines. or̄t.
Omnes sancti. Orate pro nobis.

Finita vo letania stet p̄latꝰ vlꝰ orientē: vn̄ bn̄dicet fōtē. Bn̄dictio fōtis. Dn̄s vobiscū. Oremus. Orō.

Omnip̄s sempiterne deꝰ: adesto magne pietatis tue misterijs adesto sacramentis ⁊ ad creandos nouos populos quos tibi fons baptismatis parturit spm̄ adoptiōis emitte vt qd̄ nostre humilitatis gerēdū est ministerio: tue vtutis impleatur effectu. Per dn̄m. In vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

In diebꝰ illis. Dū cōplerētur dies penthecoſtes: erant oēs diſcipuli pariter ī eodē loco. Et factus eſt repēte de celo ſonus tāq̄ aduenientis ſp̄s vehemētis: ⁊ repleuit totā domū: vbi erant ſedentes. Et apparuerūt illis diſpertite lingue tanq̄ ignis ſeditq; ſupra ſingulos eorꝝ: ⁊ repleti ſunt oēs ſpiritu ſctō: ⁊ ceperūt loq̄ varijs linguis prout ſpiritus ſanctꝰ dabat eloqui illis. Erant aūt in hieruſalē habitātes iudei viri religioſi: ex oī natione q̄ ſub celo eſt. Facta aūt hac voce conuenit multitudo ⁊ mēte cōfuſa eſt: qm̄ audiebat vnuſq̄ſq; linguā ſuā illos loquētes. Stupebāt aūt oēs: et mirabantur dicētes. Nōne ecce oēs iſti qui loquuntur galilei ſunt. Et quomodo nos audiuimꝰ vnuſq̄ſq; linguā noſtrā ī qua nati ſumꝰ Parthi ⁊ medi et elamite: ⁊ q̄ habitāt meſopotamiā iudeā et capadociā pōtū et aſiā: frigiā et pāphiliā: egiptū ⁊ partes libie q̄ eſt circa cirenē: et aduene romani iudei quoq; ⁊ proſeliti: cretes et arabes. Audiuimus eos loquētes noſtris linguis: magnalia dei. Allā. ℣. Emitte ſp̄m tuū et creabunt̄ ⁊ renouabis faciē terre. Allā. ℣. Paraclitꝰ ſp̄us ſctūs quē mittet pat̄ ī noīe meo: ille vos docebit omnē veritatē. Sequētia.

Sancti ſp̄us adſit nobis gratia Que corda noſtra ſibi faciat habitacula. Expulſis inde cunctis vicijs ſpiritalibꝰ. Sp̄us alme illuſtrator hoīm. Horridas nr̄e mētis purga tenebras. Amator ſctē ſenſatorū ſemꝑ cogitatuū. Infunde vnctionē tuā clemēs nr̄is ſēſibꝰ. Tu purificator oīū flagitiorꝝ ſp̄us. Purifica nr̄i oculū īterioris hoīs. Ut videri ſupremꝰ genitor poſſit a nobis. Mūdi cordis quē ſoli cernere poſſūt oculi. Prophetas tu īſpiraſti vt p̄conia xp̄i p̄cinuiſſēt īclita. Apoſtolos cōfortaſti vt tropheū xp̄i per totū mundū veherent. Qm̄ machinā ꝑ verbū ſuū fecit deꝰ: celi terre mariū. Tu ſup aquas foturus eas numē tuū expandiſti ſp̄us. Tu aīabꝰ viuificandis aquas fecundas. Tu aſpirādo das ſpiritales eſſe hoīes. Tu diuiſū per linguas mūdum et ritus adunaſti dñe. Idolatras ad cultum dei reuocas magiſtrorꝝ optime. Ergo nos ſupplicātes tibi exaudi ꝓpiciꝰ ſācte ſp̄us. Sine quo preces oēs caſſe credūtur et īdigne dei auribus. Tu q̇ olim ſeculorū ſanctos. Tui noīs docuiſti īſtīctu amplectēdo ſpiritus. Ipſe hodie apoſtolos xp̄i. Donans munere inſolito: ⁊ cūctis inaudito ſeculis. Hūc diē glīoſū feciſti. Scdꝫ iohan. xiiij.

In illo tp̄e. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si q̄s diligit me: ſermonem meū ſeruabit. Et pater meꝰ diliget eū: ⁊ ad eū veniemꝰ: et manſionē apud eū faciemꝰ. Qui nō diligit me: ſermones meos non ſeruat. Et ſermonē quē audiſtꝫ nō eſt meꝰ ſꝫ eiꝰ q̇ miſit me p̄ris. Hec locutus ſum vobis: apud vos manens. Paraclitꝰ aūt ſp̄us ſanctꝰ quē mittet pat̄ ī noīe meo: ille docebit vos oīa ⁊ ſuggeret vobis oīa quecunq; dixero vobis. Pacē relinquo vobis pacē meā do vobis. Nō quomodo mūdꝰ dat: ego do vobis. Nō turbetur cor veſtrū neq; formidet. Audiſtis qꝛ ego dixi vobis vado ⁊ venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq;: qꝛ vado ad patrē qꝛ p̄r ma ſoꝛ me eſt. Et nūc dixi vobꝫ priuſꝗ̄ fiat: vt cū factū fuerit credatiſ. Iā non multa loquar vobiſcū. Venit princeps mūdi huius ⁊ ī me non habet quicꝗ̄. Sꝫ vt cognoſcat mūdꝰ q̄ꝛ diligo patrē ⁊ ſicut mādatū dedit michi pr̄ ſic facio. Credo. Offer. Cōfirma hoc deꝰ qd̄ operatꝰ es ī nobꝫ a tēplo tuo qd̄ eſt ī hierlm̄ tibi offerent reges munera allā. Secreta.

Munera q̄s domine oblata ſanctifica: ⁊ coꝛda noſtra ſpiritus ſācti illuſtratione emūda. Per dn̄m. In vnitate eiuſd. Prefa. Qui aſcēdēs ſup oīs celos. Cōmunicātes et diē ſacratiſſimā pēthecoſtes celebrātes. Hāc igit̄. Cōmunicātes. Hāc igit̄. vſꝗ ad feſtū ſācte trinitatis dicāt̄ etiā ſi dicat̄ de feſto alicuius ſcti. ſiue de cōmemoratiōe. Cōmunio. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientis ſpiritus vehementis vbi erant ſedentes allā. ⁊ repleti ſūt oēs ſpū ſctō loquētes magnalia dei allā allā. Poſtcōio.

Sancti ſpūs dn̄e coꝛda noſtra mūdet infuſio: et ſui roꝛis intima aſꝑſiōe fecūdet. Per d̄. In vnitate eiuſd. ¶ Feria ſecūda. Offm̄.

Cibauit eos ex adipe frumēti alleluya: et de petra melle ſaturauit eos allā allā alleluya. Ps. Exultate deo adiutoꝛi nr̄o: iubilate deo iacob. Or.

Deus qui apoſtolis tuis ſanctū dediſti ſpiritū cōcede plebi tue pie petitionis effectū vt quibus dediſti fidem largiaris et pacē. Per d̄. In vnitate eiuſ. Le. ac. ap. x

In diebꝰ illis. Aperiēs petrꝰ os ſuum dixit. Viri fratres ⁊ pr̄es: nobis p̄cepit dn̄s p̄dicare populo et teſtificari: q̄ꝛ ipſe eſt q̄ cōſtitutꝰ ē a deo iudex viuoꝝ ⁊ moꝛtuoꝝ. Huic oēs ꝓphete teſtimoniū perhibēt remiſſionē peccoꝝ accipere ꝑ nomē eiꝰ oēs q̄ credūt in eū. Adhuc loquēte petro vba hec cecidit ſpiritꝰ ſctūs ſup oēs q̄ audiebāt verbū. Et obſtupuerūt ex circūciſiōe fideles q̄ venerāt cū petro q̄ꝛ ⁊ ī nationes grā ſpūs ſcti effuſa eſt. Audiebāt eñ illos loquētes līguis ⁊ magnificātes deū. Tūc reſpōdit petrꝰ. Nūqd aquā quis pꝛohibere poteſt: vt nō baptizētur hi qui ſpm̄ ſctm̄ acceperūt ſicut ⁊ nos? Et iuſſit eos baptizari: ī noīe dn̄i noſtri ieſu chꝛiſti. Allā. Vꝰ. Emitte ſpiritum tuum et creabuntur et renouabis faciē terre. Allā. Vꝰ. Veni ſancte ſpiritus reple tuoꝛum coꝛda fideliū et tui amoꝛis ī eis ignē accēde. Sequētia

Alma choꝛus dn̄i: nunc pangat noīa ſummi. Meſſias ſoter emanuel ſabbaoth adonay. Eſt vnigenitꝰ via vita manus omouſion. Principiū pꝛimogenitꝰ ſapiētia virtꝰ. Alpha caput finiſꝗ ſimul vocitat̄ ⁊ eſt oo. Fons ⁊ oꝛigo boni paraclitꝰ ac mediatoꝛ Agnus ouis vitulꝰ ſerpēs aries leo vermis. Os verbū ſplēdoꝛ ſol glīa lux ⁊ ymago Panis floſ vitis mons ianua petra lapiſꝗ. Angelus et ſponſus paſtoꝛꝗ ꝓpheta ſacerdos. Athanathos chyꝛios theos pāton craton ⁊ yſos. Saluificet nos ſit cui ſecla ꝑ oīa doxa. ¶ Secundū iohānē. iii.

In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Sic deꝰ dilexit mundū vt filiū ſuū vnigenitū daret vt oīs q̄ credit ī ipſū nō pereat ſed habeat vitā eternā. Nō eñ miſit deꝰ filiū ſuū ī mūdū vt iudicet mūdū: ſed vt ſaluet̄ mūdꝰ ꝑ ipſū. Qui credit ī eū nō iudicabit̄. Qui aūt non credit iā iudicatꝰ eſt: q̄ꝛ nō credit ī noīe vnigeniti filij dei. Hoc eſt aūt iudiciū: q̄ꝛ lux venit ī mūdū: ⁊ dilexerūt homines magis tenebꝛas q̄ lucē. Erāt eñ eoꝝ mala opera. Oīs enĩ qui male agit: odit lucem. Et nõ venit ad lucẽ: vt nõ arguantur opera eiꝰ. Qui autẽ facit veritatẽ venit ad lucem vt manifeſtentur opera eius qꝛ ĩ deo ſunt facta. Offertorium. Intonuit de celo dominꝰ ⁊ altiſſimus dedit vocẽ ſuã ⁊ apparuerũt fõtes aquaꝝ allã. Secreta.

PRopicius domine queſumꝰ hec dona ſanctifica: ⁊ hoſtie ſpiritalis oblatione ſuſcepta: noſmetipſos tibi perfice munus eternum. Per d. Cõmunio. Spũs ſanctus docebit vos alleluya: q̃cunqꝫ dixero vobis allã allã. Poſtcõio.

ADeſto dñe q̃s populo tuo: et quem myſteriis celeſtibꝰ imbuiſti: ab hoſtium furore defẽde Per dñm. ¶ Feria tercia. Officiũ

ACcipite iocũditatem glorie vr̃e allã: gratias agẽtes deo allã qui vos ad celeſtia regna vocauit: allã alleluya alleluya. Ps. Attẽde popule meus legem meam ĩclinate aurẽ veſtram in verba oris mei. Oratio

ASſit nobis domĩe q̃s virtus ſpiritus ſcti que et corda noſtra clementer expurget: ⁊ ab oĩbꝰ tueat̃ aduerſis. Per do. In vnitate eiuſd. ¶ Lec. actuũ apl'oꝝ. viij.

IN diebus illis. Cũ audiſſent apli q erant hieroſolimis qꝛ recepit ſamaria verbũ dei: miſerũt ad eos petrũ ⁊ iohannẽ: Qui cũ veniſſẽt orauerũt ꝓ ipis vt acciperẽt ſpm̃ ſctm̃. Nõdũ enĩ ĩ quẽq̃ illorũ venerat: ſꝫ baptizati tãtũ erat ĩ nomine dñi ieſu. Tunc imponebant manꝰ ſup illos: ⁊ accipiebant ſpiritũ ſctm̃. Allã. V. Emitte. Allã. V. Spiritus ſanctus ꝓcedens a throno apoſtolorũ pectora inuiſibili hodie pluſtrauit potẽtia. Sequẽtia.

LAudes deo deuotas dulci voces ac ſonora. Plebs exultet catholica. Spũs ſancti gr̃a. Apl'is die hodierna. In igneis linguꝫ ĩfuſa. Paracliti p̃ſẽtia. Emundet nos a pctĩ macula. Pura ſibi aptãs habitacula. Cariſmatũ ⁊ munera Pectoribꝰ nr̃is pius ĩfũdat. Vita nr̃a ei vt ꝯplaceat. Per ſcl'oꝝ ſcl'a. Conclamemꝰ allã. Sit deo laus poteſtas virtꝰ honor ⁊ glĩa. ¶ Fer. iiij. ſeq̃ Veni ſctẽ ſpiritꝰ vt infra primo ſabbato. ¶ Scdm iohannẽ. x.

IN illo tpe. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amen amen dico vobis: q non intrat per hoſtiũ ĩ ouile ouiũ ſed aſcẽdit aliũde ille fur eſt ⁊ latro. Qui autẽ intrat ꝑ hoſtiũ: paſtor eſt ouiũ. Huic hoſtiariꝰ apit: ⁊ oues vocẽ eiꝰ audiũt. Et proprias oues vocat noĩatim et educit eas. Et cũ ꝓprias oues emiſerit ãte eas vadit ⁊ oues illũ ſequũtur qꝛ ſciũt vocẽ eiꝰ. Alienũ nõ ſequũtur ſed fugiunt ab eo: qꝛ non nouerunt vocẽ alienoꝝ. Hoc ꝓuerbiũ dixit eis ieſus. Illi aũt nõ cognouerũt: quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterꝝ ieſꝰ. Amen amen dico vobis qꝛ ego ſũ hoſtiũ ouiũ. Oẽs quotquot venerũt fures ſũt ⁊ latrones ſed non audierũt eos oues. Ego ſũ hoſtiũ: Per me ſi quis ĩtroierit ſaluabit̃: ⁊ ingrediet̃: ⁊ egrediet̃ et paſcua ĩueniet. Fur non venit niſi vt furetur et mactet et perdat. Ego veni vt vitam habeant: et habundantius habeant. Offertoriũ. Portas celi aperuit dominus et pluit illis manna vt ederent: panem celi dedit eis panem angelorum manducauit homo alleluya. Secreta.

PUrificet nos domine q̃s muneris preſentis oblatio et dignos ſacra participatione perficiat. Cõmunio. Spiritus qui a patre procedit alleluya ille me clarificabit alleluya allã. Poſtcõio.

Mentes noſtras q̄s dñe ſpiritus ſctꝰ diuinis reparet ſacramētis q: ipſe eſt remiſſio omniū peccatoꝝ. Per d. In vnitate eiꝰ dē.

¶Feria quarta. Officium.

Deus dū egredereris corā populo tuo alleluya itē faciēs eis alleluya: habitās i illis alla alla. ps. Exurgat deꝰ ⁊ diſſipēt inimici eiꝰ ⁊ fugiāt q̄ oderūt eū a facie eiꝰ. Glīa i excelſis deo, ꝑmiſſo tm̄. Oremꝰ. Oratio.

Mentes noſtras q̄ſumus domine paraclitus qui a te procedit illuminet: et inducat i omnē ſicut tuꝰ promiſit filius veritatē. Qui tecū viuit ⁊ regnat. In vnitate eiuſdē. ¶Lectio libri ſapiētie. i.

In diebꝰ illis. Dixit ſalomon filijs iſrl̄. Diligite iuſticiā q̄ iudicatis terrā. Sētite de dño i bonitate: ⁊ i ſīplicitate cordis q̄rite illū. Qm̄ inuenitur ab his q̄ nō tētāt illū: apparet aūt eis q̄ fidē habent i illū. Peruerſe enī cogitatiōes ſeparāt a deo ꝓbata aūt virtus corripit inſipiētes. Qm̄ i maliuolā aīam nō itrabit ſapiētia: nec habitabit i corpore ſubdito pctīs. Scūs enī ſpūs diſcipline effugiet fictū ⁊ auferet ſe a cogitatiōibꝰ q̄ ſūt ſine itellectu ⁊ corripiet a ſuperueniēte iniq̄tate Benignꝰ eſt eī ſpiritꝰ ſapiētie ⁊ non liberabit maledictū a labijs ſuis: qm̄ renū illiꝰ teſtis eſt deus ⁊ cordis eiꝰ ſcrutator eſt verꝰ: ⁊ lingue illiꝰ auditor. Qm̄ ſpūs dñi repleuit orbē terrarū: ⁊ hoc quod cōtinet oīa ſciētiā habet vocis. Alla. v. Emitte, nō repetat Alla, ſed ſequat. Dñs vobiſcū. Oremꝰ. Ora.

Concede queſumus omp̄s deus: vt qui ſolennitatē doni ſancti ſpūs colimus: celeſtibus deſiderijs accenſi fontē vite ſitiamꝰ: dñm noſtrū ieſum chriſtum filium tuū. Qui tecū viuit. In vni. eiuſdē.

¶Lectio actuum apoſtolorum. ij.

In diebꝰ illis. Stās petrꝰ cū vndecim eleuauit vocē ſuam ⁊ locutꝰ eſt eis. Viri iudei ⁊ qui habitatꝭ hieruſalē vniuerſi hoc vobꝭ notū ſit: et auribꝰ percipite verba mea. Nō eī ſicut vos eſtimatis hi ebrij ſunt cum ſit hora diei tcia: ſꝫ hoc eſt quod dictū eſt per prophetā iohel. Et erit in nouiſſimis diebꝰ: dicit dñs: effundā de ſpiritu meo ſuper omnē carnē: ⁊ ꝓphetabūt filij veſtri et filie veſtre. Iuuenes vrī viſiones videbūt et ſeniores veſtri ſomnia ſomniabūt. Et quidem ſuper ſeruos meos et ācillas meas in diebus illis: effundā de ſpū meo: et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo ſurſum ⁊ ſigna in terra deorſum: ſanguinē et ignē et vaporem fumi. Sol cōuertetur i tenebras et luna in ſanguinē anteq̄ veniat dies dñi magnus et manifeſtus. Et erit omnis quicūq; inuocauerit nomen dñi: ſaluꝰ erit. Allā. v. Factus eſt repente de celo ſonus aduenientꝭ ſpiritus vehementis. Sequentia.

Reſonet ſacrata iā turma diua ſymphonia. Repleta gaudia promiſſa e celo reddita In vnū congregata apl'oꝝ phalanx p̄clara expectās munera. Repente vox diuina paraclitū nūciat decorās ſanctoꝝ viſcera. Fantur oī lingua: nō nulla myſteria deiq; magnalia. Cātica diuina nō ceſſant reboare: eiꝰ quoq; caterua. O deus oīs aruī: te laudāt ſol ⁊ luna cōcrepat vſia cūcta celica: ⁊ profunda flumina. Te pſallat tellꝰ alma ſydera cūcta clara iubilat adornat amat redempta oīs quoq; aīa. Stupēs iudea hec inquit exectrādo ꝑcio vino iſta ē repleta: muſtiq; crapula: bacho plenos reputat repletos grā. Sumens hec petrꝰ diuina myſteria: ſuperat obdurata corda illa ⁊ fore affirmat vaticinia iohelis de hoc ꝑdicta. Quās ala nunc nr̄a voat carmina: deuota quo ſuſcipiat celeſtia habitacula. Pangat oīs corda nr̄a ꝓconia tua vt ſēp pia ꝑcipiat cariſmata. Omnē hāc merā ſuſcipe melodiā: vt q̄amꝰ ſcādere luciflua ⁊ tua celſa et decora vranica. Dudū ſacrata ibuiſti pectora: nūc nos reple lumīe polorū ne gaudia cedas ꝑpetua atq̄ regna. Te decet laus per tēpora: et gloria ſyderea o ſanctū neuma. Tu animas ⁊ corpora noſtra xp̄e poſſideas ī ſempiterna doxa. ¶ Fer. v. Sequētia. Alma chorꝰ vt ſ. fer. ij.

¶ Secundum iohannem. vi.

IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ turbis iudeorū. Nemo poteſt venire ad me niſi pr̄ q̄ miſit me traxerit eū. Et ego reſuſcitabo eū: ī nouiſſimo die. Eſt ſcriptū ī prophetis. Erunt oēs docibiles dei. Oīs q̄ audiuit a patre ⁊ didicit: venit ad me. Nō q꞉ patrē vidit quiſq̄: niſi is q̄ eſt a deo hic videt patrem. Amen amē dico vobis: qui credit ī me habet vitam eternā. Ego ſū panis vite. Patres veſtri mādūcauerunt manna in deſerto ⁊ mortui ſūt. Hic eſt panis de celo deſcēdēs: vt ſi quis ex ipſo mādūcauerit: nō moriatur. Ego ſum panis viuus: q̄ de celo deſcēdi. Si quis manducauerit ex hoc pane viuet ieternum. Et panis quem ego dabo caro mea eſt: pro mundi vita. Offertoriū. In die ſolennitatis veſtre dicit dominus inducam vos ī terrā fluētē lac et mel alla. Secreta.

SUſcipe q̄s dn̄e munus oblatum et dignāter operare: vt q̄d myſterijs agimꝰ pijs affectibꝰ celebremꝰ. Per. Prefa. Qui aſcēdēs. Cōicātes. Cōio. Pacē meā do vobꝫ al. pacē relinquo vobꝫ al. al. Poſtcō.

SUmentes dn̄e celeſtia ſacramenta q̄s clemētiā tuam: vt quod tp̄aliter gerimꝰ eternis gaudijs cōſequamur. Per d̄. ¶ Fer. v. Officiū Spiritus dn̄i. vt in prima die. Et notandū ꝙ in his tribꝰ diebꝰ: ſcilꝫ. feria quīta. vi. ⁊ ſabbato officiū āte. Glīa pr̄i. repetat. Or.

PReſta q̄s omp̄s ⁊ miſericors deus: vt ſanctus ſpiritus adueniēs tēplū nos glorie ſue dignāter īhabitādo perficiat. Per d̄. In vnitate eiꝰ d̄. Le. actuū apoſtoꝝ. viij.

IN diebꝰ illis. Philippus deſcēdēs in ciuitatē ſamarie: ꝑdicabat illis xp̄m. Intēdebant aūt turbe his que a philippo dicebant vnanimiter audientes ⁊ videntes ſigna q̄ faciebat. Multi eni eorū q̄ habebant ſpiritus immundos: clamātes voce magna exibāt. Multi aūt paralitici ⁊ claudi curati ſunt. Factum eſt ergo magnum gaudium in illa ciuitate. Alla. V. Emitte. Alla. V. Spiritus paraclitꝰ. Seq̄.

LAus iocunda lux inſignis: qua de throno miſſꝰ ignis ī xp̄i diſcipl'os. Corda replet līguas ditat ad ꝯcordes nos inuitat ligue cordis modulos. Xp̄s miſit q̄d ꝓmiſit pignꝰ ſpōſe quā reuiſit die quinquageſima. Poſt dulcorē melleum petra fudit oleū petra iam firmiſſima. In tabellis ſaxeis: nō ī līguis igneis lex de mōte ppl'o. Paucis cordis nouitas ⁊ līguaꝝ vnitas dat ī cenaculo. O q̄ felix q̄ feſtiua dies ī qua primitiua fūdat eccleſia. Viue ſūt primitie naſcētis eccl'e tria primum milia. Panes legis ꝑmitiui ſub vna ſūt adoptiui fide duo ppl'i. De duobꝰ īteriecit ſicq̄ duo vnū fecit lapꝭ caput āguli. Vtres noui nō vetuſti ſunt capaces noui muſti. Vaſa parat vidua. Dat liquorē heliſeꝰ nobis ſacrū rorē deꝰ ſi corda ſūt cō grus. Non hoc muſto vel liquoꝛe: non hoc digni ſumus coꝛe ſi diſcoꝛdes moꝛibꝰ. In obſcuris ⁊ diuiſis non poteſt hec paracliſis habitare coꝛdibus. ¶ Secũdum lucam. ix.

In illo tẽpe. Cõuocatis ieſus duodecim apoſtolis: dedit illis ṽtutẽ ⁊ poteſtatẽ ſup oĩa demonia ⁊ vt languoꝛes curarẽt. Et miſit illos p̃dicare regnũ dei ⁊ ſanare īfirmos. Et ait ad illos. Nichil tuleritis in via: neq3 virgã neq3 perã neq3 panem neq3 pecuniã: neq3 duas tunicas habeatis. Et ĩ quacũq3 domũ intraueritis: ibi manete ⁊ ĩde ne exeatis. Et quicũq3 nõ receperit vos exeũtes de ciuitate illa etiã puluerem pedũ veſtroꝛum excutite in teſtimoniũ ſupꝛa illos. Egreſſi autẽ circuibãt per caſtella euãgelizantes: et curãtes vbiq3. Credo Offertoꝛium. Confirma. Secreta.

Hoſtias noſtras q̃s domĩe miſeratus intende et vt tibi reddãtur accepte: cõſciẽtias nr̃as ſcti ſpiritus ſalutaris emũdet aduentus. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ. Cõio Factus eſt repẽte. Poſtcõio.

Sacramẽtis dñe celeſtibꝰ operante ſpũ ſancto vicia noſtra purgentur: vt muneribꝰ tuis poſſimus ſemp aptari. Per. In vnitate eiuſdem. ¶ Feria ſexta. Officium

Repleatur os meum laude tua alleluya: vt poſſim cãtare alleluya gaudebũt labia mea dum cantauero tibi alleluya allã. P̃s. In te dñe ſperaui nõ confundar in eternũ: ĩ iuſticia tua libera me ⁊ eripe me. Oꝛatio.

Da q̃s eccl̃ie tue miſericoꝛs deus: vt ſpũ ſctõ ꝯgregata: hoſti nullatenꝰ īcurſiõe turbet. Per do. In vnita. Lec. actuũ apl̃oꝝ. ij.

In diebꝰ illis Aperiẽs petrus os ſuũ: dixit. Viri iſraelite: audite verba hec. Ieſũ nazarenũ virũ appꝛobatũ a deo in vobis virtutibꝰ et p̃digijs ⁊ ſignis q̃ fecit p illũ deꝰ ĩ medio veſtri ſicut vos ſcitis. Hũc diffinito ꝯſilio et p̃ſciẽtia dei: traditũ p manꝰ iniquoꝝ affligẽtes īteremiſtis. Quẽ deꝰ ſuſcitauit ſolutis doloꝛibꝰ īferni iuxta q̃d impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Dauid enĩ dicit in eũ. Prouidebã dñz coꝛã me ſemper q̃m a dextris eſt michi ne cõmouear. Propter hoc letatũ eſt coꝛ meum ⁊ exultauit lingua mea: ĩſup ⁊ caro mea requieſcet ĩ ſpe. Qm̃ non derelinques aĩam meã in ĩferno neq3 dabis ſanctũ tuũ videre coꝛruptionẽ. Notas michi feciſti vias vite replebis me iocunditate: cum facie tua. Alleluya. V. Emitte. Alla. V. Spiritus domini repleuit oꝛbem terrarũ ⁊ hoc q̃d cõtinet oĩa ſciẽtiã habet vocis. Sequẽtia. Laudes deo, vt ſ. vel iſta.

Conſolatoꝛ alme veni lĩguas reple coꝛda leni nichil fellis aut veneni ſub tua pꝛeſẽtia. Nil iocũdũ nil amenũ: nil ſalubꝛe nil ſerenũ nichil dulce nichil plenum ſine tua gratia. Tu lumen es et vnguentũ: tu celeſte condimentũ aq̃ditans elemẽtum virtute myſterij. Noua facti creatura te laudamus mente pura: gratie nũc ſed natura pꝛius ire filij. Tu qui datoꝛ es ⁊ donum noſtri coꝛdis omne bonum: coꝛ ad laudẽ redde pꝛonum: noſtre lingue foꝛmans ſonũ in tua pꝛeconia. Tu purga nos a peccatis: auctoꝛ ipſe pietatis et in chꝛiſto renouatis da p̃fecte nouitatꝭ plena nobis gaudia. ¶ Secundũ lucam. v.

In illo tẽpe. Factũ eſt in vna dierũ: ⁊ ieſus ſedebat docẽs. Et erãt phariſei ſedẽtes ⁊ legiſdoctoꝛes q̃ venerant ex oĩ caſtello galilee ⁊ iudee ⁊ hieruſalẽ: ⁊ ṽtꝰ erat dñi ad ſanandum eos. Et ecce viri poꝛtãtes ĩ lecto hoīem qui erat paraliticus: et querebãt eũ inferre ⁊ ponere ante eũ. Et non inueniẽtes qua parte illũ ĩferrẽt pꝛe t̃ba aſcenderũt ſupꝛa tectũ ⁊ ꝑ tegulas ſubmiſerũt illũ cũ lecto in mediũ ante ieſũ. Quoꝝ fidẽ vt vidit dixit. Homo remittũt̃ tibi pctã tua. Et ceperũt cogitare ſcribe ⁊ phariſei: dicẽtes. Quis eſt hic qui loquitur blaſphemiam? Quis poteſt dimittere peccata niſi ſolꝰ deꝰ? Ut cognouit autẽ cogitationes eoꝛũ reſpondẽs dixit ad illos. Quid cogitatꝭ ĩ coꝛdibꝰ veſtris? Quid eſt faciliꝰ dicere dimittũtur tibi peccata: an dicere ſurge ⁊ ambula? Ut autem ſciatis qꝛ filius hoīs poteſtatẽ habet ĩ terra dimittẽdi pctã: ait palitico. Tibi dico ſurge tolle lectum tuum et vade in domũ tuã. Et confeſtim ſurgẽs coꝛã eis: tulit lectum ĩ quo iacebat ⁊ abijt in domũ ſuã magnificãs deũ. Et ſtupoꝛ appꝛ̃hẽdit oẽs: ⁊ magnificabãt deũ. Et repleti ſũt oẽs timoꝛe dicẽtes: qꝛ vidimꝰ mirabilia hodie. Offerto. Lauda aīa mea dñm laudabo dñm ĩ vita mea pſallam deo meo ꝙdiu ero. Secre.

Sacrificia dñe tuis oblata cõſpectibꝰ ignis ille diuinus aſſumat: ꝙ diſcipuloꝝ xp̄i tui ꝑ ſpm̃ ſctm̃ coꝛda ſuccẽdit. Per eũdẽ. In vnitate eiuſdẽ ſpiritus ſcti. Pꝛefa. Qui aſcendens. Cõmunicantes. ⁊ Hanc igitur. Cõmunio. Spiritus vbi vult ſpirat et vocem eiꝰ audis alleluya ſed neſcis vnde veniat aut quo vadat alleluya alla. Poſtcõio

Sumpſimꝰ domĩe ſacri dona miſterij humiliter depꝛecantes vt que in tui commemoꝛatione nos facere pꝛecepiſti: cooperãte ſpiritu ſancto: in noſtre pꝛoficiant infirmitatꝭ auxilium. Per. In vnitate eiuſdem. ¶ Sabbato. Officiũ.

Caritas dei diffuſa eſt in coꝛdibus nr̃is allã per inhabitantẽ ſpm̃ eiꝰ in nobis allã allã. ps. Dñe deus ſalutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coꝛã te Gl̃ia ĩ excelſis deo. Oẽs oꝛões. dñe ſine. Dñs vob. p̄ter oꝛo. Deꝰ ꝙ tribus pue. ꝑmiſſo tm̃. Oꝛemus. Oꝛo.

Mentibus noſtris q̃ſumꝰ domine ſpiritum ſanctũ benignus infunde: cuius et ſapiẽtia cõditi ſumꝰ: et pꝛouidentia gubernamur. Per dñm. In vnitate eiuſdẽ.

¶ Lectio yſaye pꝛophete. xliiij.

Hec dicit dñs deus. Audi iacob ſerue meus ⁊ iſrael quem elegi. Faciẽs et foꝛmans te: ab vtero auxiliatoꝛ tuꝰ. Quia ego ſum ꝗ deleo iniquitates tuas pꝛopter me et peccatoꝝ tuoꝝ non recoꝛdaboꝛ. Reduc me ĩ memoꝛiã vt iuſtificemur ſimul. Dic ſi ꝗd habes vt iuſtificeris? Noli timere ſerue meꝰ iacob: et rectiſſime quem elegi. Effundã aquã ſuper ſitientẽ: et fluẽta ſuper aridam. Effũdã ſpm̃ meum ſuper ſemẽ tuũ: et benedictionẽ meã ſuꝑ generationẽ tuã. Dicit dñs omꝑs Allã. v. Emitte ſpiritum. Oꝛatio.

Illo nos igne q̃s dñe ſpiritus ſanctus inflãmet: quem dñs nr̃ ieſus miſit ĩ terrã ⁊ voluit vehemẽter accẽdi. Qui tecũ. In vnitate eiuſdẽ. ¶ Lec. iohelis ꝓphete. ij.

Hec dicit dñs deus. Exultate filie ſyõ: ⁊ letamini ĩ dño deo vr̃o: qꝛ dedit vobis doctoꝛẽ iuſticie: ⁊ deſcẽdere faciet ad vos ymbꝛẽ matutinũ et ſerotinũ ſicut ĩ pꝛincipio. Et implebuntur hoꝛrea veſtra frumẽto: ⁊ redundabũt toꝛcularia vino et oleo: et comedetis veſcẽtes ⁊ ſaturabimini ⁊ laudabitis nomen dñi dei vr̃i ꝗ fecit vobiſcũ mirabilia. Et nõ cõfundetur ppl̃s meꝰ in ſẽ pſiternũ: et ſcietis ꝙ ĩ medio iſrael ego ſũ. Ego dñs deꝰ veſter et nõ eſt ampliꝰ: ⁊ nõ cõfundet pplus meus in ſempiternũ. Ait dñs op̄s. Allã. Vſꝰ. Veni ſancte ſpiritus. Oratio.

DEus qui diſcipulis tuis ſpiritũ ſanctũ paraclitũ ĩ linguis igneis ⁊ feruore tui amoꝝ mittere dignatus es: da pplis in vnitate fidei eſſe feruẽtes: vt in tua dilectiõe permanentes: ⁊ in fide inueniãtur ſtabiles: ⁊ ĩ ope efficaces. Per. In vnitate eiuſ. ¶ Lctõ iohel. pph. ij.

HEc dicit dñs deus. Effundã de ſpiritu meo ſup omnẽ carnẽ: et prophetabunt filij vrĩ et filie vrẽ Senes vrĩ ſõnia ſõniabũt: ⁊ iuuenes vrĩ viſiões videbunt. Sed ⁊ ſup ſeruos meos et ancillas meas ĩ diebus illis effundã de ſpiritu meo et dabo ꝓdigia ĩ celo ſurſũ: ⁊ ſigna in terra deorſum: ſanguinẽ ⁊ ignẽ et vaporẽ fumi. Sol cõuertetur in tenebras ⁊ luna ĩ ſanguinem: ante ꝙ̃ veniat dies dñi magnus ⁊ manifeſtus. Et erit omnis quicunqꝫ inuocauerit nomen dñi: ſaluus erit. Alleluya. V. Spiritus ſanctus procedens a throno apoſtolorum pectora inuiſibili hodie perluſtrauit potentia. Oremus. Oratio.

DA nobis q̃s dñe per gratiam ſancti ſpiritus nouã tui paracliti ſpiritalis obſeruãtie diſciplinam vt mẽtes noſtre ipſo purificãte cũctis reddantur eius muneribus aptiores. Per do. no. In vnita. eiuſd ſpiritꝰ ¶ Lectio libri leuitici. xxiij.

IN diebꝰ illis. Locutꝰ eſt dñs ad moyſen: dicẽs. Loquere filijs iſrael: ⁊ dices ad eos Cũ ingreſſi fueritis terrã quam ego dabo vobis: ⁊ meſſueritis ſegetẽ feretis manipulos ſpicaꝝ primitias meſſis veſtre ad ſacerdotẽ. Qui eleuabit faſciculũ corã dño vt acceptabilis ſit pro vobis altero die ſabbati: et ſãctificabit illũ. Numerabitis ergo ab ipſo die in quo obtuliſtis manipulos primitiarũ ſeptem ebdomadas plenas vſqꝫ ad alterã diẽ expletiõis ebdomade ſeptime: et ſic offeretis ſacrificiũ nouũ dño / ex oibꝰ habitaculis veſtris. Panes primitiaꝝ duos de duabus decimis ſimile quos eleuabit ſacerdos corã dño Et vocabitis hũc diẽ celeberrimũ atqꝫ ſanctiſſimum. Oĩe opus ſeruile non facietis in eo: legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis et generationibus veſtris. Dicit dominus: omnipotens. Alleluya. verſꝰ. Factꝰ eſt repente. Oꝫ

PReſta q̃s domĩe vt a noſtris mentibus ſpũs ſãctus carnales ãmoueat affectꝰ ⁊ ſpiritalia nobis dona potẽter ĩfundat. Per do. In vnitate. Lec. danielis pphe. iij.

ANgelꝰ dñi deſcendit cũ azaria ⁊ ſocijs eiꝰ in fornacẽ: et excuſſit flãmã ignis de fornace ⁊ fecit mediũ fornacis quaſi ventũ roris flantẽ. Flãma autẽ diffuſa eſt ſup fornacẽ cubitis quadragitanouẽ ⁊ incẽdit quos reppit iuxta fornacẽ de caldeis miniſtros regis: q̃ eã incẽdebãt. Illos aũt oĩno nõ tetigit ignis neqꝫ cõtriſtauit nec q̃c ꝙ̃ moleſtie ĩtulit Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt ⁊ glorificabãt et bñdicebãt deũ ĩ fornace dicẽtes. Bñdictus es dñe deꝰ patrũ noſtrorũ et laudabilis et ſupexaltatꝰ ĩ ſecula. Et bñdictũ nomẽ glorie tue ſãctũ et laudabile et ſupexaltatũ ĩ oĩbus ſeculis. Benedictus es in tẽplo ſancto glorie tue et ſuperlaudabilis et ſupergloriosꝰ ĩ ſecula. Bñdictꝰ es in throno regni tui: et ſup laudabilis ⁊ ſupexaltatus ĩ ſecula Bñdictus es qui intueris abyſſos ⁊ ſedes ſup cherubin: et laudabilis et ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamẽto celi et laudabilis et glorioſus ī ſecula. Bñdicite oīa opera dñi dño: bñdicite celi dño bñdicite angeli dñi dño: hymnū dicite et ſuperexaltate eū ī ſecula. Bñdicite aque q̄ ſuper celos ſūt dño: bñdicite omnes virtutes dñi dño. Benedicite ſol et luna dño benedicite ſtelle celi dño bñdicite ymber ⁊ ros dño: bñdicite omnes ſpiritus dei dño: hymnum dicite et ſuperexaltate eū ī ſecula. Benedicite ignis ⁊ eſtus dño: bñdicite noctes et dies dño: bñdicite tenebre et lumen dño: hymnum dicite et ſuperexaltate eū ī ſecula. Benedicite frigus et cauma dño: benedicite pruina et niues dño / bñdicite fulgura et nubes dño: hymnum dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat terra dominū / bñdicite mõtes et colles dño benedicite omnia naſcentia terre dño: hymnū dicite ⁊ ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite maria et flumina domino: benedicite fõtes dño bñdicite cete et oīa que mouentur in aquis dño hymnum dicite ⁊ ſuperexaltate eū ī ſecula. Benedicite volucres celi dño: bñdicite beſtie et vniuerſa pecora dño: bñdicite filii hominum dño hymnū dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicat iſrael dominū: benedicite ſacerdotes domini dño: bñdicite ſerui dñi dño hymnum dicite et ſuperexaltate eū ī ſecula. Bñdicite ſpiritꝰ ⁊ anime iuſtorum dño benedicite ſancti et humiles corde dño hymnum dicite et ſuperexaltate eum in ſecula. Bñdicite anania azaria miſael dño hymnum dicite et ſuperexaltate eū ī ſecula. Alla. ℣ꝰ. Benedictꝰ es dñe deus patrū noſtrorū et laudabilis ī ſecula. Dicat nūc. Dñs vobiſcū. Oro.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dñm nr̄m. ¶ Ad romanos. v.

Fratres: Juſtificati ex fide: pacem habeamus ad deum / per dñm noſtrum ieſum xp̄m. Per quē ⁊ acceſſum habemus per fidem in gratiam iſtam: in qua ſtamus ⁊ gloriamur ī ſpe glorie filiorum dei. Non ſolum autē: ſed ⁊ gloriamur ī tribulationibus ſcientes ꝙ tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationē probatio vero ſpem. Spes autem non confundit quia caritas dei diffuſa eſt ī cordibus noſtris per ſpiritum ſc̄tū: q̄ datus eſt nobis. Alleluya. ℣. Laudate dominū oēs gentes: et collaudate eum oēs populi. Sequentia.

Veni ſancte ſpiritus et emitte celitus lucis tue radium. Veni pater paupeꝝ veni dator muneꝝ veni lumē cordiū. Conſolator optime dulcis hoſpes aīe dulce refrigeriū. In labore requies ī eſtu tēperies ī fletu ſolatiū. O lux clemētiſſima reple cordis ītima tuoꝝ fidelium. Sine tuo numine nichil eſt in lumīe nichil eſt innoxiū. Laua qđ eſt ſordidum riga qđ eſt aridū ſana qđ eſt ſauciū. Flecte qđ eſt rigidum foue qđ eſt frigidum rege qđ eſt deuiū. Da tuis fidelibus in te cõfidẽtibꝰ ſacrum ſacrificium. Da virtutis meritum da ſalutis exitum da perēne gaudium. Secundum lucā. iiii.

In illo tēpore. Surgēs ieſus de ſynagoga: introiuit in domum ſymonis. Socrus aūt ſymonis: tenebat̄ magnis febribus. Et rogauerūt illū p̄ ea. Et ſtās ſup illā: īperauit febri et dimiſit illā. Et cõtinuo ſurgens: miniſtrauit illis. Cū ſol aūt occidiſſet: oēs qui habe hñt infirmos varijs lāguoꝛib⁹ ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus īponens: curabat eos. Exibāt aūt demonia a multis clamātia et dicētia: qꝛ tu es fili⁹ dei. Et icrepās nō ſinebat ea loq̄ qꝛ ſciebant ipſū eſſe xp̄m. Facta autē die: egreſſus ibat in deſertum locū: et turbe requirebant eum. Et venerūt vſq₃ ad ipſum ⁊ detinebant eum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et alijs ciuitatibus opoꝛtet me euangelizare regnum dei: quia ideo miſſus ſum. Et erat p̄dicās: in ſynagogis galilee. Credo. Offertoꝛium. Emitte ſpiritum tuum ⁊ creabūtur et renouabis faciē tre ſit gloꝛia dñi in ſecula allā. Secre.

HEc oblatio q̄s domīe cordis noſtri maculas emundet: vt ſancti ſpūs digna efficiatur habitatio. Per. In vni. Prefatio. Qui aſcendēs. Cōmunicantes. et Hāc igitur. Cōmunio. Non relinquam vos oꝛphanos veniā ad vos iterꝝ allā ⁊ gaudebit coꝛ vr̄z allā. Poſtcō.

PRebeant nobis queſumus diuinum tua ſancta feruoꝛē quo eoꝝ pariter ⁊ actu delectemur et fructu. Per dn̄. ¶ Iſta oro deuota eſt ſacerdoti ad dicēdū āte miſſā quā ſanctus auguſtinus cōpoſuit.

SUmme ſacerdos et vere pōtifex q̄ te obtuliſti deo patri hoſtiam puram ⁊ inmaculatā in ara crucis ꝓ nobis miſeris peccatoꝛibus: quiq₃ dediſti nobis carnē tuam ad manducandū et ſanguinē tuū ad bibendū et poſuiſti iſtud miſteriū ī virtute tui ſpūs dicēs. Hec quotieſcūq₃ feceritis in mei memoꝛiā facietis rogo ꝑ ſanguinē tuum pcioſum magnū ſalutis nr̄e p̄ciū: rogo per hāc mirā et ineffabilē caritatē qua nos miſeros īdignos ſic amare dignatus es vt lauares nos a peccatꝭ noſtris ī ſanguine tuo: doce me ſeruū tuū indignū quē etiā īter cetera dona tua ad officiū ſacerdotale vocare dignat⁹ es nullis meis meritꝭ ſꝫ ſola miſeratione mīe tue doce me q̄ſo ꝑ ſpiritū ſanctū tuū tātū tractare miſteriū ea reuerētia et deuotione/ eo timoꝛe et honoꝛe q̄bus opoꝛtet ⁊ decet. Fac me ꝑ gratiā tuā ſēꝑ illud de tanto miſterio credere et ītelligere ſētire firmitē ⁊ tenere dicere ⁊ cogitare qḋ tibi placeat ⁊ expedit ale mee. Intret ſpūs tu⁹ bonus in coꝛ meū qui ſonet ibi ſine ſono et ſine ſtrepitu verboꝝ loquatē oīm veritatē tātoꝝ miſterioꝛum. Pꝛofūda q̄ppe ſunt nimis et ſacro tecta velamine. Pꝛopt̄ magnā clementiā tuā cōcede michi miſſaꝝ ſolēnia puro coꝛde et mūda mēte celebrare. Libera coꝛ meū ab īmundis et nephādis vanis et noxijs cogitationib⁹. Muni me beatoꝝ āgeloꝝ pia et fida cuſtodia: atq₃ foꝛtiſſima tutela: vt hoſtes bonoꝝ oīꝫ cōfuſi diſcedāt. Per virtutem tāti miſterij: et per manum ſancti angeli tui repelle a me/ et a cūctis ſeruis tuis duriſſimū ſpiritū ſupbie et cenodoxie/ inuidie ⁊ blaſphemie foꝛnicationꝫ/ ⁊ imūdicie/ dubietatis ⁊ diſfidētie. Confundātur q̄ nos perſequūtur: pereant illi q̄ ꝑdere cūcta feſtināt. Rex virginū amatoꝛ caſtitatis et ītegritatis de⁹ celeſti roꝛe bn̄dictionis tue extingue ī coꝛ meū totū ignē ardētis libidinis vt maneat ī me tenoꝛ toti⁹ caſtitatis coꝛporis ⁊ ale. Moꝛtifica ī mēbꝛis meis carnis ſtimulos/ oēſq₃ libidinoſas cōmotiones et da michi verā ⁊ perpetuā caſtitatē cū ceterꝭ donis tuis q̄ tibi placēt ī veritate vt ſacrificiū laudis caſto coꝛpoꝛe et mūdo coꝛde valeam tibi ꝯfferre quotidie.

Quāta eſt cordis cōtritiōe ⁊ lachrymarū vbertate quāta reuerentia ⁊ veñratiōe / q̄ta corporis caſtitate et aīe puritate iſtud diuinū et celeſte ſacrificiū ē celebrandū dn̄e vbi caro tua ī v̄itate ſumit̄ vbi ſāguis tuus ī veritate bibit̄: vbi p̄ma ſummis iūgunt̄ / vbi adeſt ſanctoꝝ p̄ſētia āgeloꝝ / vbi tu es ſacerdos ⁊ ſacrificiū mirabilit̄ ⁊ ieffabilit̄. Quis digne hoc celebrare poteſt / niſi tu de⁹ oīp̄s offerētem feceris dignum? Scio ⁊ vere ſcio ⁊ idipſū bonitati tue cōfiteor: ꝙ nō ſum dign⁹ ad tātū accedere miſterium ꝓpter nimia peccata mea: ⁊ negligētias meas īfinitas. Sed ſcio ⁊ veracit̄ ex toto corde credo / ore cōfiteor: qꝛ tu potes me facere dignū: q̇ ſolus potes facere mundū de immundo conceptum ſemine et de peccatoribus iuſtos facis ⁊ ſctōs. Per hāc oīpotētiā tuā te rogo cōcede michi pctōri hoc celeſte ſacrificiū celebrare cū timore ⁊ tremore / cū cordis puritate / ⁊ lachrymarum fonte / cū leticia ſpirituali / ⁊ gaudio celeſti. Setiat mēs mea dulcedinē beatiſſime preſentie tue et excubias ſanctorū tuorum ī circuitu meo. Ego enim memor venerāde paſſionis tue accedo ad altare tuū licet peccator: vt offerā tibi ſacrificiū qđ tu inſtituiſti et offerri p̄cepiſti: ī cōmemoratione tui pro ſalute noſtra. Suſcipe ergo illud q̄ſo ſūme pater pro eccleſia tua ſācta et ꝓ p̄plo tuo quē acq̄ſiſti ſāguine tuo. Et q̇ me pctōrem inter te et eūdē p̄pl̄m mediū eſſe voluiſti licet in me boni op̄is nō agnoſcas teſtimoniū: officiū ſaltē diſpēſatiōis credite nō recuſes nec per me īdignū eoꝝ ſalutꝫ pereat p̄cium pro q̄bus victima fc̄tus ſalutaris dignat⁹ es eſſe redēptio. Profero ergo dn̄e ſi digneris ꝓpici⁹ intueri tribulatiōes plebiū: ꝑiculū populoꝝ captiuoꝝ gemitus: miſerias orphanoꝝ neceſſitates ꝑegrinoꝝ inopiā debiliū: deſperatiōes lāguētiū defect⁹ ſeniū ſuſpiria iuuenū vota virginū: lamēta viduarū. Tu enī miſereris oīm dn̄e ⁊ nichil odiſti eoꝝ q̄ feciſti. Memorare q̄ ſit noſtra ſubſtātia. Tu de⁹ noſter es: ne iraſcaris nobis neqꝫ multitudinem viſceꝝ tuoꝝ ſuꝑ nos cōtineas. Nō enī ī iuſtificationib⁹ nr̄is proſternimus preces āte faciē tuā: ſed in miſerationibus tuis multis. Aufer a nobis dn̄e iniquitates nr̄as et ignē ſancti ſpirit⁹ in nobis clemēter accēde. Aufer cor lapideū de carne noſtra ⁊ da nobis cor carneū qđ te timeat: te amet te diligat: te ſequat̄ te ꝑfruat̄. Oram⁹ dn̄e clemētiam tuā: vt familiā tuā ſacri noīs tui officio p̄ſtolātē ſereno aſpicere digneris vultu ⁊ vt nulli⁹ ſit irritū votū nullius vacua poſtulatio: tu nobis p̄ces ſuggere quas ip̄e ꝓpicius audire ⁊ exaudire delecterꝭ. Rogamus te etiā bone ieſu et pro ſpiritibus fideliū defunctorū vt ſit illis ſanitas / ſalus gaudiū / ⁊ refrigerium hoc magnū pietatis ſacramentū. De⁹ me⁹ ſit illis hodie magnū plenū cōuiuiū de te pane viuo qui de celo deſcēdiſti et das vitā mūdo de tua carne ſctā ⁊ bn̄dicta agni videlicet īmaculati q̇ tollit pctā mūdi q̄ de ſctō glīoſe virginis marie vtero eſt aſſumpta ⁊ de ſpiritu ſctō cōcepta: de illo inq̄ pietatis fōte qui per lāceā militis ex tuo ſāctiſſimo latere felicit̄ emanauit vt ex īde refecti et ſatiati refrigerati et cōſolati exultent ī laude ⁊ gloria tua. Panis quē ego dabo caro mea eſt: ꝓ ſeculi vita. Si q̇s manducauerit ex hoc pane viuet ieternū. Panis dulciſſime ſana palatū cordꝭ mei vt ſē tiam ſuauitatē amoꝛis tui. Sana eū ab oī liguore: vt nullā ꝓter te ſentiat dulcedinē. Panis cādidiſſime habēs oē delectamētū et oēm ſapoꝛem ſuauitatꝭ q̄ nos reficis ſemꝑ ⁊ in te nūq̄ deficis: comedat te coꝛ meum ⁊ dulcedīe ſapoꝛis tui repleant viſcera aīe mee. Māducat te āgel⁹ pleno oꝛe: mā ducet te ꝑegrinus homo ꝓ modulo ſuo ne deficere poſſit in via: tali recreat⁹ viatico. Panis ſctē/panis viue/panis pulcher/panis mūde: q̄ deſcēdiſti de celo: ⁊ das vitā mūdo: veni in coꝛ meū et mūda me ab omī inq̄namēto carnis ⁊ ſpirit⁹. Intra in aīam meā ⁊ ſanctifica me īterius ⁊ exterius. Eſto tutamē ⁊ cōtinua ſal⁹ coꝛpis ⁊ aīe mee. Repelle a me inſidiantes michi hoſtes. Recedāt procul a ꝑſētia potētie tue: vt ītus et foꝛis munit⁹ ꝑ te recto tramite ad regnū tuū ꝑueniam vbi non in myſterijs ſicut in hoc tempoꝛe agitur: ſed facie ad faciem te videbim⁹ cum tradideris regnū deo patri: et deus eris oīa in omnibus. Tunc eni me de te ſatiabis ſatietate viuifica: ita vt neq̄ eſuriam neq̄ ſitiam in eternum. Amen.

Quādo pꝛeſbyter lauat manus ſuas ante miſſā dicat hanc oꝛationē.

Largire ſenſib⁹ nr̄is omp̄s pater: vt ſicut hic abluūtur inq̄namēta manuū: ita a te mundētur pollutiōes manuū ⁊ creſcat in nobis augmētū ſanctarum virtutū. Per.

an. Introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuētutē meā. ps. Iudica me deus et diſcerne. cū Gloꝛia patri. kyrie eleyſō Xp̄e eleyſon. kyrie eleyſō. Pat nr̄. Et ne nos. Oſtēde nobis domine. Sacerdotes tui induātur. Domine exaudi. Et clamoꝛ. Domin⁹ vobiſcum. Oꝛatio.

Actiones nr̄as queſumus domine aſpirando ꝑueni/et adiuuādo ꝓſequere: vt cuncta noſtra operatio ⁊ a te ſemꝑ incipiat ⁊ ꝑ te cepta finiatur. Per dn̄m noſtrū.

Aures tue pietatis mitiſſime deus: inclina pꝛecibus meis et gratia ſc̄tiſpirit⁹ illumina coꝛ meum: vt tuis miſterijs digne miniſtrare/teq̄ eterna caritate diligere: ⁊ ſempiterna gaudia percipere merear. Per xp̄m. Sacerdos introiens ad altare ⁊ pꝛocedētibus in oꝛdine miniſtris dicat. ℣ Confitemini domino q̄m bonus. Quoniam in ſeculum miſericoꝛdia eius.

Confiteoꝛ deo et beate marie et omnibus ſanctis et vobis fratres: quia ego peccatoꝛ peccaui nimis. coꝛde/oꝛe/ opere/ omiſſione/mea culpa. Ideo pꝛecoꝛ glorioſam dei genitricem mariam ⁊ omnes ſanctos dei ⁊ vos oꝛare pꝛo me. Miſereatur veſtri oīpotēs deus: et dimittat vobis omnia peccata veſtra: liberet vos ab omni malo/ ſeruet ⁊ cōfirmet in omni opere bono et perducat vos ad vitam eternam. Abſolutionem et remiſſionē omnium peccatoꝛū veſtroꝛum ſpaciū vere penitentie emēdationē vite gratiam ⁊ conſolationē ſanctiſpirit⁹ tribuat vobis omnipotens et miſericoꝛs dn̄s. Amen. ¶ Factaq̄ ante gradus altaris cōfeſſione aſcendat ad altare dicēs. Deus tu conuerſ⁹ viuificabis nos. Et plebs tua letabitur in te. Oſtende nobis dn̄e. ⁊c. Sacerdotes tui. Dn̄e deus virtutum. Dn̄e exaudi oꝛationē meam. Et clamoꝛ meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Inclinatus ad altare dicat deuote et ſubmiſſe.

Aufer a nobis dn̄e omnes iniquitates noſtras vt ad ſancta ſanctoꝝ mereamur puris mentibus introire. Per chꝛiſtum dominum noſtrū. ¶ Erectus ſignet ſe: ⁊

in dextro cornu altaris dicat officium. Et poſtea incẽſet altare. In medio altaris erectis manibus incipiat. **Gloria in excelſis deo.** omnibꝰ duplicibus feſtis per annum: tam maioribus q̄ minoribus ſiue de tẽporali ſiue de feſtis ſanctorum. Exceptis feſtis beate marie: ⁊ excepto feſto ſancti michaelis quando dicitur **Gloria in excelſis deo.** canitur hoc modo.



Iſte cantus ſequens dicetur ad primā miſſā in die natalis dñi et in vigiliis paſche et pẽthe. ⁊ in feſto ſcti michaelis archāgeli hoc modo.



Iſte cantus ſequens dicetur omnibus diebus dominicis per annum ſi a feſtis duplicibus vacauerint ⁊ in vtroqꝫ feſto ſancte crucis vbicūqꝫ euenerit ⁊ in feſtis .ix. lec. ⁊ in octabis precipuis ⁊ in vigiliis in dominicis contigentibus excepta vigilia epyphanie ⁊ exceptis octauis aſſumptionis et natiuitatis beate marie hoc modo.



Iſte cantus ſequens dicetur in omnibꝰ feſtis nouem lectionum: exceptis dñicis contingentibus ⁊ vtroqꝫ feſto ſancte crucis. Dicetur etiā in quintā ⁊ ſexta fer. ⁊ ſabbato ebdoma. paſche ⁊ penthecoſt. ⁊ octauis p̄cipuis ſi extra dñicā euenerit preterq̄ in octauis aſſumptionis ⁊ natiuitatis beate marie hoc modo



Iſte cantus ſequens dicetur in omnibus feſtis et cōmemoratio. beate marie et infra octa. et in octauis aſſumptionis ⁊ natiuitatis eiuſdem Dicetur etiam ad miſſam in aurora in die natalis domini et in vigilia epyphanie cum in do. eue. et in ſexta die a natali dñi quacunqꝫ die contigerit: incipiatur hoc modo.



Iſti tres cantus ſequẽtes dicuntur alternatim in oībus cōmẽorationibus apoſtolorꝝ petri ⁊ pauli ⁊ ſācti vvillelmi: et in mediis feriis infra oēs octa. precipu. preterq̄ īfra oct. aſſumptionis ⁊ natiuitatis btē marie. Dicentur etiā ī feſtis trium le. infra octa. ſācti iohānis baptiſte ⁊ ſancti petri ad vincula contigentibus: excepto feſto ſancti leonis ⁊ ī octa. ſācti ſtephani ſācti iohānis / et ſanctorum innocentium cum extra domi. euenerit. hoc modo.





Gloria in excelſis deo.



Gloria in excelſis deo. Et in terra pax hominibꝰ bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimꝰ tibi proptē magnam gloriam tuam. Domine deus rex celeſtis deus pater omnipotens. Domine fili vnigenite Ieſu chriſte. Domine deus agnus dei filiꝰ pr̄is. Qui tollis peccata mundi miſerere nobis Qui tollis peccata mundi ſuſcipe deprecationē noſtram. Qui ſedes ad dexteram patris miſerere nobis. Quoniam tu ſolus ſanctus. Tu ſolus dominus Tu ſolus altiſſimus. Ieſu chriſte cum ſancto ſpiritu. In gloria dei patris. Amen. Poſtea cōuerſus ſacer. ad populum dicat. Dominꝰ vobiſcum. cum collecta. ¶ Nota ꝙ ad miſ. iuxta rom̄. ord̄ vna collecta dicitur propter vnitatis ſacram̄. Et tres exemplo dñi qui ter āte paſſionem oraſſe legitur vel ꝑpter trinitatis miſte. Quinqꝫ propter quinqꝫpertitam domini paſſionem cuiꝰ ꝯmemoratione eadem celebramus officia ſeptem: q2 ſeptē domini orōnis petitiones ad conſecrationem eorum miſterioꝝ ap̄li frequētaſſe leguntur: vel ad ïpetrandum ſeptē dona ſācti ſpiritus. quem numerū nemo excedere vlla rōne permittitur. Ut euidens habeatur et plena cognitio qualiter orōnes quas collectas vocamus terminande ſunt. Prius notandum eſt ꝙ in eis quandoqꝫ dirigitur ſermo ad patrem: quandoqꝫ ad filium quandoqꝫ ad ſpiritum ſanctum: quandoqꝫ ad totam trinitatem. Sed quando ad patrem iterum conſiderandum eſt vtrum ita dirigatur ſermo ad patrem ꝙ fiat mentio de filio et ſpiritu ſancto vel non.

¶ Et ſi in oratione q̄ ad patrem dirigitur fiat mentio de filio refert an fiat ante finalem partem an in ipſo fine: et ſecundū has diuerſitates narrabit̄ finis. Si vero dirigit̄ ſermo ad patrē abſqꝫ mētione filii et ſpūs ſācti ſic finietur. Per dñm noſtrum ieſū chriſtum filium tuū. qui tecū viuit et regnat ī vnitate ſpiritus ſācti deꝰ. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. vt hic. Deus q̄ miro ordine angeloꝝ. ſiue Concede nos famulos. Si vero de ſpū ſācto fiat mētio dicet̄. In vnitate eiuſdem ſpiritꝰ ſancti deus. vt hic. Deus qui corda fideliū. Ure igne ſācti ſpiritꝰ renes. Si vero de filio fiat mētio āte finalē partē dicetur. Per eundē dñm noſtrum ieſū chriſtum filiū. vt hic. Deus q̄ de beate marie virginis. Largire nobis clementiſſime. Si vero ī fine fit mentio de filio: dicetur. Qui tecū viuit et regnat. vt poteſt videri in oratione de ſācto ſtephano cuius finis talis eſt. Qui nouit etiā pro perſecutoribus exorare dñm noſtrum ieſū chriſtum filium tuū Qui tecū viuit ꝛc. ꝛc. Itē in orōne. Deus qui ſalutē eterne beate. Si aūt ad filium dirigitur oratio ſine mētiōe ſpiritꝰ ſācti: vt hic. Excita dñe potētiā tuā et veni vt. et ſimiliter in aliis orōnibus de aduentu domini dicetur. Qui viuis et regnas cum deo patre In vnitate ſpiritus ſancti deus: ſi fiat mentio de ſpiritu ſancto dicet̄

Qui cum patre ⁊ eodem ſpiritu ſctō viuis et reg. Itē orōnes ad patrem in quibus mentionem de trinitate facimus ſic concludimus. In qua viuis ⁊ regnas ſicut ĩ illis orōnibꝰ Oīps ſēpitne deꝰ ꝗ dediſti nobꝫ. Populū tuū dn̄e. Illas autem quas ad ipſam trinitatē dirigimus: ſic finimꝰ. Qui viuis ⁊ regnas deꝰ vt hic. Placeat tibi ſancta trinitas obſeq.

¶ Secūdū aūt romanā eccleſiā nullā orationē cū. Per eū qui vēturus eſt iudicare. cōcludimus niſi quando fit exorciſmus in quo dyabolum ꝑ diuinū iudiciū vt a creatura dei recedat exorciſamus. Nam in aliis orationibus quas cum Per dominum. concludimus patrem vt per amorem filii nobis ſubueniat imploramus. In exorciſmis autem dyabolum per dei iudicium vt aufugiat increpamus in quo iudicio ſcit ſe dyabolus potētiſſime dānandū: cuius timore iudicii ꝯcutiť

Dum legitur epiſtola et canitur gradale. et Alleluya. vel tractus vel tropus ſedeat cum miniſtris vſꝗ ad euangelium legendum. Dum petit diaconus benedictionem: reſpondeat ſacerdos dicens. Dominus aperiat tibi os ad legendum et nobis aures ad intelligendum ſanctum euangelium dei pacis. In nomine patris et filii et ſpiritus ſancti. Amen. Et diaconus dicat. Da michi domine ſermonem rectum ⁊ beneſonantem in os meū vt placeant tibi verba mea et omnibus audientibus propter nomē tuum in vitam eternam. Amen.

Poſt lectum euangelium dicat ſacerdos ſecrete. Benedictus qui venit in nomine domini. Poſtea oſculetur textum. Statim ſacerdos in medio altaris ſimbolum fidei incipiat excelſa voce.



Credo in vnum deum. Patrem omnipotētē factorē celi et terre viſibilium omnium et inuiſibilium. Et in vnum dn̄m ieſum chriſtum filium dei vnigenitū. Et ex patre natū āte omnia ſecula. Deum de deo lumen de lumine deū verum de deo vero. Genitum non factū conſubſtātialē patri per quem omnia facta ſūt. Qui propter nos homines et propter noſtram ſalutem deſcendit de celis. Et incarnatus eſt de ſpiritu ſācto ex maria virgine ⁊ homo factus eſt. Crucifixus etiam pro nobis ſub pōtio pylato. Paſſus et ſepultus eſt. Et reſurrexit tercia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in celum ſedet ad dexteram patris. Et iterum venturꝰ eſt cum gloria iudicare viuos et mortuos. Cuius regni non erit finis. Et in ſpiritum ſanctum dominum ⁊ viuificātē. Qui ex prē filioqꝫ procedit. Qui cū prē et filio ſimꝉ adorať et ꝯglorificať. Qui locutꝰ eſt ꝑ ꝓphetas. Et vnā ſctāꝫ catholicā ⁊ apoſtolicā eccleſiā. Cōfiteor vnū baptiſma in remiſſionē peccatoꝝ. Et expecto reſurrectionē mortuoꝝ. Et vitā vēturi ſcli. Amē.

¶ Notādū ꝙ Credo dr̄ generaliť oībꝰ dn̄icis diebꝰ ꝑ totū ānū ſiue ĩ eis fiat ſeruitium de dn̄o. ſiue de ſctō quocunqꝫ. In die natalis dn̄i ⁊ quotidie ꝑ oc. In die epyphanie ⁊ ĩ die octabarū. In die paſche ⁊ quotidie ꝑ oc. In die aſcēſiōis ⁊ ĩ die oct. In die pēthecoſ. et quotidie ꝑ octa. In feſto corporis xp̄i ⁊ die octauaꝝ. Et in oībꝰ feſtis beate marie virginis ⁊ ĩ diebꝰ oct. aſſumptionis ⁊ natiuitatis eiuſdē.

Et in feſtis apoſtolorū petri et pauli: in die octaua. Et generaliter in omnibus feſtis apoſtolorum ⁊ euāgeliſtarum. Et in feſto ſancti petri ad vincula et in die octauarū. Et in cathedra eiuſdem. Et in vtroqꝫ feſto ſancti iohannis baptiſte. Et in vtroqꝫ feſto ſancte crucis. Et in feſto ſancte marie madalene. Et in feſto ſancti michaelis. Et in feſto omnium ſanctorum. Et in feſto reliquiarum. Et in feſto ſancti vvillelmi in matrici eccleſia tātum. Et in feſtis quattuor doctorum ſcilicet ſanctorum Gregorij. Ambroſij Auguſtini et. Hieronimi: in feſto dedicationis eccleſie dicetur etiā. Credo. in cathedralibus eccleſijs die abſolutionis prout ibi dicitur dum canitur Credo. ſubdiaconus ſum textu: et accolitus cum thuribulo chorum circumeat. Poſt cōuerſus ſacerdos ad populum dicat Dominus vobiſcum. reuerſus dicat. Oremus. Et canat cū ſuis miniſtris offertoriū. Poſtea lauet manus ⁊ componat hoſtiam ſup̄ corporales pannos ⁊ dicat.

Suſcipe ſancta trinitas hanc oblationem quam ego miſer et indignus peccator offero in honore tuo et beate marie ⁊ omnium ſanctorum tuorum pro peccatis et offenſionibus meis: pro ſalute viuorum et requie fideliū defunctorum in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. Item calicem cum vino ⁊ aqua et dicat Acceptū ſit oīpotenti deo ſacrificium iſtud in nomine patris et filij et ſpiritus ſancti. Amen. Interim lauet manus et dicat. Lauabo inter innocētes manus meas: et circundabo altare tuum domine. et hymnū Veni creator ſpiritus mētes tuorum. Poſtea ante medium altaris inclinatus dicat. In ſpiritu humilitatis ⁊ animo contrito ſuſcipiamur a te domine et ſic fiat ſacrificium noſtrum vt a te ſuſcipiatur hodie: et placeat tibi domine deus meus. Et inclinando et ingrediendo oſculetur altare: et ſignet ſacrificium dicendo Sit ſignatum ✠ Ordinatum ✠ et ſanctificatum ✠ hoc ſacrificium noſtrum Poſt verſus ad populum dicat. Orate fratres et ſorores p̄ me peccatore vt meum pariterqꝫ veſtrum domino deo acceptum ſit ſacrificium. Chorus ſecrete reſpondeat. Exaudiat te dominus in die tribulationis: vſqꝫ: memor ſit omnis ſacrificij tui. Poſt cōuerſus ad altare dicat ſecretas ⁊ concludat. Per dominum noſtrum ieſum chriſtum filium tuum: qui tecum viuit et regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Et dicat Per omnia ſecula ſclorū. Cū alta voce. Et ſequatur prefatio q̄ ptinet ad diē.

Hec prefatio. Quia per incarnati, dicatur in die natiuitatis domini in tribus meſſis ꝑ octauas quotidie. etiam ſi dicatur de ſanctis ſiue de commemorationibus: et in die circunciſionis: et in vigilia epyphanie ſi in dominica contigerit et in dominicis diebus inter octauas epyphanie: et purificationem niſi feſtum alicuius ſancti nouem lectionū euenerit in dominica. et niſi. lxx. preueniat purificationem quia infra ſeptuageſimam vſq; ad diem cinerum non dicitur prefatio niſi communis cum de ſeptuageſima cantatur. Die autem purificationis quocunq; tempore euenerit dicetur prefatio ſequēs. Et ſi dies dominica inter purificationem et ſeptuagimam euenerit in ipſa dominica dicatur prefatio communis tantum. Et dicitur prefatio predcta in feſto corporis chriſti. Et quotidie infra octauas et octa. die. et in miſſis ſanctorū quorſicunq; infra octa. cōtingētibus. Et in cōmemorationibus.



Eterne deus. Quia per in-



carnati verbi miſterium: noua



mentis noſtre oculis lux tue cla-



ritatis infulſit. Ut dum viſibi-



liter deū cognoſcimus per hūc in-



inuiſibilium amorem rapiamur.



Et ideo cum angelis.

¶ In prima miſſa natalis domini infra actionem.

Communicantes et noctem ſacratiſſimam celebrantes. qua beate marie intemerata virginitas huic mundo edidit ſaluatorem. Sed et memoriam venerantes. In primis eiuſdem glorioſe ſēper virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chriſti. Sed ⁊ beatorū. ⁊c. ¶ In ſecūda ⁊ tercia miſſis natalis dñi ⁊ quotidie per octauas: etiam ſic canit de ſancto ſiue de commemoratione ⁊ in die circunciſionis īfra actionē.

Communicantes et diem ſacratiſſimum celebrātes quo beate marie ītemerata virginitas huic mundo edidit ſaluatorē. Sed et memoriam venerantes. In primis eiuſdem glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem dei ⁊

domini noſtri ieſu xp̄i. Sed et beatorum. ¶ Hec prefatio. Quia cum vnigenitꝰ filius tuus. Dicetur in die epyphanie l ſingulis diebꝰ per octauas et Communicantes. Similiter etiam de ſanctis dicatur ſiue de commemorationibus.

¶ Prefatio.


Eterne deus. Quia cum vni-
genitus tuus in ſubſtantia no-
ſtre mortalitatis apparuit in no-
ua nos immortalitatis ſue luce re-
parauit. Et ideo cum angelis.

¶ In die epiphanie et quotidie per octauas infra actionem.

Communicantes et diem ſacratiſſimū celebrantes: quo vnigenitus tuus in tua tecum gloria coeternꝰ in veritate noſtre carnis viſibiliter corporalis apparuit. Sed et memoriam venerantes. In primis glorioſe ſemper virginis marie genitricis eiuſdem dei et domini noſtri ieſu chriſti. Sed et beatorum. et cetera. Hec prefatio. Qui corporali. dicetur in capi. ieiunij. et ab hoc die vſqꝫ ad paſſionem in ſingulis diebus quadrageſime. tam dominicis ꝙ alijs diebus feria. exceptis miſſis que dicū tur de feſtis ſanctorum.


IN illo tp̃e. Exiens ieſus de finibꝰ tyri venit per ſidonẽ ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei ſurdum ⁊ mutũ: et deprecabanť eũ vt ĩponat illi manũ. Et apprehẽdẽs eũ de turba ſeorſũ miſit digitos ſuos ĩ auriculas eiꝰ: ⁊ expuens tetigit linguã eiꝰ. Et ſuſpiciens ĩ celũ: ĩgemuit: ⁊ ait illi. Effeta quod eſt adaperire. Et ſtatim aperte ſũt aures eiꝰ ⁊ ſolutũ eſt vinculũ lĩgue eiꝰ: ⁊ loq̃bať recte. Et p̃cepit illis ne cui dicerẽt. Quãto aũt eis p̃cipiebat tãto magis plus predicabãt: ⁊ eo ãpliꝰ ammirabanť dicẽtes. Bene oĩa fecit: ⁊ ſurdos fecit audire: ⁊ mutos loq̃. Offr. Precatꝰ eſt moyſes ĩ ꝯſpectu dñi dei ſui. Et dixit: p̃catꝰ ẽ moyſes ĩ ꝯſpectu dñi dei ſui: ⁊ dixit q̃re dñe iraſcerꝫ ĩ pplõ tuo: parce ire aĩ tui: memẽto abrahã yſaac ⁊ iacob: q̇bꝰ iuraſti dare terrã fluẽtẽ lac ⁊ mel ⁊ placatꝰ factꝰ eſt dñs de malignitate quã dixit facere pplõ ſuo. Secre.

REſpice q̃s dñe noſtrã ꝓpiciꝰ ſeruitutẽ vt qđ offerimus ſit tibi munꝰ acceptũ: ſit etiã nr̃e fragilitati ſubſidiũ. Per. Cõio. De fructu operũ tuoꝝ dñe ſatiabitur terra vt educas panẽ de t̃ra ⁊ vinũ letificet cor hoĩs vt exhilaret faciẽ in oleo ⁊ panis cor hoĩs ꝯfirmet. Pꝰc.

SEntiamꝰ dñe q̃s tui ꝑceptione ſacramẽti ſubſidiũ mẽtis et corꝑis vt ĩ vtroq̃ ſaluati celeſtis remedij plenitudine gl̃iemur. Per dñm. ¶ Fer. iiij. Ad corith. ij. iiij.

FRatres. Nõ p̃dicamus noſmetipſos: ſed dñm nr̃m ieſũ xp̃m. Nos aũt ſeruos vr̃os ꝑ ieſum qm̃ deꝰ q̇ dixit de tenebrꝫ lumẽ ſplẽdeſcere: illuxit ĩ cordibꝰ nr̃is ad illuminationẽ ſciẽtie claritatꝫ dei ĩ faciẽ xp̃i ieſu. Habemꝰ aũt theſauꝝ iſtũ ĩ vaſis fictilibꝰ: vt ſublimitas ſit virtutꝫ dei ⁊ nõ ex nobꝫ. In oĩbꝰ tribulationẽ patimur ſꝫ nõ ãguſtiamur. Aporiamur ſꝫ nõ deſtituimur. Perſecutionẽ patimur ſꝫ nõ derelinquimur. Deijcimur: ſꝫ nõ ꝑimus. Sẽꝑ mortificationẽ ieſu ĩ corꝑe nr̃o circũferẽtes vt ⁊ vita ieſu: ĩ corporibꝰ noſtris manifeſteť. Scdm mat. ix.

IN illo tp̃e. Trãſeunte ieſu ſecuti ſũt eũ duo ceci clamãtes et dicẽtes. Miſerere nr̃i fili dauid. Cũ aũt veniſſet domum: acceſſerũt ad eũ ceci ⁊ dicit eis ieſꝰ. Creditꝫ q2 poſſũ hoc facere vobꝫ? dicũt ei. Utiq̃ dñe. Tũc tetigit oclos eoꝝ dicẽs. Scdm fidẽ vr̃az fiat vobis. Et aꝑti ſũt oculi eoꝝ. Et ꝯminatus eſt illis ieſꝰ dicẽs: videte ne q̃s ſciat. Illi aũt exeũtes: diffamauerũt eũ ĩ totã terrã illã. Egreſſis aũt illis: ecce obtulerũt ei hoĩez mutũ demoniũ habẽtẽ. Et eiecto demonio locutꝰ ẽ mutꝰ: ⁊ admirate ſũt turbe dicẽtes. Nũq̃ ſic apparuit ĩ iſrl̃. Phariſei ãt dicebãt In p̃ncipe demonioꝝ eijcit demones. Et circuibat ieſꝰ ciuitates oẽs ⁊ caſtella: docẽs in ſynagogis eorũ ⁊ p̃dicãs euãgeliũ regni ⁊ curãs oẽm lãguorẽ: ⁊ omnẽ infirmitatẽ. ¶ Fer. vi. Ad corithios. ij. iiij.

FRatres. Sẽꝑ nos q̇ viuimus in mortẽ tradimur ꝓpter ieſũ: vt ⁊ vita ieſu manifeſteť ĩ carne nr̃a mortali. Ergo mors ĩ nobis opať vita aũt ĩ vobis. Habẽtes aũt eūdē ſpm̄ fidei ſicut ſcriptū ē. Credidi propt̄ qđ locutꝰ ſū. Et nos credimꝰ propt̄ qđ ⁊ loquimur: ſcientes q̄m q̇ ſuſcitauit dn̄m ieſū: ⁊ nos cū ieſu ſuſcitabit ⁊ cōſtituet vobiſcū. Oīa enī propter nos: vt gr̄a abundans per multas grarum actiones abūdet i glīa dei propt̄ qđ nō deficimꝰ. Sʒ licet is q̇ foris eſt nr̄ hō corrūpatur: tn̄ is q̇ itus eſt renouat̄ de die i diē. Id eī qđ i pr̄ſēti eſt momētaneū ⁊ leue tribulatiōis nr̄e ſupra modū i ſublimitate eternū glīe pōdus operatur i nobis nō cōtēplātibus q̄ vident̄ ſed q̄ nō vident̄. Que enī vident̄ tp̄alia ſunt: q̄ aūt nō videntur eterna ſunt. Scđʒ matheū.

IN illo tp̄e. Cepit ieſus exprobrare ciuitatibus i q̄bꝰ facte ſūt plurime virtutes eiꝰ: qꝛ nō egiſſent penitētiā. Ve tibi corozain ve tibi bethſaida. Qꝛ ſi i tyro ⁊ ſydone facte eſſēt vtutes q̄ facte ſūt i vobis: olī i cilicio ⁊ cinere penitētiā egiſſēt. Verūtn̄ dico vobis: tyro ⁊ ſydoni remiſſius erit i die iudicij q̄ vobis. Et tu capharnaū nunq̇d vſq3 i celū exaltaberis? Vſq3 in infernū deſcēdes. Qꝛ ſi in ſodomis facte fuiſſēt virtutes q̄ facte ſunt i te: forte manſiſſēt vſq3 in hunc diem. Verūtamen dico vobis: qꝛ terre ſodomorum remiſſius erit in die iudicij q̄ tibi. ¶ Dominica.xiij. Officiū.

REſpice dn̄e i teſtamētū tuū: ⁊ aīas pauperū tuorū ne derelinquas i finē: exurge dn̄e ⁊ iudica cauſā tuā ⁊ ne obliuiſcarꝪ voces q̄rētiū te. ps. Vt q̇d deꝰ repuliſti i finē: iratus eſt furor tuus ſup oues paſcue tue. Or.

OMnip̄s ſempiterne deꝰ de cuiꝰ munere venit vt tibi a fidelibꝰ tuis digne et laudabilit̄ ſeruiatur: tribue q̄s nobis vt ad promiſſiones tuas ſine offēſione curramꝰ per dn̄m nr̄m. ¶ Ad galathas.iij.

FRatres. Abrahe dicte ſunt ꝓmiſſiones: ⁊ ſemini eiꝰ. Nō dicit ⁊ ſeminibus quaſi in multis: ſed quaſi i vno ⁊ ſemini tuo qui eſt xp̄s. Hoc aūt dico teſtamentū ꝯfirmatū a deo q̄ poſt quadringentos ⁊ triginta ānos fctā eſt lex nō irritū facit ad euacuādā ꝓmiſſionē. Nā ſi ex lege hereditas: iā nō ex promiſſione. Abrahe aūt ꝑ repromiſſionē donauit deꝰ. Quid igitur lex? Propter trāſgreſſiōes poſita eſt donec veniret ſemen cui promiſerat ordinata ꝑ angelos: in manu mediatoris. Mediator aūt vniꝰ nō eſt: deus aūt vnꝰ eſt. Lex ergo aduerſꝰ ꝓmiſſa dei? Abſit. Si enī data eſſet lex q̄ poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſticia. Sed ꝯcluſit ſcriptura oīa ſub pctō: vt ꝓmiſſio ex fide ieſu xp̄i daret̄ credētibꝰ. Gr. Reſpice dn̄e i teſtamētū tuū ⁊ aīas pauperū tuorū ne obliuiſcaris in finē. ℣. Exurge dn̄e ⁊ iudica cauſā tuā memor eſto opꝓbrij ſeruorū tuorū. All'a. ℣. Dn̄e deꝰ ſalutꝪ mee in die clamaui et nocte corā te. Secūdum lucā decimo.

IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Bt̄i oculi q̄ vident: q̄ vos videtꝪ. Dico enī vobis: ꝙ multi reges ⁊ ꝓphete voluerūt videre q̄ vos videtꝪ ⁊ nō viderūt. Et audire q̄ vos audiſtis: ⁊ nō audierūt. Et ecce q̇dā legiſperitꝰ ſurrexit: tētās illū et dicēs. Magiſter q̇d faciendo vitā etnā poſſidebo? At ille dixit ad eū. In lege q̇d ſcriptū ē quomodo legꝪ? Ille reſpōdēs: dixit. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua: ⁊ oībꝰ viribꝰ tuis et ex oī mēte tua ⁊ ꝓximū tuū ſicut teipſū. Dixitq3 illi. Recte reſpōdiſti/ hoc fac ⁊ viues. Ille aūt volens iuſtificare ſeipſū dixit ad ieſū. Et q̇s eſt meꝰ ꝓximꝰ? Suſpiciēs aūt ieſꝰ dixit. Hõ qdā descēdebat ab hierusalē ĩ hiericho ⁊ icidit ĩ latrões. Qui etiā dispoliauerũt eũ ⁊ plagis ipositis abierũt: semiuiuo relicto Accidit aũt vt sacerdos qdā descēderet eadē via: ⁊ viso illo ꝑterijt. Similit̃ ⁊ leuita cũ esset sec⁹ locũ ⁊ videret eũ: ꝑtransijt. Samaritan⁹ autē quidā iter faciēs venit sec⁹ eũ ⁊ vidēs eũ: mīa mot⁹ est. Et appropiās alligauit vulnera ei⁹: ifūdēs oleũ ⁊ vinũ Et iponēs illũ in iumētũ suũ duxit ĩ stabulũ et curā eius egit. Et altera die ꝓtulit duos denarios ⁊ dedit stabulario / et ait. Curā illi⁹ habe: et qdcũqꝫ superogaueris: ego cum rediero reddā tibi. Quis hoꝝ triũ videtur tibi ꝓximus fuisse illi q̃ incidit ĩ latrones? At ille dixit Qui fecit mīam in illum. Et ait illi iesus. Vade: ⁊ tu fac similit̃. Offer. In te sꝑaui dñe dixi tu es deus me⁹ in manibus tuis tempora mea. Secreta.

Hostias q̄s dñe ꝓpici⁹ itende: quas sacris altaribus exhibem⁹ vt nob̄ ĩdulgētiā largiēdo: tuo noi dēt honorē. p. Cõi. Panē de celo dedisti nob̄ dñe habētē oē delectamētũ ⁊ oēm saporē suauitat̃. Postcõ.

Viuificet nos q̄s dñe hui⁹ participatio sancta misterij: et parit̃ nobis expiationē tribuat ⁊ munimē. p. ¶ Fer. iiii. Ad corinthi.

Fratres. Scimus qm̄ si terrestris domus nr̄a huius habitationis dissoluat̃: qd edificationē ex deo habem⁹ domũ non manufactā eternā ĩ celis. Nā ⁊ in hoc ingemiscimus habitationē nostrā q̃ de celo est supindui cupiētes: si tamē vestiti ⁊ nõ nudi iueniamur. Nā et q̃ sum⁹ ĩ hoc tabernaculo ingemiscim⁹ grauati qd nolum⁹ expoliari / sed supuestiri: vt absorbeat̃ qd mortale est a vita. Qui autē efficit nos in hoc ipsum: deus q̃ dedit nobis pignus spiritus. Audiētes igit̃ semꝑ ⁊ sciētes: qm̄ dũ sum⁹ in corpore pergrinamur a dño: per fidem enim ambulamus et nõ per speciē. Audemus autē ⁊ bonā volũtatem habemus magis peregrinari a corpore ⁊ presentes esse ad dñm et ideo ꝯtēdim⁹ siue absētes siue presētes placere illi. Oēs enim nos manifestari oportet āte tribunal christi vt referat vnusq̄sqꝫ ꝓpria corporis sui prout gessit siue bonũ siue malum. Scientes ergo timorem dñi hoīb⁹ suadem⁹: deo autem manifesti sumus. Spero autē ⁊ in conscientiis vestris manifestos nos esse: ꝑ iesũ xp̄m dñm nr̄m. Scdm matheum.

In illo tp̄e. Abeuntes pharisei ꝯsiliũ faciebāt aduers⁹ iesũ quomodo eũ ꝑderēt. Ies⁹ aũt sciēs recessit inde: et secuti sunt eũ multi et curauit eos omnes. Et p̄cepit eis ne manifestum eũ facerēt: vt adimpleret qd dictũ est ꝑ ysaiā prophetā dicētē. Ecce puer me⁹ quē elegi: dilectus me⁹ in quo bene ꝯplacuit aīe mee. Ponā spm̄ meũ sup eũ: ⁊ iudiciũ gētib⁹ nũciabit. Nõ cõtēdet neqꝫ clamabit: neqꝫ audiet aliq̄s ĩ plateis vocē ei⁹. Arũdinē quassatā nõ cõfringet: et lignũ fumigās non extinguet / donec eiciat ad victoriā iudiciũ. Et in noīe ei⁹: gētes sperabunt ¶ Feria. iiij. Ad corinthios.

Fratres Scimus qm̄ lex spiritualis est: ego autē carnalis sum: venundatus sub peccato. Nõ ego operor nõ itelligo. Nõ eni qd volo hoc ago: sꝫ qd odi illud facio. Si aũt qd volo illud facio: ꝯsentio legi qm̄ bona est. Nũc aũt iā nõ operor illd: sꝫ qd habitat ĩ me peccatũ. Scio eni qr nõ habitat ĩ me hoc est ĩ carne mea bonũ Nā velle adiacet michi: ꝑficere autē bonũ nõ inuenio. Nõ eĩ qd volo bonũ hoc facio:

ſed qđ nolo malū hoc ago. Si autē qđ nolo illud facio non ego operoꝛ pctm̄. Inuenio igit̄ legē volēti michi facere bonū: qm̄ michi malum adiacet. Cōdelectoꝛ ei legi dei: ſecūdū īterioꝛē hoiem. Video aūt aliā legē in mēbꝛis meis repugnantē legi mētis mee: ⁊ captiuātē me ī lege peccati q̄ eſt in mēbꝛis meis. Infelix ego homo Quis me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtis huiꝰ? Grā dei: ꝑ ieſum xp̄m dñm noſtrū. S. lucam.

IN illo tp̄e. Ibat ieſꝰ ꝑ ciuitates ⁊ caſtella docens et iter faciēs ī hieruſalē. Ait aūt illi: quidā Dñe ſi pauci ſūt q̄ ſaluāt̄? Ip̄e aūt dixit ad illos. Cōtēdite ītrare ꝑ anguſtā poꝛtam: qꝛ vobis dico multi q̄rent ītrare: ⁊ nō poterūt. Cū aūt intrauerit paťfamilias ⁊ clauſerit oſtiū īcipietis foꝛis ſtare ⁊ pulſare oſtiū dicētes. Dñe: ap̄i nob̄. Et reſpondēs: dicet. Neſcio vos: vn̄de ſitis. Tūc īcipietis dicere. Māducauimus coꝛā te ⁊ bibimꝰ: ⁊ in plateis nr̄is docuiſti Et dicet vobis Neſcio vos: vn̄de ſitis. Diſcedite a me oēs opariȷ īiq̄tatis. Ibi erit fletꝰ ⁊ ſtridoꝛ dētiū: cū videritis abꝛahā ⁊ yſaac ⁊ iacob ⁊ oēs ꝓphetas ī regno dei vos aūt expelli foꝛas. Et veniēt ab oꝛiēte ⁊ occidēte ⁊ aq̄lone ⁊ auſtro: ⁊ recūbēt ī regno dei. Et ecce ſūt nouiſſimi q̄ erāt p̄mi: ⁊ ſūt p̄mi q̄ erāt nouiſſimi. ¶ Dñica. xiiij.

PRotectoꝛ nr̄ aſpice deus et reſpice in faciem xp̄i tui qꝛ melioꝛ eſt dies vna ī atrijs tuiſ ſr̄ milia. ꝟ Quā dilecta tabernacula tua dñe v̄tutū ꝯcupiſcit ⁊ deficit aīa mea ī atria dñi. Oꝛ.

OMnip̄s ſēpiterne deꝰ da nobis fidei ſpei ⁊ caritatis augmentum: ⁊ vt mereamur aſſequi quod ꝓmittis: fac nos amare quod precipis. Per dñm. Ad galathas. v.

FRatres. Sp̄ū ābulate: et deſideria carnis non ꝑficietis Caro enī ꝯcupiſcit aduerſꝰ ſp̄m ſpiritꝰ aūt aduerſꝰ carnē. Hec eī ſibi inuicē aduerſāt̄: vt nō q̄cūq; vultis illa faciatis. Qđ ſi ſp̄ū ducimi non eſtis ſub lege. Manifeſta aūt ſunt opa carnis: q̄ ſūt foꝛnicatio / imundicia / īpudicitia / luxuria / idoloꝝ ſeruitꝰ / beneficia / inimicie / ꝯtētiones / emulatiōes / ire / rixe / diſſētiones / ſecte / inuidie / homicidia / ebꝛietates / cōmeſſatiōes / ⁊ his ſimilia q̄ p̄dico vobis ſicut p̄dixi: qm̄ qui talia agūt: regnū dei nō ꝯſequētur Fructꝰ autē ſp̄ūs ē caritas gaudiū pax / patiētia / lōganimitas / bonitas / benignitas / māſuetudo / fides modeſtia / ꝯtinentia / caſtitas. Aduerſꝰ huiuſmodi: nō ē lex. Qui aūt ſūt xp̄i carnē ſuā crucifixerūt: cū vicijs ⁊ ꝯcupiſcētijs. Gꝛ. Bonum eſt ꝯfiteri dño: ⁊ pſallere noī tuo altiſſime. ꝟ Ad ānūciandū mane mīam tuam ⁊ v̄itatē tuā ꝑ noctē. All'a. ꝟ. Dñe refugiū factus es nobis a gñatione ⁊ ꝓgenie. Secūdū lucā. xvij.

IN illo tp̄e. Cū iret ieſꝰ in hieruſalē: trāſibat ꝑ mediam ſamariā et galileā. Et cū ingrederet̄ qđdā caſtellū occurrerūt ei decē viri leꝓſi Qui ſteterūt alōge ⁊ leuauerūt vocē dicētes. Ieſu p̄ceptoꝛ miſerere nr̄i. Quos vt vidit dixit. Ite oſtēdite vos ſacerdotibꝰ. Et factū eſt dū irēt: mūdati ſūt. Vnꝰ aūt ex illis vt vidit qꝛ mūdatꝰ eſt: regreſſus eſt cū magna voce magnificās deū. Et cecidit ī faciē āte pedes eiꝰ grās agēs. Et hic erat ſamaritanꝰ Reſpōdēs autē ieſꝰ: dixit. Nonne decē mūdati ſunt: ⁊ nouē vbi ſūt? Nō ē inuētꝰ q̄ rediret ⁊ daret gloꝛiā deo niſi hic alienigena. Et ait illi. Surge / vade / qꝛ fides tua: te ſaluū fecit. Off. Immittit āgelꝰ dñi ī circucuitu timētiū eum ⁊ eripiet eos gustate ⁊ videte qm̄ suauꝫ ē dn̄s. Secr̄

PRopiciare dn̄e populo tuo / ꝓpiciare muneribus: vt hac oblatione placatus īdulgentiā nobis tribuas ⁊ postulata concedas. Per do. Cōio. Panꝫ quē ego dedero caro mea ē ꝓ seculi vita. Postcōio.

SUmptis dn̄e celestibus sacramētis ad redēptionis eterne q̄s proficiamus augmentum. Per dn̄m. ¶Feria.iiij. Ad corinthios.

FRatres. Nolite iugum ducere cū īfidelibꝰ: sed cum fidelibus. Que eī participatio iusticie cū iniq̄tate: aut q̄ societas lucis ad tenebras? Que aūt ꝯuentio xp̄i ad belial? Aut q̄ pars fidelis cū īfideli? Quis aūt cōsensꝰ tēplo dei cū ydolis? Vos enī estis tēplū dei viui: sicut dicit deꝰ. Qm̄ īhabitabo ī illis ⁊ inābulabo ⁊ ero illoꝝ deꝰ et ipsi erūt michi populꝰ: ꝓpt̄ qđ exite de medio eoꝝ: ⁊ separamini dicit dn̄s ⁊ īmūdū ne tetigeritꝫ ⁊ ego recipiā vos ⁊ ero vobis ī patrē: ⁊ vos eritꝫ michi in filios et ī filias: dicit dn̄s oīps. Has ergo ꝓmissiōes habētes carissimi: mūdemꝰ nos ab oī inq̄namēto carnis et sp̄us ꝑficiētes sctificationē ī timore dei. S.lucam.vi.

IN illo tp̄e: Venit ad iesum leprosꝰ dep̄cās eū: et genu flexo dixit. Si vis: potes me mūdare. Iesꝰ aūt misertꝰ eiꝰ: extēdit manū suā ⁊ tāgēs eū: ait illi. Volo. Mundare. Et cū dixisset statī discessit ab eo lepra: ⁊ mūdatꝰ est. Et cōminatꝰ est ei: statimq̄ eiecit illū / ⁊ dixit ei Vide nemini dixeris / sed vade: ostēde te p̄ncipibus sacerdotū ⁊ offer ꝓ emūdatione tua q̄ precepit moyses ī testimoniū illis. Et ille egressꝰ cepit p̄dicare ⁊ diffamare sermonem ita vt iā nō posset manifeste in ciuitatē introire: sed foris in desertis locis esse. Et conueniebāt ad eū: vndiq̄. ¶Feria sexta. Ad corithios.

FRatres: An nescitis q̄ iniq̄ regnū dei non possidebunt? Nolite errare / neq̄ fornicarij neq̄ ydolis seruiētes / neq̄ adulteri neq̄ molles: neq̄ masculoꝝ ꝯcubitores neq̄ fures / neq̄ auari / neq̄ ebriosi neq̄ maledici / neq̄ rapaces / regnū dei possidebūt. Et hec q̄dē fuistis sꝫ abluti estꝫ ī noīe dn̄i nr̄i iesu xp̄i ⁊ ī sp̄u dei nr̄i. Oīa michi licēt: sed nō oīa expediunt. Oīa michi licēt: sed ego sub nullius redigar potestate. Esca vētri / ⁊ vēter escis: deꝰ aūt ⁊ hūc ⁊ hāc destruet. Corpꝰ autē nō fornicationi sed dn̄o: ⁊ dn̄s corpi. Deꝰ vero et dn̄m suscitauit: ⁊ nos suscitabit ꝑ virtutē suā. S.lucam

IN illo tp̄e. Iter faciebat iesꝰ ꝑ ciuitatē ⁊ castellum p̄dicās et euangelizans regnum dei ⁊ duodecim cū illo: ⁊ mulieres alique q̄ erāt curate a spiritibꝰ malignis ⁊ īfirmitatibꝰ. Maria q̄ vocat̄ magdalene: de qua demonia septē eiecerat. Et iohāna vxor chusi ꝓcuratoris herodis: ⁊ susāna et alie multe q̄ ministrabāt ei: de facultatibꝰ suis

¶Dominica quīdecima. Officiū.

INclina dn̄e aurē tuam et exaudi me: saluū fac seruū tuum deus meus sperantē ī te: miserere michi domine quoniā ad te clamaui tota die. P̄s. Letifica animā serui tui quoniā ad te dn̄e animā meā leuaui. Oratio.

CUstodi dn̄e q̄s ecclesiam tuam ꝓpiciatione perpetua: ⁊ quia sine te labitur humana mortalitas tuis semper auxilijs et abstrahatur a noxijs et ad salutaria dirigatur. Per dn̄m. Ad galathas.vi.

FRatres: Si spiritu viuimꝰ spiritu et ābulemus. Nō efficiamur inanis glorie cupidi inuicē prouocātes inuicē inuidētes. Fratres et ſi ꝓoccupatus fuerit homo ī aliquo delicto: vos q̇ ſpūales eſtis īſtruite huiuſmodi ī ſpiritu lenitatis: cōſiderās teipſū/ ne ⁊ tu tēterꝫ. Alt̄ alteri⁹ onera portate: ⁊ ſic adimplebitꝫ legē xp̄i. Nā ſi q̇s exiſtimat ſe aliq̇d eſſe cū nichil ſit: ip̄e ſe ſeducit. Opus aūt ſuum ꝓbet vnuſq̇ſq; et ſic ī ſemetipſo tantū gloriā habebit ⁊ nō in altero. Vnuſq̇ſq; enim: onus ſuū portabit. Cōmunicet aūt is q̇ cathezizat̄ verbo ei qui ſe cathezizat: in oīb⁹ bonis. Nolite errare: de⁹ nō irridet̄. Que enī ſeminauerit homo: hec et metet. Nā q̇ ſeminat ī carne ſua: de carne ⁊ metet corruptionē. Qui aūt ſeminat ī ſpiritu: de ſpū metet vitā eternā. Bonū autē faciētes nō deficiam⁹: tēpore enī ſuo metem⁹ nō deficientes. Ergo dū tempus habemus: operemur bonū ad oēs. Maxime autē: ad domeſticos fidei. Gra. Bonū eſt cōfidere ī dn̄o q̄ꝫ cōfidere ī hoīe. V. Bonū eſt ſperare ī dn̄o q̄ꝫ ſperare in p̄ncipib⁹. Alla. V. Venite exultem⁹ dn̄o iubilem⁹ deo ſalutari nr̄o. Scdꝫ mat. vi.

IN illo tp̄e. Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Nemo poteſt duob⁹ dn̄is ſeruire. Aut enī vnū odio habebit ⁊ alterū diliget: aut vnū ſuſtinebit ⁊ alterū cōtemnet. Non poteſtis deo ſeruire: ⁊ mammone. Ideo dico vobis ne ſolliciti ſitis aīe vr̄e q̇d māducetis: neq; corpori veſtro q̇d īduamini. Nōne aīa plus eſt q̄ꝫ eſca: ⁊ corpus pluſq̄ꝫ veſtimentū? Reſpicite volatilia celi: q̈m nō ſerunt neq; metūt neq; cōgregant in horrea: ⁊ pat̄ veſter celeſtis paſcit illa. Nōne vos magis pluris eſtis illis? Quis aūt veſtrū cogitans poteſt adiicere ad ſtaturā ſuā cubitū vnū? Et de veſtimēto: q̇d ſolliciti eſtis? Cōſiderate lilia agri quomodo creſcūt: nō laborāt neq; nent. Dico aūt vobis q̈m nec ſalomō ī omni gloria ſua: coop̄tus eſt ſicut vnū ex iſtis. Si autē fenū agri q̇d hodie eſt ⁊ cras ī clibanū mittitur de⁹ ſic veſtit: quātomagis vos minime fidei? Nolite ergo ſolliciti eē dicētes q̇d mādučabim⁹/ aut q̇d bibemus: aut quo operiemur? Hec enī oīa gētes inq̇rūt. Scit eī pr̄ vr̄: q² his oībus īdigetis. Querite ergo ꝓmū regnū dei ⁊ iuſticiā ei⁹: ⁊ hec oīa: adiicient̄ vobis. Offer. Expectās expectaui dn̄z ⁊ reſpexit me ⁊ exaudiuit dep̄cationē meā ⁊ imiſit in os meū cāticū nouū hymnū deo nr̄o. Secr.

COncede nobis q̄s dn̄e vt hec hoſtia ſalutaris et noſtrorū fiat purgatio delictoꝝ: ⁊ tue propiciatio maieſtatis. Per dn̄m noſtrū. Cōio. Qui manducat carnē meam et bibit ſāguinē meū in me manet: et ego in eo dicit dominus. Poſtcō.

PUrificēt ſemp̄ ⁊ muniāt tua ſacramenta nos deus: et ad perpetue ducant ſaluationis effectum. Per dn̄m noſtrum ieſū xp̄m.

¶ Fer. iiii. quattuor tēpoꝝ. Offi.

EXultate deo adiutori noſtro iubilate deo iacob: ſumite pſalmū iocūdum cū cythara: canite initiū mēſis tuba q² preceptū in iſrael eſt: ⁊ iudicium deo iacob. Ps. Ego enī ſū dn̄s deus tu⁹ q̇ eduxi te de terra egypti: dilata os tuū ⁊ implebo illud. Or. ſine Dn̄s vobiſcū. ſed cū Oremus. Or.

MIſericordie tue remediis q̄ſumus dn̄e fragilitas noſtra ſubſiſtat: vt que ſua cōditione atteritur tua clemētia reparetur. Per dn̄m. ¶ Lectio amos prophete. ix.

HEc dicit dn̄s. Ecce dies veniunt dicit dn̄s: et cōp̄hendet arator meſſorē: ⁊ calcator vue mittentē ſemē. Et ſtillabūt mōtes dul cedinē ⁊ oēs colles culti erāt. Et cōuertā captiuitatē populi mei iſrl: ⁊ edificabūt ciuitates deſertas ⁊ habitabūt ī eis. Et plātabūt vineas ⁊ bibēt vinū eaꝝ ⁊ faciēt ortos ⁊ comedēt fructū eoꝝ. Et plātabo eos ſr humū ſuā: ⁊ nō euellā eos vltra de terra ſua quā dedi eis. Dicit dñs oṗs. Grad. Dñe refugiū factus es nobꝫ a gñatiōe ⁊ ꝓgenie. ℣. Priuſꝙ mōtes fierēt aut formarēt tra ⁊ orbis a ſclo ⁊ ī ſclm tu es de⁹. Gr poſt ꝟſum non repe. Dñs vobiſcū. Orō

PRēſta qs dñe familie tue ſupplicanti: vt dū a cibis corporalib⁹ ſe abſtinet a vitijs mēte ieiunet. P. ¶ Lectio eſdre prophete. vīj

IN dieb⁹ illis. Congregatus eſt oīs popul⁹ quaſi vir vnus ad plateā q̄ eſt ante portā aquaꝝ: ⁊ dixerūt eſdre ſcribe vt afferret librū legis moyſi quē ꝑcepat dñs iſraeli. Attulit aūt eſdras ſacerdos legem corā multitudine viroꝝ ⁊ mulierū cūctis q̄ poterāt ītelligere in die ṗma mēſis ſeptimi ⁊ legit in ea aperte ī platea q̄ erat āte portā aquaꝝ a mane vſq; ad mediā diē / ī ꝯſpectu viroꝝ et mulierū ſapiētiū et aures oīs ppli / erāt erecte ad librū. Stetit autē eſdras ſcriba ſup gradū ligneū: quem fecerat ad loquēdū. Et ſteterūt iuxta eū. Et apuit eſdras librū corā oī pplo: ⁊ bñdixit eſdras dño deo magno. Et reſpondit oīs populus: amen. Eleuans autē oīs popul⁹ man⁹ ſuas īcuruati ſunt: ⁊ adorauerūt ꝓni in terrā. Porro leuite ſilētiū faciebāt ī pplo: ad audiendā legē. Popul⁹ aūt ſtabat ī gradu ſuo: ⁊ legerūt ī libro legis dei diſtīcte et apte ad intelligendū ⁊ ītellexerūt cum legerēt. Dixit autem neemias ⁊ eſdras ſacerdos ⁊ ſcriba et leuite īterp̄tātes vniuerſo populo. Dies ſctificat⁹ eſt dño deo nr̄o nolite lugere / nolite flere. Et dixit eis. Ite comedite pīguia / ⁊ bibite mulſū ⁊ mittite partes eis q̄ nō preparauerūt ſibi: q2 ſanctus dies dñi eſt / et nolite cōtriſtari. Gaudiū ei dñi: eſt fortitudo veſtra. Offerto. Quis ſicut dñs de⁹ noſter q̄ in altis habitat ⁊ hūilia reſpicit ī celo ⁊ ī tra. ℣. Suſcitās a tra īopē: et de ſtercore erigēs pauperē. Grada. poſt ꝟſum repetatur. Scdm marcū. ix.

IN illo tp̄e. Reſpōdēs vn⁹ de turba dixit ad ieſum. Magiſter attuli filiū meū ad te: habētem ſpiritū mutū. Qui vbicūq; eū apprehenderit allidit eū et ſpumat et ſtridet dētibus et areſcit. Et dixi diſcipulis tuis vt eijcerent illū: ⁊ nō potuerūt. Qui reſpōdēs: ait. O gñātio incredula quādiu apud vos ero ꝗdiu vos patiar? Afferte illum ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidiſſet illum: ſtatim ſpiritus cōturbauit eum. Et eliſus ī terra: volutabat ſpumās. Et interrogauit patrem eius. Quātū temporis eſt ex quo ei hoc accidit? At ille ait Ab infantia Et frequēter eum ī ignē et ī aquas miſit vt eum perderet. Sed ſi quid potes adiuua nos: miſertus noſtri Jeſus aūt ait illi. Si potes credere omnia poſſibilia ſunt credenti. Et cōtinuo exclamās pater pueri: cū lachrymis aiebat. Credo dñe adiuua īcredulitatē meā. Et cum videret ieſus cōcurrētē turbā: cōminatus eſt ſpiritui immundo dicēs illi Surde ⁊ mute ſpiritus ego tibi ꝑcipio exi ab eo et āplius ne ītroeas in eum. Et clamās et multū diſcerpens eū exijt ab eo. Et factus eſt ſicut mortu⁹: ita vt multi dicerēt q2 mortu⁹ eſt. Jeſus autem tenēs manum eius eleuauit eum ⁊ ſurrexit. Et cum ītroiſſet domum diſcipuli eius ſecreto īterrogabāt eū. Qua re nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis. Hoc genꝰ ī nullo poteſt exire: niſi ī oꝛatione ⁊ ieiunio. Offer. Meditaboꝛ ī mādatꝫ tuis q̄ dilexi valde: et leuabo manꝰ meas ad mādata tua que dilexi. Secre.

HEc hoſtia domine queſumus emundet nr̄a delicta: et ad ſacrificium celebrādum ſubditoꝛum tibi coꝛpoꝛa / menteſq̄ ſanctificet. Per dn̄m noſtrū ieſum xp̄m. Cōio. Comedite pīguia ⁊ bibite mulſū: ⁊ mittite partes eis q̄ nō p̄parauerūt ſibi: ſāctꝰ enim dies dn̄i eſt nolite cōtriſtari: gaudium etenim dn̄i eſt foꝛtitudo veſtra. Poſtcommunio.

SUmētes domīe dona celeſtia ſuppliciter depꝛecamur: vt q̄ ſedula ſeruitute donante te gerimus: dignis ſenſibus tuo munere capiamus. Per dn̄m noſtrum ieſū.

¶ Feria ſexta .iiij. tempoꝝ. Offiū.

LEtetur coꝛ querētium dn̄m querite dn̄m: et confirmamini: querite faciem eius ſemꝑ. ps. Confitemini dn̄o et inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera eius. Oꝛatio

PReſta q̄s oīps deus: vt obſeruationes ſacras annua deuotione recolētes: et coꝛpoꝛe tibi placeamus et mente. Per dn̄m noſtrū ieſū xp̄m. Lectio oſee. ꝓphete. xiiij

HEc dicit dn̄s. Conuertere iſrael ad dn̄m deū tuū: quoniā coꝛruiſti ī iniquitate tua. Tollite vobiſcū v̄ba ⁊ ꝯuertimini ad dn̄m: ⁊ dicite ei. Oēm aufer iniq̄tatē ⁊ accipe bonū ⁊ reddemꝰ vitulos labioꝝ nr̄oꝝ. Aſſur nō ſaluabit nos: ſuper equū nō aſcēdemꝰ neq̄ dicemꝰ vltra dii nr̄i op̄a manuū nr̄arū: qꝛ eiꝰ q̄ ī te ē miſereberis populi. Sanabo cōtritiōes eoꝝ diligā eos ſpōtanee qꝛ auerſus eſt furoꝛ meus ab eis. Ero quaſi ros iſrael germinabit quaſi liliū. Erūpet radix eiꝰ vt libani ibūt rami eiꝰ. Et erit quaſi oliua gloꝛia eiꝰ: ⁊ odoꝛ eius vt libani. Cōuertentur ſedentes ī vmbꝛa eius: viuent tritico / ⁊ germinabūt quaſi vinea. Memoꝛiale eius: ſicut vinum libani. Ego exaudiā ⁊ dirigam eum: ego vt abietē virentē ex me fructus eius inuētus eſt. Quis ſapiēs ⁊ ītelliget iſta: ⁊ ītelligēs ſciet hec? Quia recte vie dn̄i ⁊ iuſti ambulabunt ī eis. Gradal. Cōuertere dn̄e aliquātulū et depꝛecare ſuꝑ ſeruos tuos. vꝰ. Dn̄e refugiū fc̄tus es nobꝫ a gn̄atiōe ⁊ ꝓgenie. S. lu. vii.

IN illo tēpoꝛe. Rogabat ieſū quidam phariſeus: vt māducaret cum illo. Et ingreſſus domū phariſei diſcubuit. Et ecce mulier q̄ erat ī ciuitate peccatrix: vt cognouit ꝙ accubuiſſet in domum phariſei: attulit alabaſtrum vnguēti et ſtās retro circa pedes eiꝰ lacrimis cepit rigare pedes eiꝰ ⁊ capillis capitis ſui t̄gebat et oſculabat pedes eiꝰ / ⁊ vnguēto vngebat. Videns autē phariſeꝰ q̄ vocauerat eū: ait ītra ſe dicens. Hic ſi eſſet ꝓpheta: ſciret vtiq̄ q̄ ⁊ qualis eſt mulier q̄ tangit eū / qꝛ peccatrix ē. Et reſpōdēs ieſꝰ dixit ad illū. Symō: habeo tibi aliq̄d dicere. At ille ait. Magiſter dic Et reſpōdēs ieſꝰ: ait. Duo debitoꝛes erāt cuidā feneratoꝛi / vnꝰ debebat denarios q̄ngētos: ⁊ aliꝰ quinquaginta. Nō habentibꝰ illis vnde redderēt: donauit vtriſq̄. Quis ergo eū plus diligit? Et reſpōdēs ſymō: dixit. Eſtimo qꝛ is cui plꝰ donauit At ille dixit. Recte iudicaſti. Et cōuerſus ad mulierem: dixit ſymoni. Vides hāc mulierē: ītraui ī domū tuā aquā pedibus meis nō dediſti. Hec aūt lacrimis rigauit pedes meos: ⁊ capillis ſuis terſit. Oſculū michi nō dediſti: hec aūt ex quo ītraui non ceſſauit oſculari pedes meos. Oleo caput meū nō vnxiſti: hec autē vnguēto vnxit pedes meos. Propter qđ dico tibi: remittūt ei peccata mlta / qm̄ dilexit multū. Cui autē minus dimittitur: minꝰ diligit. Dixit autē: ad illā ieſꝰ. Remittuntur tibi: pctā multa. Et ceperūt q̄dam qui ſimul diſcumbebāt: dicere intra ſe. Quis eſt hic: q̄ etiā peccata dimittit? Dixit autē: ad mulierē Fides tua te ſaluā fecit: vade ī pace. Off. Bñdic aīa mea dño & noli obliuiſci oēs retributiōes eiꝰ & renouabit ſicut aq̄le iuuētꝰ tua. Secreta.

Accepta ſit tibi dñe q̄s nr̄i dona ieiunij: q̄ et expiādo nos tua gr̄a dignos efficiāt & ad ſēpiterna ꝓmiſſa perducāt. Per d̄. Cōio. Aufer a me opꝓbriū et contēptū qꝛ mādata tua exq̄ſiui dñe: nā & teſtimonia tua meditatio mea ē. Poſtcōi.

Quęſumꝰ op̄s deus vt de ꝑceptis muneribus tibi gr̄as exhibētes: bñficia potiora ſumamus. Per dñm. ¶ Sabbato. Officium.

Venite adoremꝰ deū / & procidamus ante dñm: ploremꝰ ante eum qui fecit nos qꝛ ipſe eſt dominus deꝰ noſter. Ps. Venite exultemꝰ domino iubilemꝰ deo ſalutari nr̄o. Oēs orationes ſequētes dicende ſunt ſine. Dñs vobiſcū excep. orōne Deus q̄ tribꝰ pue. p̄miſſo tm̄. Oremꝰ. Orō.

Omp̄s ſempiterne deꝰ qui per continentiā ſalutarem et corporibus mederis & mentibus: maieſtatem tuam ſupplices exoramꝰ vt pia ieiunantiū dep̄catione placatus et preſētia nobis ſubſidia p̄beas et futura. Per dñm noſtrū ieſum xp̄m. Lectio libri leuitici. xxiij.

In diebus illis. Locutus eſt dñs ad moyſem: dicēs. Decima die mēſis huius ſeptimi dies expiationū erit celeberrimꝰ: & vocabit ſāctꝰ. Affligetiſqꝫ aīas vr̄as in eo: & offeretꝫ olocauſtū dño. Omne opus nō facietis in tp̄e diei huius qꝛ dies ꝓpiciationis eſt vt propicietur vobis dñs deus veſter. Omnis aīa que nō fuerit afflicta die hoc peribit de populis ſuis. Et que opis quippiā fecerit: delebo eā de ppl̄o ſuo. Nichil ergo opis facietis ī eo legitimum ſempiternū erit vobꝫ ī cūctis generationibꝰ / & habitationibꝰ veſtris. Sabbatū requietionis eſt: affligetis aīas veſtras. Die nono mēſis a veſpa / vſqꝫ ad veſperū: celebrabitis ſabbata vr̄a. Dicit dñs: omp̄s. Grad. Propicius eſto dñe peccatis noſtris neq̄do dicant gētes vbi ē deꝰ eoꝝ. V. Adiuua nos deꝰ ſalutaris noſter et ꝓpt̄ honorē nōis tui dñe libera nos. Nullū grad. repetatur poſt vſum. Orō.

Da nobis q̄s oīpotens deus: vt ieiunando tua gratia ſatiemur / et abſtinēdo cunctis efficiamur hoſtibus fortiores. Per dñꝫ noſtrū. ¶ Lectio libri leuitici. xxiij.

In diebus illis: Locutus eſt dñs ad moyſē: dicēs. Quintodecimo die mēſis ſeptimi qñ cōgregaueritis oēs fructꝰ terre vr̄e: celebrabitis ferias dñi ſeptē diebꝰ: die primo et die octauo erit ſabbatū id eſt req̄es. Sumetiſqꝫ vobis die primo fructꝰ arboris pulcerrime ſpatulaſqꝫ palmarū: et ramos ligni dēſarū frondiū et ſalices de torrēte: & letabimini corā dño deo vr̄o. Celebrabitiſqꝫ ſolēnitatē eiꝰ ſeptem diebꝰ ꝑ ānū: legitimū ſēpiternū erit ī gn̄ationibus vr̄is. Menſe ſeptimo feſta celebrabitꝫ: & habitabitꝫ ī tabernaculis ſeptē diebus. Omnis qui de genere eſt iſrael manebit ī tabernaculis: vt diſcāt poſteri veſtri q̄ ī tabernaculis habitare fecerim fi lios iſrael cū educerem eos de terra egipti. Ego dn̄s: de⁹ veſter. Grad. Protector nr̄ aſpice de⁹ ⁊ reſpice ſuper ſeruos tuos. ℣. Dn̄e de⁹ virtutū exaudi preces ſeruoꝝ tuorum. Or.

Tuere q̄s dn̄e familiam tuam vt ſalutis eterne remedia que te aſpirante requirimus: te largiēte cōſequamur. Per dn̄m noſtrum.

Lectio zacharie prophete. vij.

Domine de⁹ nr̄ paſce populū tuum in virga tua: gregē hereditatis tue habitātes terrā in ſalute: iuxta dies antiquos. Videbūt gētes et cōfundentˀ: ſuꝑ omni fortitudine ſua. Dn̄s quis deus ſimilis tui: qui aufers īiquitatē et trāſfers peccatū reliquiaꝝ hereditatis tue? Non immittet vltra furorem ſuū: quoniā volens miſericordiā reuertetur et miſerebitˀ noſtri. Deponet iniquitates noſtras: ⁊ ꝓiciet ī profūdum maris/ oīa peccata noſtra. Dabis veritatē iacob miſericordiā abrahā q̄ iuraſti patrib⁹ noſtris a dieb⁹ antiquis: dn̄e de⁹ nr̄. Gra. Dirigatur oratio mea ſicut īcenſū in cōſpectu tuo dn̄e. ℣. Eleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū veſptinū. Or.

Preſta queſumus dn̄e ſic nos ab epulis abſtinere carnalibus: vt a vicijs quoqꝫ irruentibus pariter ieiunemus. Per dn̄m nr̄m.

Lectio zacharie prophete. viij.

In diebus illis. Factū eſt verbū dn̄i ad me dicēs. Hec dicit dn̄s de⁹ exercituū. Sicut cogitaui vt affligerē vos cū ad iracundiam me ꝓuocaſſent patres vrī: et nō ſū miſert⁹: ſic cōuerſ⁹ cogitaui dieb⁹ iſtis vt bn̄faciā hierl'm ⁊ domui iuda. Nolite timere: hec ſunt enī verba q̄ facietis. Loq̄mini veritatem vnuſq̄ſqꝫ cū ꝓximo ſuo: veritatē et iudiciū pacis iudicate ī portis vrīs Et vnuſq̄ſqꝫ malū cōtra amicū ſuū ne cogitetꝭ ī cordib⁹ vrīs: ⁊ iuramētū mendax ne diligatis: oīa enī hec ſunt q̄ odi dicit dn̄s. Et factū eſt verbū dn̄i exercituū: ad me dicēs. Hec dicit dn̄s deus exercituū. Ieiuniū quarti ⁊ ieiuniū q̄nti: ieiuniū ſeptimi ⁊ ieiuniū decimi: erit domui iuda ī gaudiū ⁊ leticiā: ⁊ ī ſolēnitates p̄claras. Veritatē tātū ⁊ pacē diligite: dicit dn̄s exercituū. Gra. Ad dn̄m cū tribularer clamaui: ⁊ exaudiuit me. ℣. Dn̄e libera animā meā a labiis īiquis ⁊ a līgua doloſa. Or.

Ut nos domine tribuis ſolēne tibi deferre ieiunium: ſic nobis queſumus īdulgētie preſta ſubſidium. Per dn̄m. Lec. v. Angelus dn̄i ⁊ cetera vt ī vigi. trini. Tractus.

Omnipotētē ſēꝑ adorāt. Et dn̄i dicūt oē ꝑ euū. Chor⁹. Oīpotētē. ℣. Aſtra polorū cūcta choriqꝫ ſic qꝫ ſoloriqꝫ lumina celi. Oīni. ℣. Sic quoqꝫ lymphe q̄qꝫ ſuperne: ros pluuieqꝫ ſpūs oīs. Et bn̄di. ℣⁹. Ignis et eſt⁹ cauma geluqꝫ frigus ⁊ ardor atqꝫ pruina. Oīni. ℣. Nix glacieſqꝫ noxqꝫ dieſqꝫ lux tenebreqꝫ fulgura nubes. Et bn̄di. ℣. Arida mōtes germina colles: flumina fōtes pōt⁹ et bn̄dr. Oī. ℣. Oīa viua q̄ vehit equor q̄ vehit ether t̄raqꝫ nutrit. Et bn̄. ℣. Cūcta hoīm gens iſrael ſp̄e xp̄icole qꝫ ſeruuli q̄qꝫ. Oī. ℣. Sc̄ti hūileſqꝫ corde benigno treſqꝫ puſilli exuperātes. Et bn̄. ℣. Rite camini ignei flāmas iuſſa tirāni temnere ꝓpti. Oī. ℣⁹. Sit genitori laus genitoqꝫ lauſqꝫ vtrī flamini ſācto. Et be. Oī. Nūc. dr. Dn̄s vobiſcum. Oratio.

Deus qui tribus pueris mitigaſti flammas ignium/ concede propicius: vt nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per dn̄m noſtrum. Ad hebreos. ix.

Fratres. Tabernaculum factū eſt primū: in quo erāt cāvelabꝛa ⁊ mēſa ⁊ ꝓpoſitio panū qđ dicit̄ ſctā. Poſt velamētū aūt ſcđz tabernaculū qđ dicit̄ ſācta ſāctoꝛū habēs thuribulū aureū ⁊ archā teſtamēti circūtectā ex oī parte auro In qua erat vꝛna aurea habēs mānā: ⁊ virga aarō q̄ fronduerat/ ⁊ tabule teſtamēti. Supꝛa q̄ erant cherubī glīe obūbꝛātia ꝓpiciatoꝛiū: de qb⁹ modo nō eſt dicēdū ꝑ ſingula. His vō ita ꝯpoſitis: ī pꝛioꝛi qdē tabernaculo ſēꝑ ītroibāt ſacerdotes ſacrificioꝝ officia ꝯſūmantes. In ſcđo vero ſemel ī āno ſolus pōtifex nō ſine ſāguīe: quē offerebat ꝓ ſua et ꝓ populi ignoꝛātia. Hoc ſignificāte ſpū ſctō nondū ꝓpalatam eſſe ſanctoꝛū viā adhuc pꝛioꝛe tabernaculo habēte ſtatum: q̄ parabola eſt tempoꝛis inſtantis. Iuxta quā munera et hoſtie offeruntur q̄ non poſſūt iuxta ꝯſcientiā perfectū facere ſeruientē ſolūmodo in cibis ⁊ potibus/ ⁊ in varijs baptiſmatibus et iuſticijs carnis: vſq͂ ad tēp⁹ coꝛreptionis īpoſitꝫ. xp̄s aūt aſſiſtēs pōtifex futuroꝝ bonoꝛū peramplius et perfectius tabernaculū non manufactum id eſt non huius creationis/ neq͂ per ſanguinem hircoꝛum aut vituloꝛum: ſed ꝑ pꝛopꝛiū ſanguinē ītroiuit ſemel in ſācta eterna redēptione inuenta. Tractus.

Laudate dñz oēs gētes: ⁊ collaudate eū oēs płi. ℣. Qm̄ cōfirmata eſt ſuꝑ nos mīa ei⁹: et veritas dñi manet ietnū. Scđz lucā. iij.

In illo tp̄e: Dicebat ieſ⁹ turbis: ſimilitudinē hāc. Arborem fici habebat quidā plātatā in vinea ſua/ et venit q̄rens fructū in illa: ⁊ nō inuenit. Dixit aūt ad cultoꝛem vinee. Ecce anni tres ſūt ex quo venio q̄rēs fructū in ficulnea hac: et non īuenio. Succide ergo illam. Ut quid etiā terram occupat? At ille repondēs: dixit illi. Dñe dimitte illam et hoc anno/ vſq͂ dū fodiam circa illam et mittā ſtercoꝛa: ſiquidem fecerit fructū. Sin autē in futurum ſuccides eam. Erat autem docens in ſynagoga eoꝛū ſabbatis. Et ecce mulier q̄ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem et octo ⁊ erat īclinata nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cum vidiſſet ieſ⁹: vocauit eā ad ſe: ⁊ ait illi. Mulier: dimiſſa es ab īfirmitate tua. Et īpoſuit illi manus: ⁊ cōfeſti erecta eſt: ⁊ gloꝛificabat deū. Reſpondens autem archiſynagogus/ indignās q̄ꝛ ſabbato curaſſet ieſus: dicebat turbe. Sex dies ſūt ī quib⁹ licet operari. In his ergo venite ⁊ curamini: et nō in die ſabbati. Reſpondens aūt ad illum ieſus dixit. ypocrita: vnuſquiſq͂ veſtrū ſabbato non ſoluit bouem ſuū aut aſinum a pꝛeſepio: ⁊ ducit adaquare? Hāc autem filiam abꝛahe quā alligauit ſathanas ecce decē ⁊ octo annis: non opoꝛtuit ſolui a vinculo iſto die ſabbati? Et cū hec diceret: erubeſcebāt oēs aduerſarij ei⁹. Et oīs populus gaudebat ī vniuerſis que gloꝛioſe fiebāt ab eo. Offerto. Dñe deus ſalutis mee in die clamaui et nocte coꝛā te ītret oꝛatio mea ī conſpectu tuo domine. Secreta.

Concede q̄s oīps de⁹: vt oculis tue maieſtatꝫ mun⁹ oblatum: ⁊ gratiā nobis deuotionis obtineat: et effectū beate ꝑennitatis acquirat. Per dñm. Cōio. Mēſe ſeptimo feſta celebꝛabitꝫ cū ī tabernaculis habitare fecerim filios iſrael cū educerē eos de terra egypti: ego dñs deus veſter. Poſtcommunio.

Perficiāt in nobis dñe queſumus tua ſacramenta qđ continent: vt que nunc ſpecie gerim⁹ rerum veritate capiamus. Per do minum. ¶Dominica decimaſexta poſt octauas pēthecoſtes. Officiū.

MIſerere michi domine quoniã ad te clamaui tota die: quia tu domīe ſuauis ac mitis es et copioſus in mīa oībus inuocantibus te. ps. Inclina dñe aurem tuam et exaudi me: quoniã inops ⁊ pauper ſum ego. Oro.

ECcleſiam tuã dñe miſeratio cōtinuata mūdet ac muniat et quia ſine te non poteſt ſalua conſiſtere: tuo ſemper munere gubernetur. Per dñm. Ad epheſios. ltio.

FRatres. Obſecro vos ne deficiatis ĩ tribulationibꝰ meis ꝓ vobis: q̄ eſt gloria vr̃a. Huius rei grã flecto genua mea ad patrem dñi nr̃i ieſu xp̄i: ex quo om̄is paternitas ĩ celis ⁊ in terra noĩať vt det vobis ſcd̄m diuitias glorie ſue virtutē corroborari per ſpiritū eiꝰ ĩ interiorē hoīem habitare xp̄m ꝑ fidē in cordibꝰ vr̃is. In caritate radicati ⁊ fūdati: vt poſſitis cōprehēdere cū oībus ſanctis: q̄ ſit latitudo longitudo: et ſublimitas ⁊ ꝓfundum. Scire etiã ſupereminentem ſciētie caritatē chriſti: vt ĩpleamini ĩ omnem plenitudinē dei. Ei autem qui potēs eſt omnia facere ſuperabūdãter q̄̄ petimꝰ aut intelligimꝰ: ſecūdū virtutē que operať in nobꝭ. Ipſi glia in eccleſia ⁊ ĩ chriſto ieſu: ĩ oēs gñationes ſeculi ſeculoꝝ amē. Gr. Timebunt gentes nomē tuū dñe ⁊ oēs reges terre gloriã tuã. V. Quoniã edificauit dñs ſyon: et videbitur in maieſtate ſua. Alleluya. V. Dñe exaudi orationē meã ⁊ clamor meus ad te veniat. Scd̄m lucã. vii.

IN illo tp̄e. Ibat ieſus in ciuitatem que vocatur naym: et ibāt cum eo diſcipuli eius et turba copioſa. Cum autem appropinquaret porte ciuitatis: ecce defūctus efferebatur filius vnicꝰ matris ſue. Et hec vidua erat: ⁊ turba ciuitatꝭ multa cū illa. Quã cum vidiſſet ieſus mīa motus ſuper eam: dixit illi. Noli flere. Et acceſſit: ⁊ tetigit loculū. Hi autē qui portabāt ſteterūt. Et ait. Adoleſcēs: tibi dico ſurge. Et reſedit qui erat mortuꝰ ⁊ cepit loqui: ⁊ dedit illū matri ſue. Accepit autē oēs timor: ⁊ magnificabāt deū dicētes. Qr ꝓpheta magnꝰ ſurrexit in nobis: et quia deus viſitauit plebē ſuã. Offert. Domine ĩ auxiliū meū reſpice confundantur et reuereantur qui querunt animã meam vt auferant eam. Secreta.

TUa nos domine ſacramenta cuſtodiant: et contra diabolicos tueantur ſemper incurſus. Per dñm. Cõio. Dñe memorabor iuſticie tue ſoliꝰ deus docuiſti me a iuuētute mea: ⁊ vſq; in ſenectam et ſeniū deꝰ ne derelinquas me. Pꝰcō.

MEntes nr̃as et corpora poſſideat q̄ſumus domine doni celeſtis operatio: vt nō noſter ſenſus in nobis ſed iugiter eius preueniat effectus. Per dñm noſtrum ieſum.

¶Feria quarta. Ad coloceuſes.

FRatres. Gratias agimꝰ deo et patri qui dignos nos fecit in partē ſortis ſctoꝝ ĩ lumine: qui eripuit nos de poteſtate tenebraꝝ: et trãſtulit in regnū filij dilectiōis ſue. In quo habemꝰ redēptionem in remiſſionem peccatorum: qui eſt ymago dei inuiſibilis primogenitus oīs creature. Quia in ipſo cōdita ſūt vniuerſa ĩ celo et in terra: viſibilia ⁊ inuiſibilia ſiue throni/ſiue dñationes/ſiue prīcipatꝰ/ſiue poteſtates. Oīa ꝑ ipſū et ĩ ipſo creata ſūt: et ipſe eſt ante oēs: et oīa in ipō cōſtant. Et ipſe eſt caput corporis eccleſie: qui eſt prīcipiū primogenitus ex mortuis: vt ſit in oībus ipſe pꝛincipatum tenens ieſus chꝛiſtus dominus noſter. Scd̄m matheum.

IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Audiſtis qꝛ dictū eſt antiq̄s: non ꝑiurabis. Reddes aūt deo iuramenta tua. Ego autē dico vobis nō iurare oīno: neqꝫ per celū qꝛ thꝛonꝰ dei eſt: neqꝫ per terrā/ q̇a ſcabellū eſt pedū eiꝰ: neqꝫ ꝑ hieroſolimam/ qꝛ ciuitas eſt magni regis. Neqꝫ per caput tuū iurauerꝭ: quia nō potes vnū capillū album facere aut nigrū. Sit autem ſermo veſter eſt eſt: nō nō. Qđ aūt his habundātius eſt: a malo eſt. Audiſtis quia dictū eſt: oculū pꝛo oculo / et dentē ꝓ dēte. Ego aūt dico vobis: non reſiſtere malo. Sed ſi q̇s te percuſſerit in dexterā maxillam: pꝛebe ei ⁊ alteram. Et ei qui vult tecū iudicio cōtendere ⁊ tunicam tuam tollere: dimitte ei ⁊ palliū. Et quicūqꝫ te angariauerit mille paſſus: vade cū illo alia duo. Et qui petit a te: da ei. Et volenti mutuari a te: ne auertaris. ¶ Feria ſexta. Ad timotheum.

CAriſſime. Nichil intulimus in hunc mundum: haud dubiū eſt: quia nec auferre quicq̄ poſſimus. Habētes autem alimenta ⁊ quibꝰ tegamur: his cōtenti ſimus. Nā q̇ volūt diuites fieri īcidunt in tentationē ⁊ laqueū diaboli: ⁊ deſideria multa īutilia ⁊ nociua q̄ mergūt hoīes ī interitū et ꝑditionem. Radix eī oīm maloꝝ: eſt cupiditas. Quā quidā appetētes errauerūt a fide: ⁊ īſeruerūt ſeſe doloꝛibus multis. Tu autē homo dei hec fuge: ſectare vo iuſticiā/ pietatē/ fidē: caritatē/ patientiā/ māſuetudinē. Certa bonū certamē fidei: appꝛ̄hēde vitā eternā: in qua vocatus es et confeſſus bonā cōfeſſionē coꝛā multis fratribꝰ. Pꝛecipio tibi coꝛā deo q̇ viuificat oīa: ⁊ xp̄o ieſu q̇ teſtimoniū reddidit ſub pōtio pylato: bonā cōfeſſionē: vt ſerues mādatū ſine macula irrep̄hēſibile vſqꝫ ad aduentū dn̄i nr̄i ieſu xp̄i quē ſuis tp̄ibꝰ oſtendet beatus ⁊ ſolus potēs rex regū ⁊ dn̄s dn̄antiū. Qui ſolꝰ habet imoꝛtalitatē ⁊ lucē habitat īacceſſibilē: quē vidit nullꝰ hoīm/ ſed nec videre poteſt. Cui honoꝛ et imperium: ī ſempiternum. Amen. Scd̄m lucā.

IN illo tp̄e. Factum eſt in vna dierꝝ docēte ieſu populū in tēplo ⁊ euāgelizāte: cōuenerūt pꝛincipes ſacerdotū ⁊ ſcribe cū ſenioꝛibꝰ et aiūt dicētes ad illū. Dic nobis ī qua poteſtate hec facis: aut q̇s eſt q̇ dedit tibi hāc poteſtatē? Reſpōdēs aūt ieſus: dixit ad illos Interrogabo ⁊ ego vos vnū ſermonē: reſpondete michi. Baptiſmū iohannis de celo erat: an ex hoībꝰ? At illi cogitabāt intra ſe: dicētes. Quia ſi dixerimꝰ de celo: dicet nobꝭ. Quare ergo non credidiſtis ei. Et ſi dixerimus ex hoībꝰ: plebs vniuerſa lapidabit nos. Certi ſunt enī iohānem ꝓphetam eſſe. Et reſponderūt neſcire ſe vnde eſſet. Et ait illis ieſꝰ. Neqꝫ ego dico vobis: in qua poteſtate hec facio. ¶ Dn̄ica. xviii. Officium.

IUſtus es dn̄e et rectum iudicium tuuꝫ: fac cum ſeruo tuo ſecūdum miſericoꝛdiā tuā. ℣. Beati īmaculati in via: qui ambulāt in lege dn̄i. Oꝛo

TUa nos dn̄e q̄s gr̄a et pꝛeueniat ⁊ ſequat̄: ac bonis operibus iugiter pꝛeſtet eſſe intentos. Per dn̄m. Ad epheſios: quarto.

FRatres. Obſecro vos itaqꝫ ego vinctus in dn̄o: vt digne ābuletꝭ vocatiōe qua vocati eſtis/ cū oī humilitate ⁊ māſuetudīe: cū patiētia ſuppoꝛtātes inuicē in caritate ſolliciti ſeruare vnitatē ſpiritꝰ in vinculo pacis. Unū coꝛpꝰ ⁊ vnꝰ ſpiritꝰ: ſicut vocati eſtis i vna ſpe vocatiōis vr̄e. Vnꝰ dn̄s vna fides vnū baptiſma: vnꝰ deꝰ ⁊ pater oim̄ qui ſuper oēs et per oīa/ ⁊ in oībus vobis Qui eſt benedictus: i ſecula ſcloꝝ amē. Grad. Vnā petij a dn̄o hanc requiram vt inhabitem in domo dn̄i. vſꝰ. Vt videam voluntatē dn̄i: ⁊ protegar a templo ſc̄to eiꝰ Allā. v. Cōfitemini dn̄o et inuocate nomē eius annunciate int̄ gētes opera eius. Secūdum lucam. xiiij.

In illo tp̄e: Cum intraret ieſꝰ in domū cuiuſdam principis phariſeoꝝ ſabbato manducare panem: et ipſi obſeruabāt eū. Et ecce homo quidā ydropicus: erat āte illū. Et reſpōdens ieſꝰ: dixit ad legiſperitos ⁊ phariſeos. Si licet: ſabbato curare. At illi tacuerūt. Ipſe vero app̄hēſū ſanauit eū: ac dimiſit. Et reſpōdens ad illos: dixit. Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteū cadet: et nō cōtinuo extrahet illū die ſabbati? Et nō poterant ad hec: reſpōdere illi. Dicebat aūt ⁊ ad inuitatos parabolā: intendēs quomodo primos accubitus eligerēt/ dicēs ad illos. Cū inuitatus fueris ad nuptias: nō diſcūbas i primo loco Ne forte honoratior te ſit inuitatꝰ ab eo: ⁊ veniēs is q̄ te et illum inuitauit: dicat tibi. Da huic locū. Et tunc icipias cū rubore: nouiſſimū locū tenere Sed cū vocatus fueris vade/ ⁊ recūbe i nouiſſimo loco: vt cum venerit q̄ te inuitauit dicat tibi Amice: aſcēde ſuperius. Tunc erit tibi gloria: corā ſimul diſcumbētibꝰ Qꝛ oīs qui ſe exaltat humiliabitur et qui ſe humiliat: exaltabit̄. Offer. Oraui deū meū ego daniel dicēs exaudi dn̄e p̄ces ſerui tui illūia faciē tuā ſuper ſc̄tuarium tuū ⁊ ꝓpiciꝰ intēde populū iſtum ſuper quē inuocatū eſt nomē tuum deꝰ. Secreta.

Munda nos dn̄e ſacrificij preſentis effectu: et perfice miſeratus i nobis vt eius mereamur eſſe participes. Per d. Cōio. Vouete ⁊ reddite dn̄o deo vr̄o oēs q̄ in circuitu eiꝰ affertis munera terribili et ei q̄ aufert ſpiritū principū terribili apud oēs reges terre. Poſtcōmunio

Purifica domine mentes noſtras benignus ⁊ renoua celeſtibꝰ ſacramētis: vt ꝯſequent̄ preſens pariter et futurū capiamꝰ auxiliū. Per. ¶ Fer. iiij. Ad coloceſ.

Fratres: Videte ne q̄s vos decipiat ꝑ philoſophiam et inanē fallaciā ſecundum traditionem hoīm/ ſecundū elemēta mūdi et nō ſcd̄m xp̄m: qꝛ i ipſo habitat oīs plenitudo diuinitatis corporaliter et eſtis i illo repleti qui eſt caput omnis pricipatus et poteſtatis in quo ⁊ circūciſi eſtis circūciſione nō manufacta i expoliatiōe cutis carnis ſed i circūciſione xp̄i conſepulti ei in baptiſmo in quo et reſurrexiſtis per fidem operationis dei qui ſuſcitauit illum a mortuis. Et vos cum mortui eſſetis in delictis et p̄putio carnis vr̄e cōuiuificauit cū illo donans vobis oīa delicta. S. lucam.

In illo tēpore: Dixit ieſꝰ turbis iudeoꝝ. Maior inter natos mulierū propheta iohanne: nemo eſt. Et oīs q̄ minor eſt in regno celoꝝ: maior eſt illo. Et oīs populꝰ audiens ⁊ publicani: iuſtificauerūt deum baptizati baptiſmo iohānis phariſei autem ⁊ legiſperiti: cōſilium dei ſpreuerunt in ſemetipſos: non baptizati ab eo. Cui ergo ſimiles dicā hoīes generationis huiꝰ ⁊ cui ſimiles ſunt? Similes ſūt pueris ſedētibus i foro: ⁊ loquētibꝰ ad inuicē/ ⁊ dicētibꝰ. Cātauimus vobis tibijs ⁊ nō ſaltaſtis. Lamentauimus: ⁊ nō ploraſtis. Venit enim iohānes baptiſta / neqꝫ manducās panem neqꝫ bibens vinū: ⁊ dicitis demonium habet. Venit filiꝰ hoīs mādocans et bibens: ⁊ dicitis. Ecce homo deuorator et bibēs vinū: amicꝰ publicanoꝝ ⁊ pctōꝝ. Et iuſtificata eſt ſapiētia ab oībus filijs ſuis. ¶ Feria ſexta. Ad colocenſes.

Fratres. Quicūqꝫ iniuriam facit: recipiet id quod iniq̄ geſſit: ⁊ nō ē p̄ſonaꝝ acceptio apd̄ deū. Dn̄i qd̄ iuſtū eſt ⁊ equū ſeruis p̄ſtate: ſciētes qd̄ ⁊ vos dn̄m habetꝫ ī celo. Orōni īſtate vigilātes ī ea ī gratiaꝝ actiōe: orātes ſimul ⁊ ꝓ nobis vt deꝰ apiat nobꝫ oſtiū ſermōis ad loquēdū miſteriū xp̄i ꝓpter qd̄ etiā vinctꝰ ſū: vt manifeſtē illud ita vt oportet me loq̄. In ſapiētia ābulate ad eos q̄ foris ſūt: tēpus redimētes. Sermo vr̄ ſēp ī grā ſale ſit cōditꝰ vt ſciatꝫ quomodo oporteat vos vnicuiqꝫ reſpondere. S. matheum.

In illo tp̄e. Venit ieſꝰ bethſaida / ⁊ adducūt ei cecum: et rogabant eū: vt illū tangeret. Et apprehēſa manu ceci: eduxit eū extra vicū / ⁊ exſpuēs in oculos eiꝰ: īpoſitis manibꝰ ſuis / interrogauit eū. Si aliquid videret. Et aſpiciēs: ait Video hoīes: velut arbores ambulantes. Deinde iteꝝ īpoſuit manus ſuꝑ oclos eiꝰ: et cepit videre. Et reſtitutus eſt ita vt videret clare oīa. Et miſit illum in domum ſuam: dicens. Vade: in domum tuam. Et ſi in vicū introieris: nemini dixeris.

¶ Dn̄ica decimaoctaua. Officiū.

Da pacem dn̄e ſuſtinētibus te vt prophete tui fideles inueniātur exaudi preces ſerui tui et plebis tue iſrael. Ps. Letatus ſū in his que dicta ſūt michi in domum dn̄i ibimus. Orō.

Da queſumus domine populo tuo diabolica vitare contagia: et te ſolum deum pura mente ſectari. Per dn̄m. Ad corinthios.

Fratres. Grās ago deo meo ſemꝑ ꝓ vobis: in gratia dei q̄ data eſt vobis ī xp̄o ieſu. Qr in oībus diuites facti eſtis ī illo: ī oī verbo et ī oī ſciētia: ſicut teſtimonium xp̄i ꝯfirmatū eſt ī vobꝫ ita vt nichil vobis deſit ī vlla grā expectātibus reuelationē dn̄i nr̄i ieſu xp̄i q̄ cōfirmabit vos vſqꝫ ī finē ſine crimine. In die aduentꝰ: dn̄i nr̄i ieſu chriſti Grad. Letatꝰ ſū in his q̄ dicta ſunt michi in domū dn̄i ibimus. V. Fiat pax in virtute tua ⁊ abūdātia ī turribꝰ tuis. Allā. Vꝰ. Paratū cor meū deꝰ paratū cor meū cantabo et pſallam tibi in gloria mea. S. matheū.

In illo tp̄e. Aceſſerunt ad ieſum ſaducei: et interrogauit eū vnus ex eis legiſdoctor tentans eū. Magiſter: qd̄ eſt mādatum magnum ī lege? Ait illi ieſꝰ. Diliges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo / ⁊ ex tota aīa tua ⁊ ex tota mēte tua Hoc eſt maximū ⁊ primū mandatū. Secundū aūt: ſimile eſt huic. Diliges ꝓximū tuū: ſicut teipſū. In his duobus mādatis: vniuerſa lex pendet ⁊ ꝓphete. Cōgregatis autē phariſeis: interrogauit eos ieſus dicens Quid vobis videt̄ de xp̄o cuiꝰ filiꝰ eſt? Dicūt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo dauid ī ſpiritu vocat eū dn̄m dicēs. Dixit dn̄s dn̄o meo / ſede a dextris meis donec ponā inimicos tuos / ſcabellū pedum tuorum. Si ergo dauid vocat eū dn̄m: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat reſpondere ei verbū: neqꝫ auſus fuit quiſq̄ ex illo die eū amplius iterrogare. Offr̄. Sāctificauit moyſes altare dn̄o offerēs ſuꝑ illū olocauſta: ⁊ īmolās victimas fecit ſacrificiū veſꝑtinū ī odorē ſuauitatis dn̄o deo ī ꝯſpectu filioꝝ iſrl̄. Sec.

MAieſtatē tuā dñe ſuppliciter deprecamur: vt hec ſancta q̄ gerimus et a p̄teritis nos delictis exuāt ⁊ futuris. Per d. Cõio. Tollite hoſtias ⁊ itroite i atria eiꝰ adorate dñm i aula ſācta eius. Poſtcõio.

SAnctificationibus tuis q̄ſumus ōps deꝰ: ⁊ vicia nr̄a curētur et remedia nobis eterna p̄ueniant. Per. ¶ Fer. iiij. Ad epheſios

FRatres: Non ceſſo grãs agēs pro vobis mēoriā veſtri faciens i orōnibꝰ meis: vt deꝰ dñi nr̄i ieſu xp̄i pat̄ glorie det vobꝫ ſpm ſapiētie ⁊ reuelatiōis i agnitionē eius: illuminās oculos cordis vr̄i. Ut ſciatis q̄ ſit ſpes vocatiōis eius q̄ diuitie glorie hereditatis eiꝰ i ſāctis: ⁊ que ſit ſupereminens magnitudo virtutis eius in nos qui credimus ſcd̄m operationē potētie virtutis eiꝰ quā operatꝰ eſt in xp̄o: ſuſcitās eū a mortuis et cōſtituēs ad dexterā i celeſtibꝰ. Supra omnē principatum/ ⁊ poteſtatē/ ⁊ virtutem/ et dñationē/ ⁊ omne nomē: qd̄ nominatur nō ſolū in hoc ſeculo: ſed etiam in futuro. Scd̄m matheum.

IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Simile eſt regnum celoꝝ hoī: q̄ ſeminauit bonū ſemē in agro ſuo. Cū aūt dormirent hoīes: venit īimicꝰ eiꝰ ⁊ ſup̄ſeminauit zizania i medio tritici: ⁊ abiit. Cū āt creuiſſet herba ⁊ fructū feciſſet: tūc apparuerūt zizania. Accedētes autē ſerui p̄riſfamilias: dixerūt ei. Dñe nōne bonū ſemē ſeminaſti: in agro tuo? Unde ergo: habet zizania? Et ait illis. Inimicꝰ hō: hoc fecit. Serui aūt: dixerūt ei. Uis imus: ⁊ colligimꝰ ea? Et ait. Nō. ne forte colligētes zizania: eradicetꝫ ſimul cū eis ⁊ triticū. Sinite vtraq̄ creſcere vſq̄ ad meſſē: et i tp̄e meſſis dicā meſſoribꝰ. Colligite p̄mū zizania et alligate ea in faſciculos: ad comburēdum. Triticū autē cōgregate: in horreum meū. ¶ Fer. vi. Ad corin.

FRatres. Non in ſermone eſt regnū dei: ſed i virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos: an in caritate ⁊ ſpū mãſuetudinis? Oīno audit fornicatio qualis nec iter gētes: ita vt vxorē p̄ris ſui aliquis habeat. Et vos īflati eſtis ⁊ nō magis luctū habuiſtis: vt tollat̄ de medio veſtrū q̄ hoc opꝰ fecit. Ego q̄dē abſens corpore p̄ſens autē ſpiritu: iā iudicaui vt p̄ſēs eū qui ſic operatus eſt in nōīe dñi nr̄i ieſu xp̄i/ congregatis vobis ⁊ meo ſpū: cū virtute dñi ieſu tradere huiuſmodi ſathane in interitum carnis. Ut ſpiritus ſaluus ſit: in die domini noſtri ieſu chriſti. Scd̄m matheum.

IN illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Simile eſt regnum celorū grano ſinapis: qd̄ accipiens homo ſeminauit in agro ſuo quod minimū quidē eſt omnibus ſeminibus. Cum autē creuerit: maius eſt oībus oleribꝰ ⁊ fit arbor: ita vt volucres celi veniant et habitent i ramis eius. Aliā parabolam locutus eſt eis dicēs. Simile eſt regnum celorum fermento: quod acceptū mulier abſcōdit in farine ſatis tribus donec fermētatum eſt totum. Hec omnia locutus eſt ieſus in parabolis ad turbas ⁊ ſine parabolis non loquebatur eis: vt īpleretur quod dictū eſt per prophetā dicentē. Aperiam i parabolis os meum: eructabo abſcōdita a cōſtitutione mūdi.

¶ Dominica.xix. Officium.

SAlus populi ego ſum dicit dñs de quacunq̄ tribulatione clamauerint ad me exaudiam eos et ero illoꝝ dominꝰ in perpetuum. Ps. Attendite popule meꝰ legē meā: inclinate au rem veſtram in verba oris mei. Or.

DIrigat corda nr̃a queſumus domine tue miſerationis operatio: qꝛ tibi ſine te placere nõ poſſumꝰ. Per dñm. Ad epheſios .iiii.

FRatres: Renouamini ſpiritu mentis veſtre: et induite nouũ hominẽ qui ſcd̃m deum creatus eſt in iuſticia ⁊ ſãctitate veritatis. Propter qđ deponẽtes mendacium loq̃mini veritatẽ vnuſquiſq; cũ ꝓximo ſuo: qm̃ ſumus inuicem mẽbra. Iraſcimini: ⁊ nolite peccare. Sol nõ occidat: ſuper iracũdiã veſtrã. Nolite: locũ dare diabolo. Qui furabať: iã non fureť. Magis autẽ laboret operãdo manibus ſuis qđ bonũ eſt: vt habeat vnde tribuat neceſſitatẽ patiẽti. Gr. Dirigať oratio mea ſicut ĩcẽſũ ĩ ꝯſpectu tuo dñe. V. Eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſꝑtinũ. Alľ. V. Qui timẽt dñm ſperẽt in eũ adiutor ⁊ ꝓtector eorum eſt. Secũdũ matheum .ix.

IN illo tp̃e. Aſcẽdẽs ieſꝰ in nauiculã: tranſfretauit et venit in ciuitatẽ ſuã. Et ecce offerebãt ei paraliticũ: iacẽtem in lecto. Et videns fidem illorum: ait paralitico. Cõfide fili: remittunť tibi peccata tua. Et ecce q̃dã de ſcribis: dixerũt intra ſe. Hic blaſphemat. Et cũ vidiſſet ieſus cogitatiões eoꝝ: dixit. Ut q̃d cogitatis mala: ĩ cordibꝰ veſtris? Quid ẽ faciliꝰ dicere remittũtur tibi pctã tua: an dicere ſurge / ⁊ ãbula? Ut ſciatis autẽ qꝛ filiꝰ hoĩs habet poteſtatẽ ĩ t̃ra dimittẽdi pctã tũc ait ꝑalitico. Surge / tolle lectũ tuũ: ⁊ vade ĩ domũ tuã. Et ſurrexit ⁊ abijt ĩ domũ ſuã. Uidẽtes autẽ turbe timuerũt. Et glorificauerũt deũ: q̃ dedit poteſtatẽ talẽ hoĩbꝰ. Offer. Si ambulauero ĩ medio tribulatiõis viuificabis me dñe: ⁊ ſup iram ĩimicoꝝ meoꝝ extẽdes manũ tuam et ſaluũ me fecit dextera tua. Secř.

DEus qui nos per huius ſacrificij veneranda commercia: vnius ſũmeq; diuinitatis participes efficis: p̃ſta q̃s: vt ſicut tuã cognouimꝰ veritatẽ: ſic eã dignis mẽtibus ⁊ moribꝰ aſſequamur. Per. Cõio. Tu mãdaſti mãdata tua cuſtodiri nimis: vtinã dirigãť vie mee ad cuſtodiẽdas iuſtificatiões tuas. Pꝰc.

GRatias tibi referimus domine ſacro munere vegetati tuam miam deprecantes: vt dignos nos eius participatione perficias. Per do. ¶ Feria .iiij. Ad theſſaloñ.

FRatres. State et tenete traditiões quas didiciſtis ſiue per ſermonẽ ſiue ꝑ epiſtolã noſtrã. Ipſe autẽ dñs nr̃ ieſus xp̃s deus pater noſter q̃ dilexit et dedit conſolationẽ eternã / ⁊ ſpem bonã in gratia: cõſoletur corda veſtra et cõfirmet in omni opere et ſermõe bono. De cetero fratres orate ꝓ nobis: vt ſermo dñi currat ⁊ clarificeť ſicut ⁊ apud vos: vt liberemur ab ĩportunis ⁊ malis hoĩbus. Non enĩ oĩm eſt fides. Fidelis autem eſt dñs: qui confirmabit vos ⁊ cuſtodiet a malo. Confidimus autem de vobis in dño quoniã que precipimus ⁊ facitis / et facietis. Dñs autem dirigat corda veſtra in caritate dei: ⁊ patiẽtia chriſti. Secundum matheum.

IN illo tp̃e. Acceſſerũt ad ieſũ diſcipuli eius: dicẽtes. Ediſſere nob; parabolã tritici ⁊ zizaniorum agri? Qui reſpõdẽs: ait. Qui ſeminat bonũ ſemẽ: eſt filius hoĩs. Ager autẽ: eſt mũdus. Bonum vero ſemẽ: hi ſũt filij regni / zizania autem: filij ſunt neq̃. Inimicus autẽ q̃ ſeminat ea: ẽ diabolꝰ. Meſſis vero: cõſũmatio ſeculi eſt. Meſſores autẽ angeli ſunt. Sicut ergo colligũtur zizania ⁊ igni cõburũť ſic erit in cōſūmatione ſecli. Mittet filiꝰ hoīs angelos ſuos et colligent de regno eiꝰ oīa ſcandala: et eos q̄ faciūt iniquitatē/ et mittent eos ī caminū ignis. Ibi erit fletꝰ: et ſtridor dētium. Tunc iuſti fulgebūt ſicut ſol: in regno patris eorū. Qui habet aures audiendi audiat.

¶Feria ſexta. .Ad romanos.

FRatres: Oīs aīa poteſtatibꝰ ſublimioribus ſubdita ſit. Non enī poteſtas: niſi a deo. Que autē ſūt a deo ordinata ſūt. Itaq̄ q̄ reſiſtit poteſtati: dei ordinationi reſiſtit. Qui autē reſiſtūt: ipſi ſibi dānationē acquirūt. Nā principes nō ſūt timor boni operis: ſed mali. Vis autem: nō timere poteſtatem? Bonū fac: ⁊ habebis laudē ex illa. Dei enī: miniſter eſt tibi in bonum Si autem male feceris: time. Non enim ſine cauſa: gladium portat. Dei enī miniſter eſt vindex in irā: ei qui male agit. Secūdum lucam.

IN illo tēpore. Interrogatus ieſus a diſcipulis ſuis de conſūmatione ſeculi: dixit eis. Cū videritis abominationē deſolatiōis qḋ dictū eſt a daniele ꝓpheta/ ſtantem vbi nō oportet: qui legit intelligat Tūc q̄ in iudea ſūt fugiant ī montes: et qui ſuper tectū eſt nō deſcendat in domū: nec ītroeat vt tollat quid de domo ſua. Et qui in agro erit: nō reuertat̄ retro tollere veſtimētum ſuum. Ve autem pregnātibus: et nutrientibus ī illis diebus. Orate ergo: vt hyeme non fiat fuga veſtra vel ſabbato. Erunt enim in diebus illis tribulationes: tales quales non fuerunt ab initio creature: quam condidit deus vſq̄ nūc neq̄ fiet. Et niſi breuiaſſet dominꝰ dies: non fuiſſet ſalua omnis caro. Sed ꝓpter electos quos elegit: breuiauit dies. Et tūc ſi quis vobis dixerit ecce hic eſt xp̄s/ aut ecce illic: nō credatꝫ. Exurgēt aūt pſeudo xp̄i et pſeudo prophete: et dabūt ſigna magna et prodigia ad ſeducendos ſi fieri poteſt etiam electos. Vos ergo videte: ecce predixi vobis oīa.

¶Dominica viceſima. Officium.

OMnia que feciſti nobis domine ī vero iudicio feciſti: quia peccauimꝰ tibi ⁊ mandatis tuis nō obediuimus: ſed da gloriā noī tuo ⁊ fac nobiſcū ſcdm̄ multitudinē mīe tue. Ps. Magnus dn̄s et laudabilis nimis: ī ciuitate dei nr̄i in mōte ſcō eiꝰ. Or.

OMn̄ps ⁊ miſericors deꝰ vniuerſa nobis aduerſātia ꝓpiciatꝰ exclude: vt mente ⁊ corpore pariter expediti que tua ſūt liberis mētibꝰ exequamur. Per. Ad epheſios. v.

FRatres. Videte quomodo caute āmbuletis nō quaſi īſipientes: ſꝫ quaſi ſapiētes Redimētes tēpus: qm̄ dies mali ſunt. Propterea nolite fieri īprudētes: ſꝫ ītelligētes q̄ ſit volūtas dei. Et nolite īebriari vino ī quo eſt luxuria: ſed īpleamini ſpū ſctō loq̄ntes vobiſmetipſis ī pſalmis et hymnis et canticis ſpūalibꝰ cātantes et pſallētes ī cordibus vr̄is dn̄o. Gratias agētes ſēper ꝓ oībꝰ: in noīe dn̄i nr̄i ieſu xp̄i/ deo ⁊ pr̄i. Subiecti inuicē: ī timore xp̄i. Grad. Oculi oīm in te ſperant dn̄e: et tu das illis eſcam in tēpore oportuno. ℣. Aperis tu manū tuā: et īples oē aīal bn̄dictione. Allā. ℣. Laudate dn̄m oēs gētes et collaudate eū oēs ppl̄i. Scdm̄ matheū. xxii.

IN illo tp̄e. Loq̄bat̄ ieſus cum diſcipulis ſuis: in parabolis dicēs. Simile factū eſt regnū celoꝝ homini regi: qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: ⁊ nolebāt venire. Iterū miſit alios ſeruos: dicēs.

Dicite īuitatis. Ecce prandiū meū paraui: tauri mei ⁊ altilia occiſa ſūt ⁊ oīa parata: venite ad nuptias. Illi aūt neglexerūt et abierūt: alius ī villā ſuā: alius vero ad negociationē ſuā. Reliq̄ vero tenuerūt ſeruos eiꝰ: ⁊ ꝯtumelijs affectos occiderūt. Rex aūt cū audiſſet iratꝰ eſt: ⁊ miſſis exercitibus ſuis ꝑdidit homicidas illos: ⁊ ciuitatē illoꝝ ſuccēdit. Tūc ait ſeruis ſuis. Nuptie q̄dē parate ſunt: ſed q̄ īuitati erāt: nō fuerūt digni. Ite ergo ad exitꝰ viaꝝ: ⁊ quoſcūq̄ īueneritis / vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eiꝰ ī vias: cōgregauerūt oēs quos īuenerūt malos ⁊ bonos: ⁊ īplete ſūt nuptie diſcumbētiū. Intrauit autē rex vt videret diſcūbentes: ⁊ vidit ibi hominē nō veſtitū veſte nuptiali: ⁊ ait illi. Amice quomodo huc ītraſti: nō habēs veſtē nuptialē? At ille obmutuit. Tūc dixit rex miniſtris. Ligatis manibꝰ eiꝰ ⁊ pedibꝰ: mittite eū ī tenebꝛas exterioꝛes. Ibi erit fletꝰ et ſtridoꝛ dentiū. Multi eī ſunt vocati: pauci vero electi. Offer. Sup̄ flūia babilonis illic ſedimꝰ ⁊ fleuimꝰ dū recoꝛdaremur tui ſyō. Sec.

Hec munera q̄s dn̄e q̄ oclīs tue maieſtatis offerimꝰ / ſalutaria eſſe nobis cōcede. Per dominū. Cōio. Memēto verbi tui ſeruo tuo dn̄e ī quo michi ſpē dediſti hec me ꝯſolata eſt ī hūilitate mea. Poſtcō.

Tua nos domine medicinalis operatio ⁊ a noſtris ꝑuerſitatibꝰ clemēter expediat: et tuis faciat ſemꝑ īherere mādatis. Per.

¶ Feria .iiij. Ad theſſalonicenſes.

Fratres: Denunciamus vobis in nōie dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: vt ſubtrahatꝫ vos ab oī fratre ābulante inoꝛdinate: ⁊ non ſcd̄m traditionem quā acceperūt a nobꝫ. Ipſi eī ſcitis: quēadmodū opoꝛteat imitari nos. Qm̄ nō inq̄eti fuimus inter vos: neq̄ gratis panē māducauimꝰ aliq̄ſ / ſꝫ ī laboꝛe et fatigatiōe nocte ac die operātes: ne quem veſtrū grauaremꝰ. Non quaſi nō haberemꝰ poteſtatē ſꝫ vt nos ipōs foꝛmā daremus vobis ad imitandum nos. Nā ⁊ cū eſſemꝰ apud vos: hoc denūciabamus vobis quoniam ſi quis non vult operari: nec manducet. Audiuimus enī inter vos quoſdam ābulantes inquiete nichil operantes: ſed curioſe agētes. His autē q̄ huiuſmodi ſunt denūciamus ⁊ obſecramus in dn̄o ieſu chꝛiſto: vt cum ſilētio operātes ſuum panem manducent. Vos autē fratres nolite deficere benefaciētes. In chꝛiſto ieſu: domino noſtro. Scd̄m lucam

In illo tp̄e: Dicebat ieſus cuidā pꝛincipi phariſeoꝝ. Cum facis pꝛādium aut cenam: noli vocare amicos tuos neq̄ fratres tuos neq̄ cognatos / neq̄ vicinos / neq̄ diuites / ne foꝛte et ipſi te reinuitēt ⁊ fiat tibi retributio. Sed cū facis ꝯuiuiū voca paupes / debiles / cecos ⁊ claudos. Et beatus eris q2 nō habēt vnde retribuāt tibi. Retribuetur autē tibi: ī reſurrectione iuſtorum. Hec cū dixiſſet: quidā de ſimul diſcūbētibus dixit illi. Beatꝰ qui manducabit panem: in regno dei.

¶ Feria ſexta. Ad timotheum

Cariſſime. Pꝛecipe diuitibus huiꝰ ſeculi non ſublime ſapere: neq̄ ſꝑare ī icerto diuitiaꝝ ſed ī deo viuo q̄ pꝛeſtat nobis oīa abūde ad fruēdū. Bn̄ agere / diuites fieri in opibꝰ bonis: facile retribuere ꝯmunicare / theſaurizare ſibi fundamētū bonū in futurū: vt appꝛehendant verā vitam. ¶ Scd̄m lucam.

In illo tp̄e: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Beati eritis cū oderint vos hōies / et cum ſeparauerit vos: ⁊ cū eiecerīt et exprobrauerīt nomē veſtrū tāꝗ̄ malū: ꝓpter filiū hoīs. Gaudete ī illa die ⁊ exultate ecce eīm merces veſtra: multa eſt ī celo. Scōm hec eīm faciebāt ꝓphetis: patres eoꝝ. Verūtamē ve vobis diuitib⁹: q̇ habetis ꝯſolationē veſtrā. Ve vobꝫ q̇ ſaturati eſtis: qꝛ eſurietis. Ve vobis q̇ ridetis nūc: qꝛ lugebitis ⁊ flebitis. Ve vobꝫ / cū bñ dixerit vobis oēs hoīes: ſcḋꝫ hec eīm faciebāt pſeudo ꝓphetis pr̄es eoꝝ: ſꝫ vobis dico q̇ auditis diligite inimicos v̄ros / bñfacite his q̇ vos oderūt / bñfacite maledicētib⁹ vos / orate ꝓ calūniātib⁹ vos. Et q̇ te ꝑcutit ī maxillā: p̄be ei⁊ alterā. Et ab eo q̇ aufert tibi veſtimētū: etiā tunicā noli ꝓhibere. Omni aūt petenti te tribue ⁊ q̇ aufert q̄ tua ſūt: ne repetas. Et ꝓut vultis vt faciāt vobis hoīes: ⁊ vos facite illis ſimiliter. Et ſi diligitis eos qui vos diligūt: que vobis eſt gratia? Nam et peccatores diligentes ſe diligunt. Et ſi benefeceritis his qui vobis bñfaciunt: q̄ vobis eſt gr̄a? Siquidem et peccatores hoc faciunt. Et ſi mutuū dederitis his a quibus ſperatꝫ recipere: q̄ gratia eſt vobis? Nā et peccatores peccatorib⁹ fenerātur. vt recipiant equalia. Veruntamē diligite ſīimicos veſtros: ⁊ bñdicite et mutuū date: nichil inde ſperātes. Et erit merces veſtra: multa ī celis.

¶ Dominica. xxi. Officium

In voluntate tua domine vniuerſa ſunt poſita: et nō eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tue tu enim feciſti omnia celum ⁊ terram ⁊ vniuerſa que celi ābitu continentur dñs vniuerſoꝝ tu es. Ps. Beati immaculati in via: q̇ ābulāt in lege dñi. Oratio.

Largire q̄s dñe fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacē: vt pariter ab oīb⁹ mūdent̄ offēſis et ſecura tibi mēte deſeruiāt. Per. ¶ Ad epheſios. vi.

Fratres: Confortamini ī dn̄o ⁊ ī potētia virtutꝫ ei⁹. Induite vos armaturā dei: vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quoniā nō eſt vobꝫ colluctatio aduerſ⁹ carnē ⁊ ſāguinē: ſed aduerſus prīcipes et poteſtates: aduerſ⁹ mūdi rectores tenebraꝝ harū ꝯtra ſpiritalia neq̇tie in celeſtib⁹. Propterea accipite armaturā dei vt poſſitis reſiſtere ī die malo: ⁊ in omnib⁹ perfecte ſtare. State ergo ſuccīcti: lumbos veſtros ī veritate et induti lorica iuſticie: ⁊ calciati pedes ī p̄paratiōe euāgelij pacis. In oīb⁹ ſumētes ſcutū fidei ī quo poſſitꝫ oīa tela neq̇ſſimi ignea extinguere. Et galeā ſalutꝫ aſſumite ⁊ gladiū ſpūs qḋ eſt v̄bū dei. Gr. Dñe refugiū fact⁹ es nobis a gn̄atiōe et ꝓgenie. V. Priuſꝗ̄ mōtes fierēt aut formarent̄ terra: ⁊ orbis a ſclo et ī ſclm tu es de⁹. Allā. V. Dextera dñi fecit v̄tutē dextera dñi exaltauit me. S. iohannē.

In illo tp̄e. Erat q̇dā regul⁹ cui⁹ fili⁹ infirmabat̄ capharnaū. Hic cū audiſſet qꝛ ieſ⁹ adueniret a iudea ī galileā: abiit ad eū: ⁊ rogabat vt deſcēderet ⁊ ſanaret filium ei⁹. Incipiebat eīm mori. Dixit ergo ieſus: ad eū. Niſi ſigna ⁊ ꝓdigia videritis nō creditꝪ. Dixit ad eū regul⁹. Dñe deſcēde: priuſꝗ̄ moriatur fili⁹ me⁹. Dicit ei ieſ⁹. Vade fili⁹ tuus viuit. Credidit hō ſermoni quē dixit ei ieſ⁹: ⁊ ibat. Iā aūt eo deſcēdēte: ſerui occurrerēt ei / ⁊ nūciauerunt dicētes / qꝛ fili⁹ ei⁹ viueret. Interrogabat ergo horaꝫ ab eis ī qua meli⁹ habuerat. Et dixerēt ei: qꝛ heri hora ſeptima reliq̇t eū febris. Cognouit aūt pat̄ qꝛ illa hora erat ī qua dixit ei ieſ⁹ / fili⁹ tuus viuit.

Et credidit ipſe: & domꝰ eius tota.
Offm. Vir erat ĩ tra noīe iob ſiplex
& rectꝰ ac timēs deū quem ſathā pe
tijt vt tētaret et data eſt poteſtas a
dño ĩ facltate & ĩ carne eiꝰ: ꝑdiditq
vēz ſubſtātiā ipiꝰ & filios carnē quo
q eiꝰ graui vlcere vulnerauit. Se.
Celeſtē nobis p̄beāt hec mi
ſteria ꝗs dñe medicinam & vi
tia nr̄i corpis expurgēt. Per. Cōio
In ſalutari tuo aīa mea et ĩ verbū
tuū ſpaui: qñ facies de ꝑſequētibꝰ
me iudiciū iniqui ꝑſecuti ſunt me
adiuua me dñe deꝰ meꝰ. Poſtcōio.
Vt ſacris domīe reddamur di
gni muneribus fac nos ꝗs tu
is ſemꝑ obedire mandatis. Per d.
¶ Feria quarta. Ad timotheum.
Cariſſime: Finis autē p̄cep
ti eſt caritas: de corde puro
& cōſcientia bona: & fide non ficta
A quibus quidā aberrantes cōuer
ſi ſunt in vaniloquium volētes au
tem eſſe legiſdoctores nō intelligē
tes neq ꝗ loquūtur: neq de quibꝰ
affirmant. Scimꝰ autē ꝗꝛ bona eſt
lex: ſi quis ea legitime vtat. Scien
tes hoc quia iuſto lex nō eſt poſita:
ſed iniuſtis et nō ſubditis / impijs
& peccatoribus ſceleratis: & ꝯtami
natis / parricidis & matricidis / ho
micidis / & fornicatoribꝰ maſculo
rum cōcubitoribus plagiarijs: mē
dacibꝰ periuris Et ſi quid aliud ſa
ne doctrine aduerſatur que eſt ſecū
dum euangeliū glorie beati dei: qd̄
creditū eſt michi. Gratias ago ei ꝗ
me confortauit. In chriſto ieſu: do
mino noſtro. Secundum lucam.
In illo tp̄e. Factū eſt vt intra
ret ieſꝰ ĩ ſynagogā: & doceret
Et erat ibi hō: et manꝰ eiꝰ dextera
erat arida. Obſeruabāt aūt ſcribe
& phariſei ſi ĩ ſabbato curaret: vt ĩ
uenirēt vnde accuſarēt illū. Ipſe vo
ſciebat: cogitatiōes eoꝝ. Et ait ho
mini ꝗ habebat manū aridā. Sur
ge & ſta ĩ medio. Et ſurgēs: ſtetit.
Ait aūt ad illos ieſus. Interrogabo
vos ſi licet ſabbato bñfacere an ma
le: Aīam ſaluā facere an ꝑdere? Et
circūſpectꝭ oībꝰ dixit hoī Extēde ma
nū tuā. Et extēdit: & reſtituta eſt ei
manꝰ eiꝰ. Ipi aūt repleti ſūt iſipiē
tia: & loq̄bāt adĩuicē: ꝗdnā facerēt
de ieſu. ¶ Fer. vi. Ad timotheum.
Cariſſime: Veritatē dico: nō
mentior / doctor gētiū ĩ fide
& veritate. Volo ergo viros orare ĩ
oī loco: leuantes puras manꝰ ſine
ira & diſceptatiōe. Similit & mulie
res ĩ habitu ſancto cū vecūdia & ſo
brietate ornātes ſe non ĩ tortis cri
nibus aut auro aut margaritꝭ: vel
veſte precioſa ſed quod decet mulie
res ꝓmittētes pietatē ꝑ opa bona
Mulieres in ſilētio diſcāt cū omni
ſubiectiōe. Docere aūt mulieri nō
permitto: neq dñari ĩ virū ſꝫ eſſe ĩ
ſilētio. Adā eni primꝰ formatꝰ eſt:
deinde eua. Et adā nō eſt ſeductꝰ ĩ
p̄uaricatione: mulier aūt fuit Sal
uabit aūt per gñationē filioꝝ: ſi ꝑ
māſerit ĩ fide & dilectiōe & ſctifica
tione: cū ſobrietate. Scdm̄ matheū.
In illo tp̄e. Cū veniſſet ieſus
in domū ſymonis petri: vi
dit ſocrū eius iacētē: et febricitātē
Et tetigit manū eiꝰ: & dimiſit eam
febris. Et ſurgēs: miniſtrabat eis
Veſpe aūt facto: obtulerūt ei mul
tos demonia habentes et eijciebat
ſpūs verbo: & oēs male habētes cu
rauit vt adĩpleret qd̄ dictum eſt ꝑ
yſaiā ꝓphetā dicētē. Ipe infirmita
tes nr̄as accepit: & egrotatiōes por
tauit. ¶ Dominica. xxvj. Officium
Si iniquitates obſeruaue
ris domine: dñe quis ſuſti
nebit: quia apud te propi
ciatio eſt deus iſrael. Ps.
De profundis clamaui ad te domīe

dn̄e exaudi vocem meam. Oratio.

Familiā tuā q̄s dn̄e continua pietate cuſtodi: vt a cūctꝫ aduerſitatibꝰ te ꝓtegēte ſit libera: et in bonis actibꝰ tuo noīi ſit deuota. Per dn̄m. Ad philippenſes. primo

Fratres: Confidimus de vobis in dn̄o ieſu: q̄ cepit in vobis opus bonū/ perficiet vſq; in diē xp̄i ieſu. Sicut eſt michi iuſtum hoc ſentire ꝓ oībꝰ vobis: eo q̄d habeam vos ī corde ⁊ in vinculis meis/ ⁊ in defenſione ⁊ confirmatiōe euāgelij: ſocios gaudij mei omnes vos eſſe. Teſtis enī michi eſt deus: quomodo cupiā vos oēs in viſceribus ieſu xp̄i. Et hoc oro vt caritas vr̄a magis ac magis abūdet: in oī ſciētia ⁊ ī oī ſenſu: vt ꝓbetis potiora: vt ſitis ſinceres ⁊ ſine offenſa in die xp̄i. Repleti fructu iuſticie: ꝑ ieſum xp̄m: ī gloriā et laudē xp̄i. Gr. Ecce ꝙ̄ bonū et ꝙ̄ iocundū habitare fratres ī vnum. ℣. Sicut vnguētū ī capite quod deſcēdit in barbam barbā aaron. ℣. Mādauit dn̄s bn̄dictionē: ⁊ vitā vſq; in ſeculū. Allā. ℣. De ꝓfūdis clamaui ad te dn̄e dn̄e exaudi vocē meā. All'. ℣. Lauda aīa mea dn̄m laudabo dn̄m in vita mea pſallā deo meo q̄diu ero. Allā. ℣. Qui ſanat cōtritos corde ⁊ alligat ꝯtritiones eorū. Scd̄m matheū. xviij.

In illo t̄pe: Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis parabolam hanc. Simile eſt regnū celoꝝ homini regi q̄ voluit rationē ponere: cū ſeruis ſuis. Et cum cepiſſet rationē ponere oblatꝰ ē ei vnꝰ q̄ debebat decem milia talēta. Cum autē nō haberet vnde redderet: iuſſit eū dn̄s eiꝰ venū dari: ⁊ vxorē eiꝰ ⁊ filios et oīa que habebat ⁊ reddi. Procidēs autē ſeruus ille: rogabat eū dicēs. Patientiā habe ī me: ⁊ oīa reddā tibi. Miſertus autē dn̄s ſerui illius: dimiſit eū et debitū dimiſit ei. Egreſſꝰ autē ſeruus ille: inuenit vnū de cōſeruis ſuis q̄ debebat ei cētū denarios. Et tenēs ſuffocabat eū: dicēs. Redde q̄d debes. Et ꝓcidens conſeruꝰ eiꝰ rogabat eū dicēs. Patientiā habe in me: et oīa reddā tibi. Ille autē noluit ſed abijt ⁊ miſit eū ī carcerē donec redderet debitū. Videntes autē cōſerui eius q̄ fiebāt: cōtriſtati ſūt valde. Et venerūt/ ⁊ narrauerunt dn̄o ſuo: oīa q̄ facta fuerant. Tūc vocauit illū dn̄s ſuꝰ: ⁊ ait illi. Serue neq̄ oē debitū dimiſi tibi q̄m rogaſti me. Nōne ergo oportuit ⁊ te miſereri ꝯſerui tui: ſicut ⁊ ego tui miſertꝰ ſū? Et iratꝰ dn̄s eiꝰ tradidit eū tortoribus: quoadvſq; redderet vniuerſū debitū. Sic ⁊ pat̄ meꝰ celeſtꝫ faciet vobꝫ: ſi nō remiſeritis vnuſq̄ſq; fratri ſuo: de cordibꝰ vr̄is. Off. Recordare ꝙ̄ ſteterī ī ꝯſpectu tuo vt loq̄rer ꝓ eis bonū ⁊ auerterē indignationē tuā ab eis. Secreta.

Suſcipe dn̄e propicius hoſtias quibus ⁊ te placari voluiſti: et nobis ſalutē potenti pietate reſtitui. Per. Cōio. Dico vobꝫ gaudium eſt āgelis dei ſuꝑ vno peccatore penitētiā agēte. Poſtcō.

Immortalitatis alimoniam cōſecuti q̄s dn̄e: vt q̄d ore percepimus mente ſectemur. Per do.

¶ Feria quarta. Ad timotheum.

Cariſſime: Obſecro primo oīum fieri obſecratiōes/ oratiōes/ poſtulatiōes/ grāꝝ actiōes ꝓ oībus hoībus: et pro regibꝰ ⁊ oībus q̄ in ſublimitate ſunt cōſtituti vt quietā et tranquillā vitam agamus ī oī pietate et caſtitate. Hoc enī bonū eſt et acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui omnes homīes vult ſaluos fieri: ⁊ ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus vnus mediator dei et hoīm/ homo chriſtus ieſus qui dedit redemptionem ſemetipſum pꝛo oībus cuiꝰ teſtimoniū tempoꝛibus ſuis confirmatū eſt: in quo poſitꝰ ſum ego pꝛedicatoꝛ et apoſtolus. Veritatem dico non mētioꝛ: doctoꝛ gentiū in fide et veritate. Secūdum marcum.

In illo tp̄e. Dixit ieſꝰ diſcipulis ſuis. Amē dico vobis / q̄a q̄cunq̄ dixerit huic monti tollere ⁊ mittere ī mare / ⁊ nō heſitaverit in corde ſuo / ſ; crediderit qꝛ q̄dcūq̄ dixerit fiat: fiet ei. Propterea dico vobꝫ oīa q̄cūq̄ oꝛātes petitis: credite q̄a accipietꝫ ⁊ eveniēt vobis. Et cū ſtabitis ad oꝛādū: dimittite ſi q̄d habetis adverſus aliquē vt ⁊ pr̄ veſter q̄ in celis eſt dimittat vobis pctā veſtra. Qđ ſi vos nō dimiſeritis: nec pr̄ vr̄ qui ī celis eſt: dimittet vobis pctā vr̄a. ¶ Fer. vi. Ad thimotheū.

Cariſſime. Fidelis ſermo et oī acceptione dignus. In hoc enī laboꝛamꝰ et maledicimur: qꝛ ſperamꝰ in deū vivum qui eſt ſalvatoꝛ oīm hoīm: maxime autē fideliū. Precipe hec: ⁊ doce. Nemo adoleſcētiā tuā cōtēnat: ſed exēplū eſto fidelium in verbo et cōverſatione / ī caritate / ī fide / in caſtitate. Dū venio: attēde lectioni exhoꝛtatiōi doctrine. Noli negligere grām q̄ eſt ī te q̄ data eſt tibi ꝑ ꝓphetiā cū impoſitione manuū pꝛeſbyteri. Hec meditare: et in his eſto vt ꝓfectꝰ tuus ſit manifeſtus omibus. Attende tibi: ⁊ doctrine inſta ī illis. Hoc enī faciens / et teipſum ſalvū facies: ⁊ eos qui te audiunt. Senioꝛem ne īcrepaveris: ſed obſecra vt patrē / iuvenes vt fratres / anus vt matres / iuvenculas vt ſoꝛoꝛes: in omni caſtitate. Viduas honoꝛa: que vere vidue ſunt. Si qua autē vidua filios aut nepotes habet: diſcat pꝛimū domum ſuā regere: ⁊ mutuam vicem reddere parentibus. Hoc enī acceptum eſt: coꝛā deo. Scd̄m marcum.

In illo tēpoꝛe. Dixit ieſus diſcipulis ſuis. Videte quid audiatis. In qua menſura mēſi fueritis remetietur vobis: ⁊ adijciet vobis. Qui enim habet dabitur ei: et qui nō habet etiam quod habet auferetur ab illo. Et dicebat. Sic ē regnum dei: quemadmodum ſi iaciat homo ſemētem in terram et doꝛmiat ⁊ exurgat nocte ac die: ⁊ ſemē germinet ac creſcat dum neſcit ille. Ultro enī terra fructificat pꝛimuꝫ herbam / deinde ſpicam / deinde plenum frumentū in ſpica. Et cum ſe ꝓduxerit fructꝰ ſtatī mittit falcem: q̄m adeſt tēpꝰ meſſis. ¶ Do. xxiii. Officium. Si iniquitates. Oꝛatio.

Deus refugiū noſtrū et virtꝰ: adeſto piis eccleſie tue pꝛecibus auctoꝛ ipē pietatis ⁊ p̄ſta vt q̄d fideliter petimꝰ efficaciter cōſequamur. Per dn̄m. Ad philippenſes.

Fratres. Imitatoꝛes mei eſtote: ⁊ obſervate eos qui ita ambulant: ſicut habetis foꝛmā noſtrā. Multi enī ambulant: quos ſepe dicebā vobis. Nūc autē et flens dico: inimicos crucis xp̄i. Quoꝝ finis īteritꝰ / quoꝝ deus venter eſt: ⁊ gloꝛia in ꝯfuſione eoꝝ qui terrena ſapiunt. Noſtra aūt cōverſatio: in celis eſt. Unde etiā ſalvatoꝛē expectamus dn̄m nr̄m ieſū xp̄m: qui reformabit coꝛpꝰ humilitatis nr̄e cōfiguratū coꝛpoꝛi claritatis ſue: ſecūdū operationē qua poſſit etiam ſubijcere ſibi oīa. Itaq̄ fratres mei cariſſimi ⁊ deſideratiſſimi: gaudiū meū ⁊ coꝛona mea: ſic ſtate ī dn̄o cariſſimi. Eucodiā rogo ⁊ ſinticē depꝛecoꝛ: idipſū ſapere in dn̄o. Etiam rogo ⁊ te germane compar adiuva eos q̄ mecū laboꝛaverūt ī evāgelio cū clemēte ⁊ ceteris adiutoꝛibꝰ me ts. Quoꝝ noīa ſūt ī libro vite. Gr. Ecce q̄ bonū. ℣. Mādauit dn̄s. All' vſꝰ. Lauda aīa. S. matheum. xxii.

IN illo tp̄e: Abeuntes phariſei cōſiliū inierūt vt caperēt ieſū in ſermone. Et mittūt ei diſcipulos ſuos cū herodianis dicentes Magiſter/ ſcimꝰ qꝛ verax es: et viā dei ī veritate doces: ⁊ nō eſt tibi cura de aliquo. Nō eni꞉ reſpicis perſonā hoīm. Dic ergo nobis: q̄d tibi videtꝛ? Licet cēſū dari ceſari an nō? Cognita aūt ieſꝰ neq̄tia eoꝝ: ait. Quid me tētatꝫ ypocrite? Oſtēdite mchi nūmiſma cēſꝰ. At illi obtulerūt ei denarium. Et ait illis ieſus. Cuiꝰ ē hec ymago ⁊ ſ̄ſcriptio? Dicūt ei. Ceſarꝫ. Tūc ait illis. Reddite ergo q̄ ſūt ceſaris ceſari ⁊ q̄ ſūt dei deo. Offꝛ. Recordare mei dn̄e oīpotētatui dominās da ſermonē rectū ⁊ bn̄ſonantē ī os meū vt placeāt verba mea ī ꝯſpectu prīcipis euerte cor eiꝰ ī odiū repugnātiū nobis: ⁊ ī eos qui cōſentiūt eis: nos aūt libera in manu tua deꝰ noſter ī eternū. Sec.

DA queſumus miſericors deus: vt hec ſalutaris oblatio ⁊ a proprijs nos reatibus indeſinēter expediat: ⁊ ab omnibus tueatur aduerſis. Per dn̄m noſtrum ieſum

Cōmunio. Dico vobis. Poſtcōio.

SUmpſimus domine ſacri dona myſterii humiliter deprecātes: vt que in tui commemoratione nos facere precepiſti: in noſtre proficiant infirmitatis auxilium. Per dominū noſtrum ieſū chriſtū.

¶ Feria quarta. Ad timotheum.

CArīſſime: Noli erubeſcere teſtimonium dn̄i nr̄i ieſu xp̄i: neq꞉ me vinctum eius: ſed collabora euāgelio ſcd̄m virtutem dei: q̄ nos liberauit et vocauit vocatiōe ſctā nō ſcd̄m opera noſtra: ſed ſcd̄m propoſitū ſuū ⁊ gratiā que data eſt nobis in xp̄o ieſu āte tpa ſcloꝝ manifeſtata ē autē: nūc p illūīatiōnē ſaluatoris noſtri ieſu xp̄i q̄ deſtruxit quidē mortē: illumīauit aūt vitā ⁊ incorruptionem p euāgeliū in quo poſitꝰ ſum ego p̄dicator et apoſtolus et magiſter gētium. Ob quam cauſam etiā hec patior: ſed nō ꝯfūdor. Scio ei cui credidi/ ⁊ certꝰ ſū: qꝛ potens eſt depoſitū meum ſeruare in illum diem. Scd̄m matheum.

IN illo tp̄e. Cū veniſſet ieſus et diſcipuli eiꝰ capharnaū/ acceſſerūt q̄ didragma accipiebant ad petrum: ⁊ dixerūt ei. Magiſter veſter: non ſoluit didragma. Ait. Etiam. Et cum introiſſet in domū preuenit eū ieſus: dicens. Quid tibi videtur ſymō? Reges terre a quibus tributum accipiuut: vel cēſū? A filiis ſuis an ab alienis? Et ille dixit. Ab alieis. Dixit illi ieſꝰ. Ergo liberi ſunt filii. Ut autem non ſcādalizemꝰ eos/ vade ad mare ⁊ mitte hamum: ⁊ eū piſcē qui primū aſcenderit tolle/ ⁊ aperto ore eius inuenies ſtaterē. Illū ſumens da eis pro me et te. ¶ Feria. vi. Ad titum.

CArīſſime. Oīa munda mundis coinq̄natis autē et infidelibus nichil eſt mūdū: ſꝫ inquinate ſunt eoꝝ ⁊ mēs et ꝯſciētia. Cōfitētur ſe noſſe deū: factꝫ aūt negāt cū ſint abhominati ⁊ ī credibiles ⁊ ad os opus bonū reprobi. Tu autē loquere: q̄ decēt ſanam doctrinā. Senes vt ſobrij ſint: pudici prudentes ſani in fide ī dilectione in patiētia Anus ſimiliter in habitu ſācto nō criminatrices nō vino multo ſeruientes/ bene docētes: vt prudētiam doceāt. Adoleſcētulas vt viros ſuos amēt: filios diligant/ prudētes ſobrias/ caſtas/ domus curā habētes/ benignas/ ſubditas viris ſuis vt non blaſphemetur verbū dei.

Iuuenes simul hortare: vt sobrij sint in omnibus. Temetipsum prebe exẽplum bonoꝝ operũ: i doctrina i itegritate i grauitate. Verbũ sanũ irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur nichil habẽs malũ dicere de vobꝫ. Seruos dñis suis subditos esse in oibus placentes nõ cõtradicentes non fraudantes sed in oibus fidẽ bonã ostendẽtes vt doctrinam saluatoris nostri dei: ornẽt in oibus. Scd̃m marcũ.

In illo tp̃e: Conuenerunt ad iesum pharisei: ⁊ quidam de scribis veniẽtes ab hierosolimis. Et cũ vidissẽt quosdã ex discipulis ei⁹ nõ lotis manibus mãducare panem: vituperauerũt eos. Pharisei el ⁊ oẽs iudei: nisi crebro lauẽt manus nõ mãducant tenẽtes traditiones senioꝝ. Et cũ a foro venerĩt nisi baptizarent non comedũt. Et solẽt alia multa q̃ tradita sũt illis seruare baptismata calicum: et vrceorum et eramentorũ: et lectorũ. Et interrogabant eum scribe et pharisei dicẽtes. Quare discipuli tui nõ ãbulãt iuxta traditionẽ senioꝝ sed nõ lotis manibus mãducãt panẽ? Et ille respõdẽs: dixit eis. Bñ prophetauit ysaias de vobis ypocritꝫ: sicut scriptũ est. populus hic labijs me honorat: cor aũt eoꝝ longe est a me. In vanũ autẽ me colunt docẽtes doctrinas ⁊ p̃cepta hoim. Relinquentes enim mandatum dei: tenẽtes traditionẽ hominũ. ¶ Dñica xxiiij. offm Si iniquitates. Oro.

Absolue q̃s dñe tuorum delicta pplorũ: et a pctõꝝ nr̃oꝝ nexib⁹ q̃ pro nr̃a fragilitate ꝯtraximus tua benignitate liberemur. Per dñm. Ad colocenses primo.

Fratres: Nõ cessam⁹ pro vobis orãtes et postulantes vt ĩpleamini agnitiõe voluntatis ei⁹: i oi sapiẽtia ⁊ itellectu spirituali. Vt ãbuletis digne deo p oia placẽtes i oi ope bono fructificãtes et crescẽtes i sciẽtia dei. In oi v̄tute ꝯfortati scd̃ꝫ potẽtiã claritatis ei⁹. In oi patientia et longanimitate cũ gaudio In xp̄o iesu: dño nr̃o. Gr. Ecce q̃ bonũ ⁊. Sicut vnguẽtũ. Allã. V. Qui sanat. Secũdũ matheum. ix.

In illo tempore: Loquẽte iesu ad turbas: ecce priceps vnus accessit: ⁊ adorabat eũ dicens. Dñe/ filia mea modo defũcta est: sꝫ veni ipone manũ tuã super eã: ⁊ viuet. Et surgẽs iesus seq̃bat eũ: ⁊ discipuli eius. Et ecce mulier q̃ fluxũ sãguinis patiebat duodecim ãnis accessit retro: ⁊ tetigit fimbriã vestimẽti eius. Dicebat enim intra se Si tetigero tãtũ vestimẽtũ ei⁹: salua ero. At ies⁹ ꝯuers⁹ et videns eã. dixit. Cõfide filia: fides tua te saluam fecit. Et salua fctã est mulier: ex illa hora. Et cum venisset ies⁹ in domũ pricipis/ ⁊ vidisset tibicines ⁊ turbã tumultuãtẽ: dicebat. Recedite/ nõ est ei mortua puella: sꝫ dormit. Et deridebãt eũ/ ⁊ cũ eiecta esset turba intrauit et tenuit manũ ei⁹: ⁊ surrexit puella. Et exijt fama hec: in vniuersam terram illã. Offerto. Recordare quod ste.. Secre.

Pro nostre seruitutis augmẽto sacrificinm tibi dñe laudꝫ offerimus/ presta q̃s: vt qd̃ immeritis contulisti propicius exequaris. Per. Cõio. Dico vobis. Postcõio.

Quesumus oipotens deus: vt quos diuina tribuis participatione gaudere: humanis non sinas subiacere periculis. Per dñm nostrũ. ¶ Feria. iiii. Ad romanos.

Fratres: Nolo vos ignorare misteriũ hoc: vt non sitis vobismetip̃is sapiẽtes: q2 cecitas ex parte ꝯtigit i isrl̃ dõec plenitudo gẽtiū itraret / ⁊ ſic oĩs iſrael ſaluꝰ fieret: ſicut ſcriptū ẽ. Veniet ex ſyō q̄ eripiat ⁊ auertat ĩpietates ab iacob. Et hoc illis a me teſtamẽtū cū abſtulero pctã eoꝝ. ſcḋm euangeliū quidẽ ĩimici ꝓpter vos ſcḋm electionẽ cariſſimi propter patres. Sine penitẽtia aūt ſunt: dona ⁊ vocatio dei. Sicut enĩ aliquãdo et vos non credidiſtis deo: nunc autẽ miam cõſecuti eſtis: ꝓpter illoꝝ ĩcredulitatẽ: ita ⁊ iſti nūc nõ crediderũt ĩ vr̃am miam vt et ipſi miam cõſequãtur. Cõcluſit enĩ deus oĩa ĩ ĩcredulitate vt oĩm miſereatur. O altitudo diuitiaꝝ ſapiẽtie ⁊ ſcientie dei: q̄ ĩcōp̄hẽſibilia ſūt iudicia eiꝰ: ⁊ ĩueſtigabiles vie eiꝰ. Quis cognouit ſenſum dñi: aut q̄s ꝯſiliariꝰ eius fuit? Aut q̄s prior dedit illi: et retribuẽ ei? Quoniã ex ipo ⁊ per ipſū: ⁊ ĩ ipo ſūt oĩa. Ipſi honor et glĩa: ĩ ſecula ſeculoꝝ amen. Secundū marcum.

IN illo tp̄e. Interrogauit ieſum vnus de ſcribis qḋ eſſet primū oĩm mandatū. Jeſus aūt reſpõdit ei qꝛ primū oĩm mãdatū eſt. Audi iſrael: deus tuꝰ deus vnꝰ eſt. Et diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo ⁊ ex tota aĩa tua: ⁊ ex tota mẽte tua: ⁊ ex tota virtute tua. Hoc eſt primū mãdatū. Scḋm autẽ: ſimile eſt huic. Diliges proximū tuū ſicut teipſū. Maius hoꝝ: aliud mãdatū nõ ẽ. Et ait illi ſcriba. Bene Magiſter ĩ veritate dixiſti / qꝛ vnꝰ eſt deꝰ: ⁊ nõ eſt aliꝰ p̄ter eū: ⁊ vt diligã ex toto corde ⁊ ex toto ĩtellectu: ⁊ ex tota anima / ⁊ ex tota fortitudine. Et diligere proximū tãq̄ ſeipſū: maius eſt oĩbꝰ olocauſtomatibꝰ et ſacrificiis. Jeſus aūt videns q̄ ſapienter reſpõdiſſet: dixit illi. Nõ es lõge a regno dei. ¶ Fer. vi. Ad hebreos.

FRatres. Habentes fiduciam in introitu ſctõꝝ in ſanguine xp̄i quã initiauit nobis viã nouã ⁊ viuẽtẽ ꝑ velamẽ id eſt ꝑ carnẽ ſuã: et ſacerdotẽ magnū ſuꝑ domū dei: accedamꝰ cū vero corde in plenitudine fidei: aſpſi corda a ꝯſciẽtia mala / ⁊ abluti corpꝰ aqua munda. Teneamꝰ ſpei nr̃e ꝯfeſſionẽ ĩdeclinabilẽ. Fidelis eĩ: q̄ repromiſit. Et cõſideremus inuicẽ in ꝓuocationẽ caritatis ⁊ bonoꝝ opeꝝ: nõ deſerẽtes collectionẽ veſtrã ſicut eſt ꝯſuetudinis quibuſdã ſed ꝯſolãtes et tanto magis quanto videritis: appropinquantem diem. Voluntarie enĩ peccãtibꝰ nobis poſt acceptam noticiã veritatis: iã nõ relinq̇tur pro peccatis hoſtia. Terribilis nãq̄ eſt quedam expectatio iudicii: ⁊ ignis emulatio que conſumptura eſt: aduerſarios. Secundum matheum.

IN illo tẽpore. Dixit ieſus turbis iudeorum. Homo quidã habuit duos filios: ⁊ accedẽs ad p̄mum dixit. Fili / vade operari hodie: in vineam meã. Ille autẽ reſpõdens: ait. Nolo. Poſtea aūt penitẽtia motus: abiit. Accedens autẽ ad alterū: dixit ſimiliter. At ille reſpõdens ait. Eo dñe. Et nõ iuit. Quis ex duobꝰ fecit voluntatẽ patris? Dicunt. Primꝰ. Dixit illis ieſꝰ. Amen dico vobis: qꝛ publicani ⁊ meretrices precedent vos in regno dei. Venit enĩ ad vos iohannes in via iuſticie: ⁊ nõ credidiſtis ei. Publicani autem ⁊ meretrices: crediderũt ei. Vos aūt videntes: nec penitentiam habuiſtis poſtea: vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat

¶ Dominica. xxv. Officium.

DIxit dominus ego cogito cogitationes pacis et non afflictionis inuocabitis me et ego exaudiam vos: et reducam captiuitatẽ veſtram de cunctis locis. ℣. Benedixiſti dñe terrã tuū: auertiſti captiuitatē iacob. Oꝛ.

Excita dn̄e q̄s tuoꝝ fideliū voluntates: vt diuini operis fructū ꝓpēſius exequētes pietatis tue remedia maioꝛa percipiāt. Per d̄.

¶ Lectio hieremie pꝛophete. xxiij.

Ecce dies veniūt dicit dn̄s: et ſuſcitabo dauid germen iuſtum: et regnabit rex ⁊ ſapiens erit ⁊ faciet iudicium ⁊ iuſticiam ī terra. In diebus illis ſaluabitur iuda ⁊ iſrael habitabit ꝯfidēter. Et hoc eſt nomē quod vocabūt eum: dn̄s iuſt⁹ noſter. Pꝛopter hoc ecce dies veniūt dicit dn̄s: ⁊ non dicent vltra viuit dn̄s q̄ eduxit filios iſrael de t̄ra egypti ſed viuit dn̄s q̄ eduxit ⁊ adduxit ſemē dom⁹ iſrl̄ de t̄ra aquilonis ⁊ de cūctis terris ad quas eiecerā eos illuc. Et habitabunt ī t̄ra ſua dicit dn̄s ōps. Grad. Liberaſti nos dn̄e ex affligentib⁹ nos ⁊ eos q̄ nos oderūt ꝯfudiſti. ℣. In deo laudabimur tota die ⁊ noī tuo ꝯfitebimur ī ſecula. Allā. ℣. Qui poſuit fines tuos pacem: ⁊ adipe frumēti ſatiat te.

¶ Secundū iohānē. vi.

In illo tēpoꝛe: Cum ſubleuaſſet oculos ieſus/ ⁊ vidiſſet q2 multitudo maxima venit ad eū: dicit ad philippū: vnde emem⁹ panes vt māducent hi? Hoc aūt dicebat: tentans eū. Ipſe eī ſciebat: quid eſſet factur⁹. Reſpondit ei philipp⁹ Ducētoꝝ denarioꝝ panes nō ſufficiūt eis: vt vnuſquiſq3 modicū q̄d accipiat. Dicit ei vn⁹ ex diſcipulis eius: Andꝛeas frater ſymonis petri. Eſt puer vn⁹ hic/ qui habet quinq3 panes oꝛdeaceos: ⁊ duos piſces Sz hec: q̄d ſūt īter tātos? Dicit ergo ieſ⁹. Facite hoīes diſcumbere. Erat aūt fenū multū: in loco. Diſcubuerunt ergo viri: numero quaſi quinq3 milia. Accepit ergo ieſus panes et cum gratias egiſſet diſtribuit diſcumbentibus. Similiter ⁊ ex piſcibus: q̄tum volebant. Ut autem impleti ſunt: dixit diſcipulis ſuis. Colligite q̄ ſup̄uerunt fragmenta: ne pereant. Collegerūt ergo/ ⁊ impleuerūt duodecim cophinos fragmentoꝝ: ex q̄nq3 panib⁹ oꝛdeaceis et duob⁹ piſcibus que ſuperfuerūt his qui manducauerant. Illi aūt hoīes cum vidiſſēt quod fecerat ſignum: dicebāt. Quia hic eſt vere ꝓpheta: qui venturus eſt ī mūdum. Offr. De ꝓfūdis clamaui ad te domīe dn̄e exaudi oꝛonē meā. Secre.

Propicius eſto domine ſupplicationib⁹ noſtris: et populi tui oblationib⁹ pꝛecibuſq3 ſuſceptis oīm noſtrū ad te coꝛda conuerte: vt a terrenis cupiditatib⁹ liberi ad celeſtia deſideria trāſeam⁹. Per do. nr̄m. Cōio. Amē dico vobis q̄cquid oꝛātes petitis credite q2 accipietis et fiet vobis. Poſtcōio.

Concede nobis dn̄e q̄s/ vt ſacramētū q̄d ſumpſimus: quicq̄d in nr̄a mēte viciosum eſt: ipſius medicaminis dono curet. Per do.

¶ Fer. iiij. Ad theſſalonicēſes. ij.i.

Fratres: Grās agere debemus deo ſēp pꝛo vobis ita vt dignū eſt: q2m ſupcreſcit fides vr̄a et abūdat caritas vniuſcuiuſq3 oīm veſtrū ī inuicē ita vt nos ipſi gloꝛiemur ī eccleſiis dei ꝓ patiētia vr̄a et fide: ī oīb⁹ ꝑſecutionib⁹ vr̄is ⁊ tribulatiōib⁹ q̄ ſuſtinetis ī exēplū iuſti iudicij dei/ vt digni habeamini regno dei ꝓ quo ⁊ patimini. Si tamē iuſtū eſt apd̄ deū retribuere retributionē his q̄ vos tribulāt et vobis q̄ tribulamini requiē nobiſcū: ī reuelationem dn̄i ieſu de celo cū āgelis virtutis ei⁹ ī flāmā ignis dātis vindictā his q̄ nō nouerunt deū: ⁊ qui nō obedierunt euangelio dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Qui penas dabunt in interi tu eternas a facie dn̄i et a gl'a virtutis eius: cum venerit glorificari in ſanctis ſuis: ꝛ admirabilis fieri in o͞ibus qui credunt in ieſum chriſtum: dn̄m noſtrum. Sc̄dm lucam.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Ite / ecce ego mitto vos: ſicut agnos īt lupos. Nolite ergo portare ſacculū / neqꝫ perā / neqꝫ calciamēta: et neminē ꝑ viā ſalutaueritis. In quācunqꝫ domū īntraueritis: primū dicite. Pax huic domui. Et ſi ibi fuerit fili⁹ pacis req̄eſcet ſup illū pax vr̄a. Sin autem ad vos reuertet̄. In eadē autē domo manete: edētes ꝛ bibētes q̄ apud illos ſunt. Dign⁹ eſt enī opari⁹: mercede ſua. Nolite trāſire de domo in domū. Et ī quācunqꝫ ciuitatē īntraueritis ꝛ ſuſceperint vos mānducate q̄ apponuntur vobis: ꝛ curate infirmos q̄ ī illa ſūt: ꝛ dicite illis. Appropinquabit ī vos: regnū dei. In quancūqꝫ aūt ciuitatē intraueritis ꝛ nō receperint vos: exeūtes in plateas ei⁹ dicite. Etiam puluerē q̄ adheſit nobis de ciuitate veſtra: extergim⁹ ī vos. Tamen hoc ſcitote: quia appropinquabit in vos regnum dei.

Feria. vi. Lectio zacharie ꝓphē.

Hec dicit dn̄s deus. Gaude et letare filia ſyon: q2 ecce ego venio et habitabo in medio tui: dicit dn̄s. Et applicabūt gētes multe ad dn̄m in die illa: ꝛ erūt michi ī populū. Et habitabo in medio tui: et ſcies q2 dn̄s exercituū miſit me ad te. Et poſſidebit dn̄s iudā partē ſuam ī t͞ra ſctificata: et elegit adhuc hieruſalem. Sileat o͞is caro a facie dn̄i q2 ꝯſurrexit de habitaculo ſc̄tō ſuo: dn̄s deus noſter. Sc̄dꝫ marcū.

In illo tp̄e: Dixit ieſ⁹ diſcipulis ſuis. Vigilate ꝛ orate: neſcitis eī quādo tp̄s ſit. Sicut hō q̄ peregre ꝓficiſcens reliq̄t domum ſuā: ꝛ dedit ſeruis ſuis poteſtatē cuiuſqꝫ opis: ꝛ ianitori p̄cepit vigilare. Sic ergo vigilate neſcitis enim quādo dn̄s dom⁹ veniat. Sero: an media nocte: an gallicantu / an mane. Ne cū venerit repēte: inueniat vos dormientes. Quod autem dico vobis / omnibus dico: vigilate.

¶ Incipit offi͞m miſſe de q̄nqꝫ vulneribus dn̄i nr̄i ieſu chriſti. Offi͞m.

Humiliauit ſemetipſum domin⁹ noſter ieſus xp̄s vſqꝫ ad mortē: mortē aūt crucis propter quod ꝛ deus exaltauit illum: et donauit illi nomen qḋ eſt ſuper omne nomen. Ps. Miſericordias domini: in eternū cātabo. V⁹. Glia pr̄i. Humiliauit. ꝛc. Kyrie oꝑs pat̄ īgenite nobis miſeris eleyſon. ꝛc. Gloria ī excelſis deo. Sꝫ dicitur extra aduētum. ꝛ. lxx. Oro.

Domine ieſu xp̄e fili dei viui qui de celo ad terram de ſinu patris deſcendiſti: ꝛ ī ligno crucis quīqꝫ plagas ſuſtinuiſti: ꝛ ſanguinem tuū p̄cioſū ī remiſſionē pctōrū effudiſti te humiliter deprecamur: vt ī die iudicii ad dexterā tuā ſtatuti a te audire mereamur: venite b̄ndicti pr̄is mei. Qui cū eodē patre. ꝛc. Lectio zacharie prophete.

Hec dicit domin⁹ de⁹. Effundā de ſpiritu meo ſuper domum dauid: ꝛ ſuper habitatores hieruſalem: ſpiritū gratie ꝛ miſerationis. Et aſpicient in me quē tranſfixerūt et plangent eū quaſi vnigenitū: et dolebunt ſuper eū: vt doleri ſolet ī morte primogeniti. In illa die erit plāctus magn⁹ in hierl'm ꝛ dicetur ei: que ſunt iſte plage in medio manuum tuarum? Et dicet eis: his plagis plagat⁹ ſum ī domo eorū: q̄ me diligebant. Framea ſuſcitare ſuper paſtorem meū / ꝛ ſuper virum coherentem michi / dicit dn̄s exercituū

Percutiā paſtorem: et diſpergentur oues gregis. Dicit dñs: oīpotens. Gr̄. Improperiū expectauit cor meum ⁊ miſeriam: et ſuſtinui q̄ ſimul cōtriſtaretur et nō fuit conſolantē me queſiui et nō īueni. ℣. Et dederūt ī eſcam meā fel: ⁊ ī ſiti mea potauerunt me aceto. Allā. ℣. Aue rex noſter ieſu xp̄e tu nr̄os ſol⁹ errores et reat⁹ miſerat⁹ ꝓtuliſti pr̄i obediēs duct⁹ es ad crucē vt agn⁹ māſuet⁹ ad occiſionē tibi gloria oſāna tibi ſumme laudis ⁊ honeſtatis chorea

¶ Infra. lxx. dicatur iſte tractus.

Iudica me de⁹ ⁊ diſcerne cauſā meā de gēte nō ſctā ab hoīe iniquo et doloſo eripe me: qꝛ tu es de⁹ me⁹ et fortitudo mea. ℣. Teſtes dñe īiq̄ īſurrexerūt ī me tradit⁹ ſū et mētita eſt īiq̄tas ſibi. ℣. Supra dorſū meū fabricauerūt pctōres ꝓlōgauerūt iniquitatem ſuā. ℣. Ipſi vero cōſiderauerunt ⁊ īſpexerunt me diuiſerūt ſibi veſtimēta mea ⁊ ſuper veſtē meā miſerūt ſortē. ℣. Foderūt manus meas ⁊ pedes meos et dinumerauerūt oīa oſſa mea ⁊ dolorē vulnerū meoꝝ addiderunt. Sequētia.

Cenam cum diſcipulis ieſu celebraſti et mortem apoſtolis palā nūciaſti. Et auctorē ſcelerꝭ iudā demōſtraſti ⁊ egreſſus ꝓtin⁹ ortulum intraſti. Tunc ꝓcedens dñs humi ſe ꝓſtrauit ⁊ transferri calicem a ſe poſtulauit. Sed patris arbitrio illū cōmēdauit ⁊ mox ecce ſāguis ſudor emanauit. Iudas poſt hec oſculū xp̄o dedit triſti ad q̄d inquit dñs amice veniſti. Nūq̄d tradis oſculo quē iā vēdidiſti aſſiſtentes ꝓtin⁹ irruerūt miniſtri. Mox īſomnis itaq; tota ducebatur nulla prorſus req̄es ieſu ꝑſtabat. Magiſtroꝝ ipſa plebs īiuriatur alapis ⁊ colaphis īnocēs mactat̄. Dū ieſum eripere ꝑlatus conat̄ iudeoꝝ furia magis īflāmat̄. Et tumult⁹ populi ingēs excitat̄ ⁊ plebis vox ītonat vt crucifigat̄. Tradit̄ militib⁹ vinculis artat̄ vndiq; v̄beribus corp⁹ cruētat̄. Caput regis glorie ſpinis coronat̄: poſtq; flexis genib⁹ q̄ſq̄s irritat̄. Ecce caro tenera nr̄i ſaluatoris ad colūnā neq̄ter coartat̄ loris. Sic flagellis ceditur impiū tortoris ꝙ emanant riuuli rubei cruoris. Poſt per vrbis mediū ieſus procedebat: ⁊ crucis patibulū humeris ferebat. Ad fores ⁊ hoſtia populus fluebat: eiuſq; cōfuſio oīb⁹ patebat. Ad pudoris cumulū ieſu denudaris ⁊ vento ⁊ frigori nudus ſpoliaris. Innocens cū impiis ī cruce dānaris ⁊ quaſi dux ſceleris medio locaris. Tenſis ligno brachȳs manus cōclauātur: corpus mēbra ſingula pedes perforātur. Nerui bene ſimili modo penis tractabātur: pedum plante dñi ferro ꝯclauātur Fundunt riuos ſanguinis mēbra ſaluatoris properet huc anima triſtis peccatorꝭ. Vt hauriat quippiā ſacrati liquoris: quo frequēter līniat vulnera doloris. Loquēs ieſus poſtea ſitio dicebat ⁊ acetū ꝓtinus felleq; miſcebat. Ac īfuſū ſpōgia ori porrigebat qđ deguſtās paululum ſumere nolebat. Mi ieſu mirifice / q̄d eſt qđ agebas: tu de ſiti conq̄rēs de cruce ſilebas. Nūquid hāc doloribus magis ſētiebas: ſed ſalutem poti⁹ noſtrā ſitiebas. Vocem promēs vltimā patrē īuocaſti: ſpiritū in manib⁹ eius cōmendaſti. Cum clamore valido tādē expiraſti: ⁊ ſalutem omniū ita cōſūmaſti. Nunc ego ſuꝑbio tu humiliaris: ego culpas perpetro tu penis grauaris.

Ego pomū mordeo tu felle potarꝭ: ego peto mollia tu dire cruciarꝭ. Cuius demū valeat mens vel lingua fari: ꝙtū v̄go creditur ītus crucia ri. Uñ cernit iã mortuũ latus vulnerari: atq; nat ibi ſcera lãcea rimari. Corpꝰ quidē mortuũ iam nil ſentiebat: ſed militis lancea pectꝰ aperiebat. Quē fixum ī latere filij videbat: vnde aqua ſanguine mixta effluebat. Ad hunc ergo propera fontem redemptoris: vt fluente quippiã haurias dulcoris. Aque vite lauacrum precii cruoris: quo tui curatio profluat languoris. Redemptor fidelium tu q̄ ſic obiſti ꝓ cruorē vulneꝝ de te quē fudiſti. Me reliquas orphanos quos ſic redemiſti mitte nobis ſpm̄ tuis quem dediſti Sumus quidē miſeri rei pctōres: ⁊ multoꝝ criminum magni debitores. Sȝ ſint tua vulnera tuiq; liuores: ꝓ nobȝ ⁊ hoſtia ac īterceſſores Nos eterne a gehenne ſalua ſupplicio: quos pctō ſoluis dato tue mortis precio. Jeſu bone ſic diſpone horam noſtri trãſitus: vt ad chorum angelorum noſter pergat ſpiritus. Amen. Secundum iohannem. r.

In illo tp̄e Sciens ieſus quia iam oīa cõſummata erant de ipſo: vt cõpleretur ſcriptura dixit. Sitio. Jlli autē ſpongiã aceto yſopo plenã circũponētes: obtulerunt ori eiꝰ. Et cũ accepiſſet ieſus acetũ dicit. Conſummatũ eſt. Et inclinato capite: emiſit ſpiritũ. Judei ergo qm̄ paraſceue erat: vt nõ remanerent ī cruce corpora ſabbato. Erat ei magnꝰ ille dies ſabbati: rogauerunt pylatũ vt frangerētur eorum crura: et tollerētur. Venerũt ergo milites ⁊ primi quidē fregerũt crura: ⁊ alterius qui crucifixꝰ eſt cũ eo Ad ieſum autē cũ veniſſet vt viderunt eũ iam mortuũ: nõ fregerunt eius crura. Sed vnus militum lanceã latus eiꝰ aperuit: ⁊ cõtinuo exiuit ſanguis et aqua. Et qui hec vidit teſtimoniũ perhibuit ⁊ ſcimus quia verum eſt teſtimonium eius. ¶ Credo. Offer. Inſurrexerũt ī me viri iniqui ⁊ abſq; miā q̄ſierũt me interficere et nõ pepercerũt ī faciē meã ſpuere: et lãceis ſuis vulnerauerũt me: ⁊ excuſſa ſũt oīa oſſa mea. Secr.

Domine ieſu xp̄e q̄ pro mundi redēptione crucis lignũ aſcēdiſti: vt vniuerſus mũdus qui ī tenebris erat illuminaretꝰ: illã q̄s lucē ī aīas ⁊ corpora nr̄a ſemꝑ infũde: ꝑ quã ad etnã lucē peruenire mereamur. Qui viuis ⁊ regnas cum deo. Preſa. Qui ſalutem. Cõio. Foderũt manꝰ meas et pedes meos et dinumerauerũt oīa oſſa mea. Poſtcõ.

Domie ieſu xp̄e qui hora diei ſexta ꝓ redēptiōe mundi crucis patibulũ aſcēdiſti: ⁊ ſanguinē tuũ precioſũ in remiſſionē pctōꝝ noſtroꝝ fudiſti / te humilit̄ dep̄camur vt per tue paſſionis ⁊ vulneꝝ tuoꝝ merita poſt obitũ nr̄m paradiſi ianuã gaudentē introire mereamur. Qui viuis ⁊ regnas cũ d. In vnit.

¶ In dedicatione eccleſie. Officiũ

Terribilis eſt locus iſte / hic domus dei eſt ⁊ porta celi ⁊ vocabitur aula dei. pſalmꝰ Quamdilecta tabernacula tua dn̄e virtutũ concupiſcit et deficit aīa mea ī atria domini. Oratio.

Deus qui nobȝ ꝑ ſingulos annos huiꝰ ſcti tēpli tui ɔſecrationis reparas diē: ⁊ ſacris ſēp miſteriis repſētas incolumes: exaudi p̄ces popli tui et preſta: vt q̄ſq̄s hoc tēpliũ beneficia petiturꝰ īgreditur: cuncta ſe impetraſſe letetur. Per d. Lectio lib. apo. bti. iohis apli. xxi.

In diebꝰ illis. Vidi ciuitatē ſanctã hieruſm nouã deſcēdentē de celo: a deo paratã ſicut ſponſã ornatã viro ſuo. Et audiui vocem magnã: de celo dicentē. Ecce tabernaculũ dei cũ hoībꝰ: ⁊ habitabit cũ eis. Et erit eoꝝ deꝰ: et ipſi ppl̄s eiꝰ erūt ⁊ ipſe dn̄s cū eis erit eoꝝ deus Et abſterget deꝰ oēm lachꝛimā ab oculis eoꝝ: et moꝛs vltra non erit neqꝫ luctus neqꝫ clamoꝛ neqꝫ doloꝛ erit vltra: que pͥma abierūt. Et dixit: q̄ ſedebat ĩ thꝛono. Ecce noua facio oīa. Gr. Locꝰ iſte a deo factꝰ eſt ineſtimabile ſacramētū irreꝑhēſibilis eſt. ℣. Deus cui aſtat āgeloꝝ chorus: exaudi preces ſeruoꝝ tuoꝝ. Allā. ℣. Adoꝛabo ad templum ſanctū tuū ⁊ cōfitebor nomini tuo Si hoc feſt. in. lxx. cōti. dr̄. Tractꝰ.

Quamdilecta tabernacula tua domine virtutum cōcupiſcit ⁊ deficit ala mea ĩ atria tua. ℣. Coꝛ meū et caro mea exultauerūt ĩ deū viuū. ℣. Etenĩ paſſer inuenit ſibi domū ⁊ turt̄ nidū vbi reponat pullos ſuos. ℣. Altaria tua dn̄e virtutū rex meꝰ ⁊ deꝰ meꝰ. ℣. Bti q̄ habitāt ĩ domo tua dn̄e in ſc̄la ſc̄loꝝ laudabūt te Si vo ĩ tp̄e paſchali ꝯtigerit ſc̄dz. Alla erit de reſurrectiōe vel de aſcēſione vel de pēthe. Sequentia.

Rex ſalomō fecit tēplū cuius iſtar et exēplū xp̄s et eccleſia Huiꝰ hic eſt ĩpatoꝛ fūdamētū ⁊ fūdatoꝛ mediante gr̄a. Quadꝛi tēpli fūdamēta marmoꝛea ſunt inſtrumēta parietū paria. Cādēs flos eſt caſtitatis lapis quadꝛꝰ ĩ ꝑlatis vtꝰ et cōſtantia. Lōgitudo latitudo tēpli ⁊ ſublimitas. Intellecta fide recta ſūt fides ſpes et caritas. Sed tres partes ſūt ĩ tēplo trinitatis ſub exemplo yma ſumma media. Ima ſignat viuos cūctos ⁊ ſc̄da iā defunctos rediuiuos tercia. Sexagenos q̄qꝫ ꝑ ſe et ter tātū vniuerſe habent alti cubitos. Hoꝝ triū tres ꝯuētus trinitati dāt ꝯcētꝰ vnitati deditos Diuiſio. Cū tēpli cultꝰ extat multꝰ cynamomus odoꝛ domꝰ mirra ſtactē caſſia. Que bonoꝝ decus moꝝ atqꝫ bonos pꝛecū ſonos ſunt ſignificātia. In hac caſa cūcta vaſa ſūt ex auro de theſauro pꝛeelecto penitus. Nam magiſtros et miniſtros decet doctos ⁊ excoctos igne ſācti ſpiritus. Hec ex bonis ſalomonis q̄ rex dauid pꝛeparauit fiunt edificia Sed in lignis rex inſignis viuit tiri cuiꝰ viri tractant artificia. Nā ex gente iudeiſqꝫ ſicut templum ex vtriſqꝫ ꝯditur eccleſia. Xp̄e q̄ hāc ⁊ hos vnis lapis viuus ⁊ communis tibi laus ⁊ gloꝛia. Sc̄dm lucā. xix.

In illo tp̄e: Egreſſus ieſꝰ: perambulabat hierico. Et ecce vir nōie zacheꝰ: et hic erat pꝛīceps publicanoꝝ ⁊ ip̄e diues. Et q̄rebat ieſum videre q̄s eſſet: ⁊ nō poterat pꝛe turba: qꝛ ſtatura puſillus erat. Et pꝛecurrēs aſcendit in arboꝛem ſycomoꝛum vt videret illum: quia inde erat tranſiturus. Et cum veniſſet ad locum: ſuſpiciens ieſus vidit illum/ et dixit ad eum: zachee feſtinans deſcende: quia hodie in domo tua opoꝛtet me manere Et feſtinans deſcendit: ⁊ excepit illū gaudens. Et cū viderent oēs/ murmurabant dicentes: ꝙ ad hominē peccatoꝛem diuertiſſet. Stās autē zacheus dixit ad ieſum. Ecce dimidiū bonoꝝ meoꝛum dn̄e do pauperibꝰ: et ſi quid aliquem defraudaui: reddo quadꝛuplum. Et ait ieſus ad eū Quia hodie ſalus huic domui facta eſt: eo q̄d et ip̄e ſit filius abꝛahe Uenit enim filiꝰ hominis querere et ſaluum facere: quod perierat.

Credo. Offertoꝛium. Domine deus ĩ ſimplicitate coꝛdis mei letꝰ obtuli vniuerſa: ⁊ ppl̄m tuū q̄ repertꝰ eſt vidi cū ĩgēti gaudio deꝰ iſrl̄ cuſtodi hanc voluntatem. Secreta.

Annue domĩe q̄s pꝛecibus noſtris: vt quicunqꝫ intra templū huius cuius anniuerſarium de dicationis diem celebꝛamus ambitum cõtinemur plena tibi atqꝫ perfecta coꝛpoꝛis et deuotione placeamus: vt dũ hec pꝛeſentia vota reddimus ad eterna pꝛemia te adiuuãte peruenire mereamur. Per dominum. Cõmunio. Domꝰ mea domꝰ oꝛatiõis vocabiť dicit dñs ĩ ea omnis q̇ petit accipit ⁊ q̇ querit inuenit ⁊ pulſãti aperieť. Poſtcõmunio.

DEus q̇ eccleſiã tuã ſponſã vocare dignatus es: vt q̇ habebat gratiã ꝑ fidei deuotionẽ haberet etiã ex nomĩe pietatẽ: da vt oĩs hec plebs nomini tuo deſeruiẽs huius vocabuli ꝯſoꝛtio digna eſſe mereať: vt ĩ hoc templo cuius ãniuerſariꝰ dedicationis dies celebꝛať tibi collecta: te timeat/ te diligat/ te ſequať: vt dũ iugiť per veſtigia tua gradiť ad celeſtia ꝓmiſſa te ducẽte ꝑuenire mereať. Per dñz nr̃m ieſũ xp̃z filiũ tuũ. Qui tecum viuit ⁊ regnat ĩ vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecula ſeculoꝝ. Amen.

